puniti, cum tamen propter predicta et propter perversum intellectum regule et contemptum declarationum fuissent sic puniti. Et incipit illa responsio: *Ad articulos per sanctissimum patrem*[1]), et finit: *in nullo capitulo exaudivit.* — In quarto capitulo ponitur responsio bone memorie fratris Gunsalvi tunc generalis ministri et domini fratris V[*italis*] nunc per dei gratiam tituli sancti Martini in Montibus presbiteri cardinalis et tunc ministri Aquitanie, fratris Alexandri de Alexandria, qui postea fuit generalis minister, fratris Egidii ministri Francie, fratris Martini de Anglia[2]) sacre theologie magistrorum. In qua responsione respondetur ad acusata contenta in aliorum propositione et responsione predictis. Et incipit: *In primis ad id, quod obicitur*, et finit: *pertinaciter defendebant.* — In quinto capitulo ponuntur petitiones, quas fecerunt domino pape frater Raymundus Gaufridi et eius socii contra ordinis bonum statum. Et incipiunt: *Cum tota causa commotionis*, et finiunt: *ne amplius per illos fratres valeant diffamari.* — In VI° capitulo ponuntur petitiones generalis ministri et magistrorum predictorum pro parte ordinis contra petitiones predictas partis adverse. Et incipiunt: *Cum vestre sanctissime paternitati*, et finis est: *aliis cedere valeant ad terrorem.* — (10a) In VII° capitulo ponitur brevis informatio generalis ministri et magistrorum predictorum ad declarandum, quod libri fratris Petri Johannis non fuerant precipitanter vel iniuste fratribus interdicti per suos predecessores. Et incipit: *Ut omnibus pateat*, et finis est: *ex officii sui debito ut debebat*; et ibi subiungitur parvus tractatus[3]) de usu paupere tunc factus in Avinione, et incipit: *Circa materiam de usu paupere.* — In VIII. capitulo ponuntur allegationes per dicta sanctorum et per iura impugnantes errores fratris Petri Johannis. Et incipit tractatus ille: *In libris seu quaternis*, et finis est: *ibi subscripte sunt licentie, quas dabant fratribus rebellibus dominus Tuschulanus et dominus Jacobus de Col*[umna][4]). — In IX. capitulo ponitur sententia et impugnatio errorum fratris

1) S. diesen Eingang unten Bl. 36 des Cod. Patav. Das Explicit stimmt nicht, ein weiterer Beweis, dass die Erwiderung der Communität die Antwort der Spiritualen nur auszüglich mittheilt.

2) Höchst wahrscheinlich fr. Martinus de Alnewika s. Monumenta Franciscana ed. Brewer p. 553.

3) Er ist uns wenigstens inhaltlich in der von Übertino verfassten Widerlegung desselben erhalten in cod. 3, Plut. 31 sin. in der Abtheilung S. Croce der Laurenziana, Bl. 194^{b} bis 204^{a}; vgl. unten die Einleitung zu den Streitschriften. — Möglicherweise ist dies und nicht der auch unter c. 36 verzeichnete Tractat Coningtons der 'libellus erroneus', über den sich Übertino (s. diese Zsch. II, 385, Z. 1) so ereiferte.

4) Vgl. diese Zsch. II, 378, Anm. 4.

Petri Johannis edita per bone memorie dominum Egidium[1]) archiepiscopum Bituricensem de ordine heremitarum doctorem theologie. Et incipit: *Primus articulus est*, et finis est *unus deus, qui est benedictus in secula seculorum, amen.* — In X⁰ capitulo ponitur sententia generalis ministri et magistrorum predictorum, qui cum eo erant, contra aliquos ex erroribus contentis in libris fratris Petri Johannis. Et incipit tractatus ille: *Circa essentiam an generet*, et finis est: *nulla res gignit seipsam, ut sit.* — In XI. capitulo ponitur quidam libellus appellationis[2]), in quo frater Raymundus tunc procurator ordinis et frater Bonagratia de Pergamo et frater Guillelmus de Serzano tunc lector Florentie pro se et communitate ordinis appellaverunt ad ipsum dominum papam Clementem a falsa suggestione fratrum partis adverse petentium exemptionis privilegium sibi dari. Et iste libellus fuit oblatus anno et die expressis in instrumento confecto per manus magistri Symonis de Aretio coram dominis Nicholao Ostiensi episcopo et Nicholao tituli sancti Eusebii presbitero cardinalibus et postea per eosdem appellantes fuit oblatus in consistorio et lectus coram eodem domino Clemente papa pontificatus eius anno VI⁰, ut scribitur in tractatu[3]) partis adverse contra libellum eundem confecto, qui incipit: *Sanctitati apostolice notum fiat* circa principium (10b). Et hoc fuit anno domini M⁰CCC⁰XI⁰ in kalendis martii[4]). Et in eodem libello explicantur errores, quos frater Petrus Johannis et eius secta verbo et scriptis docuerunt et tenuerunt. Et incipit iste libellus: *Coram vobis sanctissimo patre*, eius finis est: *addendi et minuendi* — In XII. capitulo ponitur privilegium exemptionis[5]) datum eisdem fratribus partis adverse, predicta appellatione non obstante. Et incipit: *Dudum ad nostri apostolatus.* — In XIII. capitulo ponitur consilium auditorum sacri palatii[6]), in quo diffiniunt, quod fratres de communitate ordinis poterant communicare cum fratribus partis adverse, licent essent excommunicati propter heresum fratris Petri Jo[*hannis*] defensionem. Et incipit: *In Christi nomine, amen. Questio talis est: constat manifeste.* — In XIIII. capitulo ponitur bullata commissio facta super questione ordinis tribus magistris in theologia scilicet domino fratri G[*uillelmo*] Petri[7])

1) Über diese Schrift s. unten das Leben Olivis.

2) S. dieselbe, wenn auch nicht im vollen Wortlaut, in dieser Zsch. II, 365 s. besonders S. 367, Anm. 2.

3) S. diese Zsch. II, 377 s.

4) S. diese Zsch. II, 379, Z. 10.

5) S. dasselbe bei Wadding ad. an. 1310, n. 3; es ist vom 14. April 1310 datiert; vgl. auch diese Zsch. II, 383, Z. 22.

6) Dies Schriftstück ist in dem unten mitgetheilten Gutachten Bonagrazias in Betreff seiner Gefangenschaft enthalten.

7) S. diese Zsch. II, 672.

tunc lectori sacri palatii, nunc episcopo Sabinensi de ordine predicatorum, fratri Gerardo[1]) priori generali carmelitarum, fratri Arnoldo Achi de ordine heremitarum. Et incipit post salutationem et benedictionem[2]) . . . — In XV. capitulo ponitur tractatus quidam[3]), quem fratres Raymundus tunc procurator ordinis et Bonagratia de Pergamo obtulerunt in Avinione coram predictis auditoribus per dominum papam deputatis. Et iste tractatus fuit formatus ex dictis in responsione fratris Raymundi Gaufridi et sociorum eius, que recitata est superius in tertio huius tertie partis capitulo. Nondum enim habebant copiam de obiectis per fratrem Ubertinum[4]) et eius complices. Et iste tractatus incipit: *Infrascripta dant et offerunt*, et finis est: *iustitia exhiberi.* — In XVI. capitulo ponitur libellus seu rotulus accusatorius[5]) contra ordinis communitatem oblatus per fratrem Ubertinum de Casali et eius complices. Et obicit contra ordinem ex XXV articulis contentis in regula. Et incipit rotulus ille: *Articulos infrascriptos* etc., et finis est: *principaliter regula continebat.* — (**11 a**) In XVII capitulo ponitur accusatio contra ordinis communitatem ficta ex X articulis ex declaratione sumptis, oblata simul cum precedenti rotulo per fratrem Ubertinum et eius socios. Et incipit: *Decretalis etiam*, et finis est: *omnium defectuum predictorum.* — In XVIII° capitulo ponuntur responsiones oblate per predictos procuratorem et fratrem Bonagratiam in Avinione coram eisdem tribus magistris habita copia de rotulo accusatorio supradicto. Et incipit hec responsio: *Responsiones et exceptiones*, et finis est: *et petitio, utpote contra legem, est penitus respuenda.* — In XIX. capitulo ponitur iterum tractatus de usu paupere factus per supranominatos V magistros[6]) ordinis nostri, et incipit ut supra VII. capitulo dictum est: *Circa materiam* etc. Additur autem quedam brevis conclusio, que fuit in concilio Viennensi formata, que incipit: *Ex predictis igitur patet.* — In XX. capitulo ponitur obiectio fratris Ubertini[7]) et sociorum eius contra contenta in libello appellationis nominato superius XI. capitulo. Et hec obiectio [*incipit*]: *Sanctitati apostolice notum fiat*, et finis est[8]): *pro sui evangelii veritate mori cupientes.* Et hanc obiectionem obtulerunt in con-

---

1) Vgl. diese Zsch. II, 361, Anm. 1.

2) *Fehlt in der Hs.*

3) Siehe denselben unten aus dem cod. Patav. Bl. 36^{b} bis 43^{a}; die Anfangs- und die Schlussworte stimmen genau.

4) Vgl. unten Bl. 43^{a} des cod. Patav.

5) Die beiden hier erwähnten Actenstücke theile ich unten mit.

6) Wohl die oben S. 22, c. 4. genannten; vgl. unten S. 27, c. 26.

7) S. dieselbe in dieser Zsch. II, 377 s.

8) Diese Schlussworte stimmen nur etwa dem Sinne nach.

cilio Viennensi[1]). — In XXI. capitulo ponitnr obiectio contra ordinem ficta per partem adversam contra communitatem ordinis ex dictis declarationis domini Nicholai pape, alia ab illa obiectione posita superius XVII. capitulo. Et hec incipit: *Quoniam constitutionem*, et finis est[2]) . . . Et hec fuit per eos oblata in concilio Viennensi. — In XXII. capitulo ponitur obiectio fratris Ubertini[3]) et sociorum suorum contra tractatum de usu paupere supradictum. Et incipit: *Super tribus sceleribus*, et finis est:[4]) . . . et oblata fuit in concilio Viennensi. — In XXIII. capitulo ponuntur lictere bone memorie domini fratris Bonaventure episcopi Albanensis[5]) valde stricte in eis loquentis de paupertate. Et per illas licteras arguebat sophistice contra ordinem pars adversa. Et incipit prima: *In Christo sibi karissimis.* Oblate sunt autem iste lictere cum tractatu *Super tribus* in eodem concilio. — (11b) In XXIIII. capitulo ponuntur obiectiones, quas predicta pars adversa optulit in concilio Viennensi coram auditoribus per dominum papam in negotio deputatis. Et incipiunt: *Diligenter attende*, et finis est: *evangelicam veritatem.* — In XXV. capitulo ponitur responsio bone memorie fratris Gunsalvi generalis ministri et ministrorum provincialium et magistrorum in theologia de ordine nostro, qui erant presentes in concilio Viennensi[6]), quorum nomina sunt expressa[7]) in instrumento duplicis oblationis posite inferius XXXVII. capitulo. Et hec responsio est ad obiecta contenta in rotulo accusatorio posito superius XVI. capitulo huius tertie partis. Et incipit hec responsio: *Religiosi viri*, et finis est: *alius non est dandus.* — In XXVI. capitulo ponitur responsio eorundem ministrorum et magistrorum ad obiecta ex declaratione in XVII. capitulo huius tertie partis superius posita. Et incipit: *Responsiones ad obiectiones*, et finis est: *quantum haberet.* Et in fine illius ponitur iterum tractatus V magistrorum nostri ordinis superius nominatorum IIII° capitulo huius tertie partis; et incipit ut prius: *Circa materiam de usu paupere*, et finis est: *verum condecens fuit illi professioni*, ut supra VII. capitulo et XIX. huius tertie partis. Additur autem quedam conclusio superius dicta XIX. capitulo huius partis, que formata fuit in Vienna per predictos ministros et magistros. Et incipit: *Ex predictis igitur*, et finis est: *aut ex falsa*

---

1) Hiernach ist das oben (diese Zsch. II, 375) Gesagte zu modificieren.

2) Fehlt in der Hs.

3) Es ist dies wohl die oben S. 19, Anm. 3 erwähnte Erwiderung der Hs. der Laurenziana; vgl. auch unten die Einleitung zu den Streitschriften.

4) Fehlt in der Hs.

5) S. dieselben in der Chronologia historico-legalis, I, 28 s.

6) S. ihre Namen unten S. 39; vgl. auch diese Zsch. II, 356, Anm. 1.

7) Hiernach Wadding ad an. 1310, n. 4 zu verbessern.

suspicione in dubiis. — XXVII. capitulo ponitur replicatio fratris Ubertini et sociorum eius contra prefatas responsiones ministrorum et magistrorum predictorum, que posite sunt superius XXV° capitulo. Et incipit: *Ostendam vos fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum*, et finis est: *falsarii probabuntur.* — XXVIII. capitulo ponitur replicatio eiusdem fratris Ubertini et sociorum contra responsiones ministrorum et magistrorum ad obiecta ex declaratione positas XXVI. capitulo huius tertie partis. Et incipit hec replicatio: *Ad evidentiam*, et finis est: *a mille milibus passibus non attinges.* — XXIX. capitulo ponitur replicatio eiusdem partis adverse contra tractatum (12a) de usu paupere positum pro parte ordinis supra XXVI. capitulo huius tertie partis. Et incipit hec replicatio: *Ultimo ponunt magistri*, et finis est: *per eum omnia adimplevit.* — XXX. capitulo ponitur responsio pro parte ordinis formata per predictos ministros et magistros ad replicationem partis adverse. Et incipit hec responsio: *Super dorsum meum fabricaverunt p*[*eccatores*], et finis est: *et ideo cura debet esse sedi romane reprimere eum et eius audaciam.* — XXXI. capitulo ponitur responsio predictorum ministrorum et magistrorum pro parte ordinis ad obiecta in replicatione ex declaratione posita superius XXVII. capitulo huius tertie partis. Et incipit hec responsio: *Contra quosdam*, et finis est: *a mendaciis incepisti in mendaciis finivisti.* — XXXII. capitulo ponitur quidam tractatus parvus factus pro parte ordinis de formali ratione voti fratrum, et incipit: *Et quicunque hanc regulam*, et finis est: *in deum.* — XXXIII. capitulo ponitur quedam responsio brevis ad IIII^{or} articulos collectos ex dictis diffuse in replicatione partis adverse, que incipit: *Diligenter attende*, supra XXIIII. huius. Et incipit responsio: *Attendite a falsis prophetis*, et finis est: *pro parte ordinis.* — In XXXIIII. capitulo ponitur declaratio ministrorum et magistrorum predictorum, que sint in regula beati Francisci preceptoria, inhibitoria et equipollentia istis. Et incipit hic tractatus: *Ut fratres melius*, et finis est: *responsionum ordinis.* — In XXXV. capitulo ponitur responsio pro parte ordinis ad obiecta per partem adversam in tractatu, qui incipit: *Super tribus sceleribus* posito superius XXII. capitulo huius. Hanc responsionem dictavit reverendus in Christo pater dominus frater V[*italis*] dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis, tunc minister Aquitanie, magister in theologia. Et incipit hec responsio: *Vidi de ore drachonis et de ore bestie et de ore pseudoprophete exire tres spiritus immundos in modum ranarum*, et finis: *plus letaretur in lacrimis penitentis quam in vindicta et sanguine pereuntis.* — XXXVI. capitulo ponitur brevis tractatus de formali ratione voti fratrum minorum[1]), et incipit: *Beatus qui*

1) Einen Tractat mit diesen Anfangs- und Schlussworten, welcher diesen

intelligit super, et (12b) finis est: *eo modo, quo in regula indicantur.* — XXXVII. capitulo ponitur instrumentum duplicis oblationis, in quo ministri et magistri et alii discreti fratres ordinis ibi nominati confitentur, dicta et contenta in libris fratris Petri Jo[*hannis*] esse heretica, quedam erronea et falsa, quedam temeraria; et quod illo modo, quo in instrumento recitantur, continentur in libris fratris Petri Jo[*hannis*]. Et vocatur instrumentum hoc duplicis oblationis pro tanto, quia primo fuit oblatum fratribus ibi nominatis in presentia notarii et testium, et habita matura discussione et deliberatione inter eos confessi sunt, articulos esse tales, ut ibi scribuntur, et in libris fratris Petri contineri. Secundo fuit oblatum coram prelatis et magistris ad hoc a domino papa auditoribus deputatis in presentia notariorum et testium vocatorum; et incipit: *In nomine domini, amen. Anno eiusdem a nativitate MCCCXII, die IX. februarii.* — XXXVIII. capitulo ponitur quedam brevis collectio[1]), in qua continetur summarie materia tota obiectorum per partem adversam contra ordinis communitatem et responsionum ordinis ad obiecta, que collegit tunc ordinis procurator in concilio Viennensi ex dictis diffusis magistrorum et ministrorum, et incipit: *Sapientia edificavit sibi domum.* — XXXIX. capitulo ponitur decretalis concilii Viennensis, quasi (?) sententia diffinitiva super questione librorum fratris Petri Jo[*hannis*], que incipit: *Fidei catholice.* Qua condempnantur IIII^{or} errores in suis libris contenti, videlicet de essentia divina, quam ille dixerat aliam esse personaliter in patre et filio. Et decretalis dicit, dei filium in omnibus hiis, in quibus pater existit, esse eternaliter subsistentem. Secundum errorem illius decretalis, scilicet de vulnere laterali, expresse dampnat, cum dicit, quod mortuus fuit lancea vulneratus, et quod textus beati Johannis in communi (?) narrat ordinem geste rei hoc narrando. Constat autem, quod hereticus est, qui sacram scripturam aliter intelligit, quam sensus spiritus sancti efflagitat, ut (13a) dicit Jeronimus[2]) et habetur XXIIII. q. III[3]). *Heresis grece.* Ergo qui aliter exponit, quam concilium generale, hereticus est. Aut dices, concilium generale aliter intellexisse quam spiritus sanctus efflagitet et sic totum concilium in heresim incidisse, quod est blasfemum dicere. Tertium errorem scilicet

---

Gegenstand behandelt und den Namen Richard Coningtons, eines der auf dem Concil anwesenden Provincialminister trägt, enthält cod. 12, Plut. 36 dextr. S. Croce in der Laurenziana; s. die Beschreibung desselben unten in der Einleitung zu den Streitschriften.

1) Ich theile unten einige Stellen aus dieser Schrift mit; sie ist uns in cod 4350 der Pariser Nationalbibliothek erhalten.

2) Com. in epist. ad Tit. c. 3, v. 10, 11. Migne PP. lat. t. 26, c. 597.

3) c. 27.

de anima intellectiva expresse ibi dampnat concilium et decernit, hereticum censendum quicunque illum assereret vel teneret. Ibi etiam dampnat eius libros dicens: *Porro doctrinam* etc. Felicis etiam recordationis dominus Clemens papa V. die, qua terminavit predictum concilium generale post sompnum meridianum loqutus est in camera quadam sua domino fratri V[*itali*] tituli sancti Martini in Montibus presbitero cardinali tunc ministro Aquitanie et bone memorie fratri Gunsalvo generali ministro et fratri Alexandro, qui fuit postea[1]) generalis minister, et fratri Raymundo procuratori ordinis, et inter alia cum procurator interrogaret dominum papam, quis deberet custodire libros fratris Petri J[*ohannis*], dominus papa dixit: 'Modo, inquit, illa maledicta doctrina dampna[*ta est*?]'[2]). Et de istis verbis domini pape stant lictere testimoniales apud ordinis procuratorem. Preterea cum sententia ordinis contra libros data fuerit coram predicto domino papa accusata et non fuerit immutata, patet ipsam in suo robore permanere. Quartum articulum scilicet de baptismo parvulorum dicit eadem decretalis tanquam minus rationabilem iudicandum. — XL. capitulo ponuntur verba dicta in concistorio publico[3]) in Avinione per predictum dominum papam Clementem et per partem ordinis et adversam. Et incipit cedulla illa: '*Quintadecima mensis decembris anno domini M⁰ CCC⁰ XII⁰*'. — XLI. capitulo ponitur sententia diffinitiva negotii quo ad questiones ad beati Francisci regulam pertinentes, videlicet declaratio regule predicte, que incipit: *Exivi de paradiso*[4]), in qua manifeste apparet, quod in omnibus dubiis per adversarios super ipsam motis, illud quod defendebat ordinis communitas, fere est pro sano intellectu regule diffinitum. Nam regula tenuit et tenet, quod fratres ex (**13b**) voto non sunt ad omnia consilia evangelica obligati; quod etiam possunt facere edificia decentia ad divinum cultum secundum locorum congruentiam; et quod, ubi indigent, possunt vinum et bladum mendicare et per tempus aliquod ad necessitatem, non ad thesaurizandum vel ad divitiarum cumulum conservare; quod etiam aliqui spirituales amici possunt elemosinas pecuniarias pro fratrum necessitatibus recipere et expendere in rebus eorum usui convenientibus et per tempus aliquod conservare; et quod huiusmodi pecunie proprietas, donec in rem fratribus utilem et decentem conversa fuerit, remanet apud dantem; et quod sic utendo rebus emptis de tali pecunia, non dicuntur fratres pecuniam recipere sed rem emptam; et quod dominus Gregorius

1) Pfingsten 1313 bis 1314.

2) *Hs.* dampnatam.

3) Vgl. diese Zsch. II, 138, 140.

4) Sie ist auch im officiellen Regestenbande vom 6. Mai 1312 d. h. von der dritten und letzten Sitzung des Concils datiert.

IX., qui beato Francisco astitit in condendo regulam et de dubiis emergentibus super ipsam sepe contulit cum eodem et vidit oculis suis, quomodo sanctus ipse et eius socii in observantia regule se habebant, declarat et diffinitive pronuntiat, hanc esse intentionem regule et sancti eiusdem regule conditoris. Eodem modo diffiniunt de intentione felicis recordationis domini Innocentius IIII. et Alexander IIII. et Nicholaus III. summi pontifices ipsam regulam declarando. Quod autem ordinis communitas istos articulos sic in prosequtione negotii sustineret, sicut est in decretali *Exivi* sententialiter diffinitum, et eorum oppositum defenderet pars adversa, ex prescriptis actis, si quis examinare voluerit, apparebit. Quia igitur sicut ordinis communitas tenuit, sic est in eadem decretali super motis dubiis diffinitum ac per hoc pars, quam defendebat ordinis communitas est iustificata, quia etiam plurima dubia, ut de vestium vilitate et mendicatione bladi et vini et de edificiis et plura alia dubia, que post antiquas declarationes emerserunt, in eadem decretali sunt plenarie declarata et posita in iuditio ordinis prelatorum; quia etiam testimonium perhibet eadem constitutio, quod post inquisitiones et discussiones validissimus inventa est ordinis communitas regulam observare ipsaque religio muris regularis observantie circumclusa, ac magnis honorum et laudum preconiis ordo extollitur in eadem, ideo cum magna exsultatione et cordis iubilo est per ordinis (**14a**) communitatem ipsa constitutio amplectenda. Qua quidem constitutione edita fuit per Christi vicarium felicis recordationis dominum Clementem papam V. ordinis litigiosum negotium ad dei et beati Francisci et communitatis ordinis honorem et gloriam feliciter terminatum, veritate fidei in decretali *Fidei catholice fundamento* et veritate regule in decretali *Exivi de paradiso* lucide declarata, ipso illuminante, qui facit de tenebris simulatorum veritatem obnubilantium lucem splendescere veritatis. Veritas igitur manet et invalescit in eternum et vivit et optinet in secula seculorum, amen.

In **quarte partis** primo capitulo narratur, quomodo fratres quidam de Narbonensi custodia[1]) rebelles lumini et ordini, qui per preceptum felicis recordationis domini Clementis pape V. cassata exemptione eis prius data ad obedientiam suorum redierant prelatorum, eodem summo pontifice ex hac vita vocato ab ordinis unitate et suorum superiorum obedientia recesserunt et loca ordinis in Narbona et Biterris per vim armorum et secularium armatorum eiectis inde suis superioribus et fratribus ordini obedientibus occuparunt et plures eis adherentes de eadem

1) Vgl. diese Zsch. II, 141 s., 159 s.; weitere Notizen über diese 'Rebellion' theile ich im Schlussartikel mit, in denselben werden mehrere hier erwähnte Actenstücke erwähnt.

et de aliis provinciis ad eos a suis recedentes conventibus absque alicuius licentia confugerunt; ibique ponuntur quedam appellationes istorum rebellium contra ministrum et capitula provincilia. — Secundo capitulo ponitur sententia fratris Bertrandi ministri Aquitanie, magistri in sacra theologia, lata contra V fratres, qui ad predictos rebelles apud Narbonam confugerant, de sua provincia absque licentia recedentes. Et incipit hec sententia: *In nomine domini nostri Jesu Christi.* — Tertio capitulo ponitur appellatio rebellium de Narbona contra sententiam predictam ministri Aquitanie, et incipit: *Utinam sapienti.* — Quarto capitulo narrantur excessus per eosdem rebelles perpetrati contra suum ministrum et custodem et alios fratres, percussiones et captiones fratrum bonorum et exercitium armorum et huius modi similia attemptata. — (14b) Quinto capitulo ponitur sententia fratris Guillelmi Astre custodis Narbone contra eosdem rebelles, et incipit: *In nomine domini nostri Ihesu Christi.* — Sexto capitulo ponuntur appellationes rebellium et protestationes contra fratrem Stephanum Alberti ministrum Provincie, missi ex parte generalis ministri ad custodiam Narbonensem, ut rebelles ad obedientiam, plenam eis misericordiam offerendo. — Septimo capitulo narratur, quomodo frater Raymundus procurator ordinis et frater Bonagratia missi a reverendo patre fratre Michaele generali ministro ingressi sunt consistorium, et quod ibi frater Bonagratia legit V supplicationes[1]) ex parte eiusdem generalis ministri ibi scriptas, in quarum prima petitur, quod status fratricellorum cassetur; in secunda, quod illi, qui in Ciciliam fugerant, reducantur ad ordinis disciplinam; in tertia parte petitur correctio et punitio fratris Ubertini de Casali[2]); in quarta petitur, quod appellationes in ordine reprimantur; in quinta petitur, quod Beguini non reputentur de tertio ordine, ne sub illo possint erronea seminare. Ibidem etiam narratur disceptatio[3]) sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis divina providentia pape XXII. contra Angeum fratricellum, de quo superius est facta mentio XXI. capitulo secunde[4])

1) Vgl. hierüber Angelus de Clarino in dieser Zsch. II, 149. Dieses Bittgesuch erwähnt auch Cardinal Gaucelinus in einem Schreiben vom *19. Juni 1335*: 'Ad instantiam fratrum ordinis minorum fel. rec. Joannes papa XXII revocavit et perpetue prohibitioni subiecit sectam et statum Fratricellorum, Biguynorum et Bisochiorum de paupere vita et congregationes et conventicula eorumdem, in ipsos excommunicationis sententiam promulgando, prout in quadam constitutione super hoc edita, que incipit: Sancta romana et universalis ecclesia, continetur.' S. cod. 10981 der Pariser Nationalbibl. S. 103.

2) Vgl. diese Zsch. II, 150 s.

3) Vgl. hierzu den Bericht des Angelus de Clarino selbst sowohl in seiner 'epistola excusatoria' als in seiner 'historia tribul.' in dieser Zsch. I, 532; II, 143 s. 4) *Hs.* tertie.

partis; contra fratrem Ubertinum de Casali et quod frater Angelus fuit tunc per dominum papam captus. — VIII° capitulo narratur sententia eiusdem domini pape, per quam verbo[1]) cassavit statum fratricellorum scilicet Angeli et Liberati et complicum eorundem. — IX° capitulo narratur, quod dominus papa mandavit domino Berengario episcopo Tuschulano et domino Arnaldo tituli sancte Prisce presbitero cardinalibus, ut facerent licteram, per quam rebelles de Narbona redirent ad obedientiam. Isti domini non fecerunt eam ex certis causis impediti. — X. capitulo ponitur lictera, quam miserunt tres domini cardinales[2]) ibi nominati de mandato domini pape suprafatis generali et (15a) provinciali ministris, in qua notificant, domini pape esse et fuisse voluntatem, ut rebelles de custodia Narbonensi redeant ad ordinis obedientiam. Et incipit hec lictera post salutationem: *A sacris canonibus salubriter institutum.* — XI. capitulo ponuntur due questiones, quas fecit idem dominus papa in consistorio. Prima est, an scilicet favendum sit scismaticis; et secunda, an illi, qui de Tuschia fugerunt in Ciciliam[3]) scismatici sint censendi. — XII. capitulo ponitur quaternus magnus, quem rebelles contra communitatem ordinis confinxerunt. Quem etiam legit frater Franciscus Sancii[4]) in consistorio coram domino nostro papa et incipit[5]) . . . — XIII. capitulo ponitur responsio scpefati patris nostri generalis ministri ad obiecta fratris Francisci San.. contra ordinem, que, ut dictum est, legerat in quaterno. — XIIII. capitulo narratur, quod ex parte domini pape habitus decentes in materia et forma oblati sunt rebellibus in Avinione existentibus et compulsi sunt per dominum papam eos recipere. — XV. capitulo ponuntur appellationes rebellium, in quibus multi continentur errores, et narratur, quod in consistorio fuerunt lecte, et narrantur verba dominorum Tuschulani et Luche de Flisco cardinalium et cedula quedam ex parte generalis ministri comprehendens dicta appellationum. — XVI. capitulo narrantur verba domini pape ad rebelles presentes, an vellent in appellationibus persistere, et quod frater Ubertinus dixit, se scire viam pacis; et quod dominus papa mandavit citari rebelles omnes[6]), qui remanserant in Narbona et Biterris. Ibi etiam ponitur copia licterarum citationis eorum et ponitur, qua die cursores recesserunt de Avinione cum

1) Vgl. unten S. 32, p. 5, c. 8.

2) Siehe hierzu oben S. 2 die Inhaltsangabe der Hs. Bl. 40a.

3) Vgl. über sie unten S. 31 den 5. Theil und diese Zsch. II, 139.

4) Vgl. über ihn diese Zsch. II, 145 s.

5) *Fehlt in der Hs.*

6) S. die Citationsschreiben vom 29. April 1317 bei Wadding ad an. 1317, n. 11, 12.

citatoriis licteris supradictis. — XVII. capitulo narratur, quomodo dominus papa precepit ceteros rebelles, qui erant in Narbona et Biterris, qui non erant in licteris citationis nominati, expelli de conventibus Narbone et Biterris. — (15b) XVIII. capitulo narratur, qui, quando et quomodo[1]) comparuerunt qui citati fuerant, et verba domini pape ad inducendum eos ad bonum obedientie et caritatis. Ibique narratur propositio fratris Bernardi Deliciosi pro parte rebellium, in qua inter multa temeraria hanc blasfemiam protulit ita dicens: 'Pater sancte, si unicum verbum exiverit de ore meo falsum, volo esse convictus, quod omnia dicta mea sint falsa iudicanda'; et convertens se ad generalem ministrum et ad eos, qui erant cum eo: 'Et si isti in omnibus, que dixerint, unum verbum verum dixerint, volo esse convictus, quod omnia, que dicunt sunt vera'. Et plurima alia blasfema, falsa et erronea ibi dixit. Et antequam exiret de consistorio, fuit sibi probatum, quod erat maximus mendax et ter incarceratus pro suis demeritis et alia plura contra eum probata fuerunt, ut ibi serius seriosius ennarratur. — XIX. capitulo ponitur supplicatio rebellium, quam in consistorio tunc legerunt, continens substantialiter verba propositionis fratris Bernardi Deliciosi, et incipit: *Coram vobis sanctissimo patre*; et supplicatio domini Philippi fratris regis Maioricarum[2]), per quam isti rebelles intendebant novi ordinis institutionem et nostri ordinis scissionem. — XX. [*capitulo*] ponitur responsio reverendi patris fratris Michaelis generalis ministri ad obiecta et proposita per fratrem Bernardum Deliciosi et ad contenta in supplicatione ibi lecta. Continet etiam obiecta per dominum papam et per dominos cardinales contra eundem fratrem B. Deliciosi et contra fratrem G[*uillelmum*] de sancto Amancio de venditione librorum et paramentorum conventus Narbonensis. — XXI. capitulo narratur, quod statim in consistorio mandavit dominus papa tunc aliquos ex rebellibus capi, et post consistorium immediate mandavit domino Albanensi episcopo cardinali camerario, ut custodiret fratrem B. Deliciosi, fratrem Gaufridum de Cornone, fratrem G. de sancto Amancio, quos prefatus dominus Albanensis posuit in compedibus et stricta[3]). Alii etiam ex eis fuerunt plures capti et in carceribus (16a) in vinculis ferreis positi de mandato eiusdem domini pape[4]), ut ibi plenius explicatur. — XXII.

---

1) Vgl. hierzu den interessanten Bericht des fr. Angelus de Clarino in dieser Zsch. II, 144 s.

2) Vgl. diese Zsch. I, 584; ähnliche Bittgesuche Philipps, der vorzüglich durch fr. Angelus de Clarino geleitet wurde (s. diese Zsch. I, 543, 548, 564), in Wadding ad 1328, n. 31 u. ad 1340, n. 24.

3) Wohl ein besonders enger Kerker; s. Ducange 'stricta'.

4) Vgl. die 'historia tribulationum' in dieser Zsch. II, 146.

capitulo ponitur gloriosa et diu desiderata lictera sanctissimi patris et domini domini J[*ohannis*] divina providentia pape XXII., in qua continetur sententia diffinitiva precedentium questionum, et precipitur rebellibus, ut ad ordinis totalem obedientiam revertantur et in modo habitus et vivendi et congregatione bladi et vini superiorum suorum arbitrio se submittant. Et incipit hec lictera: *Quorundam exigit cece scrupulositatis ambiguum*[1]). — XXIII. capitulo ponitur instrumentum publicum, in quo continentur responsiones pestilentium fratrum de provinciis Provincie, Aquitanie et Tuschie, qui se recluserant in Narbona et Biterris, qui citati fuerant per sepefatum dominum papam Johannem XXII. Nam reverendus pater frater Michael generalis minister in presentia notarii et testium interrogavit predictos citatos et eis adherentes in Avinione presentes: primo, an vellent obedire preceptis contentis in lictera domini pape predicta, que incipit: *Quorundam exigit* etc. Secundo, an credant, quod dominus papa illa potuerit ordinare seu precipere eo modo, quo in eadem lictera continentur. Ad utramque questionem respondentes dixerunt ex eis aliqui, quod obedirent et quod dominus papa hoc potuit ordinare, aliqui autem ex eis in sua infidelitate et pertinacia persistentes totum contrarium responderunt, scilicet quod nec obedirent et nec dominus papa illa potuit ordinare, sicut ibi plenius continetur. Unde patet ex radice colubri ortos esse regulos venenatos, ex illa scilicet heretica opinione dampnantium declarationes super regulam olim factas ac contempnentium papalem et totalem ecclesiasticam potestatem. Et incipit hoc instrumentum[2]): *In nomine domini, amen. Anno a nativitate eiusdem* etc. — XXIIII. capitulo ponitur sententia fratris Michaelis Monachi ordinis fratrum minorum inquisitoris heretice pravitatis, qui de mandato expresso[3]) domini Johannis pape XXII. et auctoritate privilegiorum (16b) inquisitorum officio a sede concessorum et ex speciali commissione super illos, qui in sua predicta infidelitate et contumacia persistebant, sibi facta per prefatum generalem ministrum sententiam tulit contra IIII^{or} induratos ex eis et tradidit brachio seculari eosdem IIII^{or} et fuerunt combusti in Massilia sue cece infidelitatis et pertinacis obdurationis stipendium reportantes. — In eadem etiam inquisitoris sententia continetur, quod sub pena excommunicationis nullus audeat illorum dampnatorum errores defendere nec defendentibus prestare auxilium vel favorem. Et incipit hec sententia[4]): *In nomine domini nostri Ihesu Christi.*

1) In Wadding ad an. 1317, n. 18 und in den Extravag. Johanns XXII.

2) Dasselbe folgte in der Hs. Bl. 44^{b} bis 47^{b}; s. oben S. 2.

3) S. das päpstliche Auftragsschreiben vom 13. Nov. 1317 bei Baluze, Miscellanea. ed. Mansi. II, 247 und Wadding ad. an 1317, n. 14.

4) Gedruckt in Baluze, Miscellanea ed. Mansi II, 248 — 251.

Noverint universi etc. — XXV. capitulo ponuntur tres lictere predicti inquisitoris, in quarum prima omnes fautores predictis rebellibus erroneis privat, auctoritate supradicta, officiis ordinis et prohibet omnibus fratribus ordinis minorum, ne quis studeat in libris, quos olim edidit frater Petrus Johannis, nec retineat librum aliquem ex eisdem. Et incipit hec lictera post salutationem: *Notum vobis facio per presentes.* Alia lictera eiusdem inquisitoris est declaratoria supradicte; et post illam sequitur eiusdem lictera tertia continens formam abiurationis revertentium a predicto scismate et errore. Plures enim abiuraverunt, ex quibus aliqui sunt per diversas provincias et custodias dispersi, diversis penis et legibus alligati.

Sequitur **quinta pars** et ultima huius opusculi, in cuius primo capitulo narratur, quomodo XLIX fratres de Tuschia[1]), qui fratri Ubertino et suis sociis adheserant in questione agitata in curia et exemptione eis data abutebantur, fuerunt invitati per bone memorie fratrem Alexandrum tunc generalem ministrum, ut redirent ad ordinis obedientiam, sicut felicis recordationis dominus Clemens papa V. mandabat eis. Ipsi vero audito, quod lictere hec mandata continentes emanaverant ab eodem summo pontifice, in Ciciliam confugerunt. — Secundo capitulo ponuntur predicte due lictere[2]) eiusdem domini pape Clementis V. predicta mandata continentes, in quibus etiam certis prelatis precipitur, (17a) ut illos pseudofratres compellerent per censuram ecclesiasticam ad suorum obedientiam prelatorum, quarum prima post salutationem incipit: *Dum honestatis*, secunda vero: *Ad nostri apostolatus auditum.* — Tertio capitulo continentur processus[3]), citationes et sententie domini Bernardi prioris sancti Fidelis iuxta Senas subdelegati auctoritate predictarum contra eosdem scismaticos procedentis. — Quarto capitulo ponuntur errores refugorum eorundem, quos in Cicilia seminabant, et excessus et temeritates, quas in eadem provincia exercebant. — Quinto capitulo ponitur [*lictera*] IX dominorum cardinalium directa prelatis Cicilie, ut illos pseudofratres abiciant, et incipit: *Serpunt interdum*[4]). — VI. capitulo ponitur lictera[5]) sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis pape XXII. directa domino Frederico regi Trinaclie, ut illos pseudofratres suis superioribus reddat captos, et incipit: *Pridem tibi*; miserat enim eandem licteram per eundem nuncium eidem domino Frederico. — VII^{0} capitulo ponitur [*lictera*][6]) eiusdem domini nostri

1) Zur Geschichte dieser Spiritualen von Tuscien vgl. diese Zsch. I, 156 s. u. II, 138 s.

2) Vgl. die in oben in Anm. 1 citierten Stellen. 3) Ebendaselbst.

4) S. oben S. 2, Bl. 53a.

5) Vom 15. März 1317 in Wadding ad an. 1317, n. 9. 6) *Fehlt in der Hs.*

pape[1]), in qua commemorat precepta felicis recordationis domini Nicholai pape IIII. contra illos de provincia Provincie et felicis recordationis domini Clementis pape V. contra istos scismaticos de Cicilia, processus etiam predicti prioris contra eos errores, insuper et rebelliones eorundem et illorum de provincia Provincie et finaliter condempnat sententialiter ipsorum errores, sectam, vitam et ritum, quantum de facto temerarie processerunt. Et incipit hec lictera: *Gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam.* — VIII° capitulo ponitur alia lictera[2]) eiusdem domini nostri pape, per quam dampnat et cassat statum et sectam Angeli et Liberati eorumque complicum fratricellorum et omnium Bizochorum seu Beghinorum, qui in partibus Ytalie, in comitatu provincie Narbon[*ensis*] et Tholosana seu aliis civitatibus aut diocesibus congregationes aut conventiculas facere, habitum novum assumere, superiores sibi eligere, aliquos ad suam sectam (**17b**) recipere, publice mendicare temeritate dampnabili presumpserunt, et incipit: *Sancta romana.*

O gloriosa beati Francisci regula, margarita diu porcorum pedibus simulatorum scilicet fedis et tortuosis gressibus conculcata, nunc postquam canes et venefici ad ignes aut ad carceres extra sacratum huius sancte religionis atrium sunt eiecti, nimio nitore veritate fidei et regule elucidata rutilans in corona summi principis collocata. O quam bonus et quam suavis est domine[3]) spiritus tuus in nobis, qui sanctos ornavit celos, summum videlicet ecclesie principem tanquam supremum celum eiusque fratres tanquam celos sue virtutis participes et obstetricante manu eius ex antro simulationis eductus est coluber tortuosus, simulatorum videlicet populus, vias olim ambulans tenebrosas. Deiectus est etiam serpens ille antiqus et dracho, qui tertiam (?) stellarum partem principalem scilicet tres beati Francisci ordines in terram trahere nitebantur. Fons enim parvus per humilitatem crevit in flumen magnum, quo universalis ecclesia irrigatur, sanctissimus scilicet pater et dominus noster dominus Johannes divina providentia papa XXII^us^ et in solum non solum regule aut religionis nostre, sed etiam totius veritatis fidei catholice, errorum tenebris effugatis, solemque universum orbem rationum sue sanctitatis ac sapientie illustrantem radiis est conversus. Benedictus igitur deus excelsus, qui dedit hunc solem in lumine diei, cuius lumen dulce est et delectabile oculis ad videndum; — sit ipse benedictus, qui in trinitate perfecta vivit et regnat deus in secula seculorum, amen.

---

1) S. dieses Schreiben in Bzovius ad an. 1318, n. 1. Bei Raynald ad an. 1318, n. 45 fehlt der Eingang.

2) S. über dieselbe Wadding ad an. 1318, n. 10; über die dieses Schreiben betreffenden Streitfragen handle ich im Schlussartikel. 3) *Hs.* dominus.

3. Bonagrazias von Bergamo Gutachten über sein Verbannungsdecret.

In einer früheren Arbeit[1]) habe ich aus einem Schreiben Clemens' V. nachgewiesen, dass Bonagrazia am 1 Nov. 1312 in Folge seines leidenschaftlichen und unbotmässigen Vorgehens in den Convent von Valcabrère[2]) verwiesen wurde. Da es in dem päpstlichen Schreiben irrthümlich 'ad locum de Montecaprario Convenarum diocesis' statt 'ad locum Vallis Caprarie Convenarum diocesis' hiess, so hatte Bonagrazia gute Lust, sich in Anbetracht dieses Fehlers mit den ihm geläufigen Juristereien über die Verpflichtung dem päpstlichen Befehle Folge zu leisten, hinwegzudisputieren. Doch der Vicegeneral des Ordens mahnte ihn zur Verhütung schlimmerer Verwickelungen zum schuldigen Gehorsam[3]). Bonagrazia fügte sich und verweilte in dem ihm bezeichneten Convente bis zum Tode Clemens' V. (20. April 1314). Nach demselben jedoch verliess er sein Exil und kam Krankheit vorschützend nach Toulouse. Hier arbeitete er das uns im vaticanischen Archiv Instrum. miscel. c. 1316 (C. fasc. 72, n. unic.)[4]) erhaltene Schriftstück aus.

In demselben erzählt er zunächst in einer längeren Einleitung in seiner Weise die Veranlassung und den Verlauf der Verhandlungen und theilt sodann ein auch oben[5]) von Raymund erwähntes Gutachten mit, welches er sich von den Auditoren der Curie über die Frage ausstellen liess, ob die Brüder der Communität mit den nach ihrer Ansicht excommunicierten, von Clemens nach Avignon berufenen Spiritualen-Führer verkehren dürften. Die

1) Vgl. diese Zsch. I, 542, 544; II, 156, 158.

2) Schon Barthol. von Pisa (Liber conformitatis ed. Mediolani 1510, f. 126[a]) erwähnt 1385 in der Provinz Aquitanien und zwar in der Custodie von Auch den 'Locus Vallis Caprarie'. Nach Cassini n. 20[F] findet sich wirklich Valcabrère etwas südöstlich in nächster Nähe von St. Bertand de Cominges, dep. Haute-Garonne, arrond. St. Gaudens.

3) S. unten S. 40.

4) Es ist ein Pergament-Fascikel von 14 Blättern, welcher in der üblichen Canzleischrift eine fast gleichzeitige Abschrift des Gutachtens enthält. Auf dem hintern Deckblatt steht in alter Schrift: 'Domino summo pontifici und: 'Albanensis' d. h. Cardinal Arnold d'Aux.

5) S. oben S. 20, c. 13.

Veröffentlichung dieses Gutachtens erregte, wie er erzählt, den gerechten Unwillen des Papstes. Legte sich derselbe auch wieder etwas, so hatte doch von nun an Bonagrazia dessen Gnade verscherzt. Dies zeigt der folgende Theil der Erzählung, welche bis zu der bald nach dem Concil erfolgten Verbannung des Verfassers fortgeführt wird. — In dem nun folgenden Haupttheil des Schriftstückes sucht derselbe durch eine Fülle juristischer Ausführungen aus dem oben erwähnten Formfehler die Hinfälligkeit des päpstlichen Schreibens zu erweisen. Diese Erörterung ist, nebenbei bemerkt, wie schon die beiden unten mitgetheilten Stellen darthun, nicht ohne Interesse für die päpstliche Diplomatik.

Nachdem Bonagrazia auf diese Weise sein Gewissen und das And. beruhigt hatte, erschien er wohl bald wieder am päpstlichen Hof, wo die ihm feindlichen Cardinäle in Clemens ihren Rückhalt verloren hatten und Johann XXII. binnen Kurzem sich an die völlige Unterdrückung der Spiritualen machte.

In der Einleitung, welche ich hier mittheile, ist vor Allem Bonagrazias' von mir schon früher[1]) gekennzeichnete Taktik zu beachten. Es handelt sich nach ihm einzig und allein um die Schriften Olivis; dass auch die Reform einen Streitpunkt gebildet habe, findet sich nirgends auch nur angedeutet. Im Gegensatz zur 'historia tribulationum'[2]), jedoch in Übereinstimmung mit Raymund[3]) lässt er die Avignoner Verhandlungen schon dadurch veranlasst werden, dass die Bürger und Spiritualen von Narbonne die Freigebung der Schriften Olivis verlangten. — Im Folgenden erwähnt er drei feierliche Acte aus den Verhandlungen selbst: 1) einen Protest, welchen er als Vertheidiger der Communität im Auftrage des Ordensprotectors Cardinal Johann de Murro[4]) und des Vicegenerals Fr. Vitalis de Furno[5]), sowie auf den Rath der dem Orden entnommenen Bischöfe und der päpstlichen Pönitentiäre[6]) gegen die in den Schriften Olivis enthaltenen Irrthümer

1) S. diese Zsch. II, 362.
2) Vgl. diese Zsch. II, 359. 3) S. oben S. 18, c. 1. 2.
4) Vgl. diese Zsch. II, 296, 318, 365, 379.
5) Vgl. diese Zsch. II, 355, Anm. 5.
6) Vgl. diese Zsch. II, 379.

und die den Spiritualen ertheilte Exemption erhob; in Folge derselben habe der Papst die beanstandeten Lehrsätze Olivis einigen Theologen zur Prüfung übergeben und damit die Verhandlungen bis zum allgemeinen Concil vertagt. — 2) Zum Concil wurde, wie er weiter erzählt, der Generalminister berufen; mit ihm kamen vierzehn in Avignon versammelte Provincialministri, unter ihnen sieben Magistri der Theologie[1]) darin überein, dass in den Schriften Olivis wirklich häretische Sätze enthalten seien. — 3) Auf Grund dieser Überzeugung verlangten sie in einer Eingabe, es möchte die vom Orden bereits ausgesprochene Verurtheilung dieser Schriften und ihrer Vertheidiger bestätigt, die Schriften und die durch sie erzeugten Secten gänzlich vernichtet werden.

Leider sind diese Angaben etwas unbestimmt, und es zeigt sich in ihrer Lückenhaftigkeit die bekannte Tendenz des Verfassers; sie bedürfen daher der Controlle. Der an erster Stelle erwähnte Protest ist ohne Zweifel das von mir früher mitgetheilte Actenstück[2]), welches wirklich, wie uns schon Übertino versicherte, bereits 1310 in einer Zusammenkunft hervorragender Mitglieder der Communität beschlossen worden war. — Nicht ganz klar ist mir, von welchem Schriftstück Bonagrazia an zweiter Stelle spricht. Seine Beschreibung des Inhalts passt genau auf den eben erwähnten Protest. Aber sollte derselbe wirklich zur Zeit des Concils zum dritten Male erhoben worden sein? Möglicherweise haben wir an das von Raymund verzeichnete[3]) 'instrumentum duplicis oblationis' zu denken; es entspricht freilich weniger genau den Angaben Bonagrazias. — Immerhin ersehen wir aus diesem Bericht, dass wir zwei verschiedene Versammlungen einer Anzahl von Provincialministern zu unterscheiden haben: die eine[4]) im J. 1310 in Avignon und die andere[5]) zur Zeit des Concils in Vienne. Von ersterer hörten wir schon früher

1) Vgl. diese Zsch. II, 356, Anm. 1, 358, 379.
2) S. diese Zsch. II, 365 — 374.
3) S. oben S. 24, c. 37.
4) S. diese Zsch. II, 379, Z. 13.
5) Hiernach ist oben in dieser Zsch. II, 379, Anm. 5 zu verbessern.

Ubertino[1]) sprechen; letzterer schreibt Raymund die auch von Wadding erwähnte Schrift 'Viri religiosi' zu[2]).

Nuper controversia, [que] vertebatur inter quosdam cives Narbonenses et nonnullos fratres adversantes ordini fratrum minorum ex parte una et generalem ac procuratorem ordinis supradicti ex altera, — que quidem controversia talis erat. Petebant enim dicti cives et fratres et ex eorum parte propositum et postulatum fuit coram summo pontifice tam in consistorio publico quam in multis aliis consistoriis privatis, quod libri, quos frater Petrus Johannis de provincia Provincie composuit et dudum per ordinem predictum fratribus omnibus ipsius ordinis interdicti, per dominum papam et romanam curiam relevarentur, et quod mandaretur per ipsum dominum papam, ipsos libros tam fratribus quam personis aliis communicari, cum continerent sanam et catholicam doctrinam. Et e contra pro parte dicti ordinis fuit responsum et propositum, quod dicti libri erant per ipsum ordinem rationabiliter ipsis fratribus interdicti, cum in eis dogmatizarentur hereses manifeste et quod nullo modo debebant relevari de iure nec interdictum ipsum aliqualiter amoveri. Vocatus fuit per sanctam obedientiam frater Bonagratia de Pergamo, ut veniret ad dictam causam pro parte ordinis defendendam. Qui quidem frater Bonagratia ac etiam procurator dicti ordinis de mandato reverendorum patrum dominorum Johannis de Murro[3]) episcopi Portuensis et dicti ordinis protectoris et domini Vitalis[4]) tunc vicem seu locum generalis dicti ordinis tenentis et nunc tituli sancti Martini in Montibus presbiteri cardinalis[5]) et de consilio episcoporum assumptorum de dicto ordine et fratrum minorum penitentiariorum domini pape tunc existentium in curia romana apud Avinionem, coram domino papa et consistorio cardinalium appellationem, suplicationem et provocationem quandam in scriptis interposuerunt et legerunt nomine dicti ordinis contra libros compositos per dictum fratrem P[*etrum*] tanquam contra libros continentes et dogmatizantes hereses manifestas et contra fauctores et defensores ipsarum heresum et adversus quandam exceptionem impetratam tacita veritate et falsitate sugesta ab ipsis adversariis ordinis. Qua appellatione interposita idem dominus papa comisit certis magistris in theologia examinationem articulorum, qui in dictis libris continebantur et adversari dicebantur fidei catholice. Cumque fratres existentes [*in curia*] pro communitate ordinis timerent

1) Nach einer Notiz Raymunds, s. oben S. 21, c. 19, befanden sich unter ihnen fünf Magistri der Theologie; siehe ihre Namen oben S. 19. c. 4.

2) Unter ihnen waren sieben Magistri; s. unten die Schrift: 'Sapientia edificavit'; ihre Namen unten S. 39.

3) Vgl. diese Zsch. II, 379, Anm 3. 4) Vgl. a. a. O. S. 355, Anm. 5.

5) Seine Erhebung zum Cardinalat erfolgte am 23. Dec. 1312.

communicare cum fauctoribus dictorum errorum, quos tales esse coram ipso domino papa propositum fuerat nomine ipsius ordinis, ut dictum est, idem frater Bonagratia ad fratrum conscientias serenandas proposuit questionem in scriptis coram auditoribus sacri palatii. Super qua questione ipsi auditores solempniter dederunt consilium, eorum subscriptionibus et sigillis pendentibus roboratum. Cuius questionis et consilii auditorum tenor talis est:

In Christi nomine, amen. — Questio talis est: constat manifeste, quod aliqui fratres ordinis minorum ipsius ordinis adversarii tradiderunt domino Clementi pape V^to^ quosdam libros heresim iam dampnatam continentes et petierunt ab ipso domino papa ipsos libros relevari et aliis communicari tanquam catholicos; hii autem libri et eorum usus ante fuerant per ordinem predictum, etiam auctoritate domini Nicholai pape IIII^ti^, tanquam erronea continentes in fide et in moribus, omnibus fratribus dicti ordinis interdicti et excommunicationis sententia fuit promulgata in omnes fratres dicti ordinis, qui ipsis libris modo quolibet uterentur vel eos haberent seu retinerent. Predicti etiam fratres dicti ordinis adversarii nisi sunt et nituntur hereses contentas in dictis libris defensare et optinuerunt ab ipso domino papa immunitatem, ut pro huiusmodi recursu, quem habuerunt, et questione, quam moverant coram eo, non possent per prelatos dicti ordinis nec fratres alios molestarii seu gravari, sed sicut fratres alii tractarentur. Postea vero pro parte dicti ordinis coram prefato domino papa Clemente in consistorio interposita fuit appellatio contra dictos libros velut continentes heresis iam dampnatas et contra dictos fratres nominatim adversantes ordini tanquam contra fauctores et defensores errorum in fide. Sed ipsis fratribus adversariis ordinis conquerentibus coram ipso domino papa Clemente, quod fuerant (1b) gravati contra dictam immunitatem eis datam, idem dominus commisit duobus cardinalibus, quod cognoscerent, si contra huiusmodi immunitatem in sedis apostolice contemptum erant gravati; et ultra hoc commisit examinationem dictorum errorum tribus magistris in theologia. Nunc autem cum pro parte ordinis fixe teneatur et proponatur, quod dicti fratres velut defensores heretice pravitatis et ratione usus dictorum librorum excommunicationum vinculis inodati sint; queritur utrum participantes in loquela, cibo vel potu vel divino officio ac aliis similibus preter quam in crimine cum eis, excusentur a penis canonum editis contra participantes excommunicatis ratione dicte litis pendentis ac predicte immunitatis et voluntatis domini pape; item utrum illi fratres, quorum conscientia leditur et gravatur ex participatione tali, possint dictos fratres caute vitare, precipue ubi scandalum non subest ex huiusmodi evitatione, non obstantibus supradictis; — nos infrascripti capellani et auditores domini pape super dictis duobus articulis respondemus: super

primo dicimus, quod participantes cum predictis excusantur a penis canonicis editis contra participantes excommunicatis, tum quia lis pendet super predictis, ut propositum est; tum quia dominus papa non decrevit eos vitandos, sed potius secundum proposita videtur eos tollerari velle et fratres minores tanquam filii spirituales pape, ut dicitur in c. *Exiit qui seminat*[1]), in eadem familia sub eodem patre degentes ab huiusmodi participatione excusantur per c. *Quoniam multos*[2]) XI[a], q. III[a]. — Super secundo articulo dicimus, quod fratres, quorum conscientia leditur et gravatur possunt fratres caute vitare, ut in articulo dictum est, nisi forsitan vitandi essent tales, puta prelati vel in officio, quorum obsequio necessario tenentur familiariter adherere, extra *de sententia excommunicationis*, c. *Inter alia*[3]); tunc enim conscientia esset deponenda ad superioris consilium in extra. . . . *Inquisitionis*[4]). Quodsi conscientiam non deponerent, consulendum est, quod non participarent, extra *de symonia*, c. *Per tuas*, *II*[a][5]).

Ego Guillelmus Acursii idem sentio quod alii. — Et nos Bertrandus dei gratia abbas monasterii Montis Albani premissis assentientes posuimus sigillum nostrum. — In quorum testimonium presentibus litteris nostra sigilla apponi fecimus nos Bernardus Roiardi, Buxolus de Prima canonicus Tornacensis. — Bertrandus de Mediolano credit et dicit, quod ipsi fratres participantes, cum resideant in eodem conventu et eadem familia et obedientia, non sint excommunicati. — Ego Franciscus de Molliano meum sigillum apposui. — Ego Gregorius de Placentia quo ad primum articulum idem dico et etiam quo ad secundum, in quo pro concordantia ultra predicta iura possunt allegari extra *de sententia excommunicationis* c. *Cum non ab homine*[6]) et VI. q. III[a], c. *Si tantum*[7]) et c. *Placuit*[8]). — Gauselmus Johannis.

Quo consilio in presentia domini pape prefati et cardinalium recitato, idem dominus papa falsis sugestionibus emulorum dicti ordinis circumventus, intimantium eidem, quod dictum consilium auditorum postulatum et datum ad animarum remedium et salutem, in eius fuerat infamiam machinatum, graviter contra fratres stantes pro ordine et dictum fratrem B[*onagratiam*] exstitit concitatus, sicut in ipso consistorio cardinalium demonstravit. Eo vero postmodum informato de veritate, benigne

1) Die bekannte decretale Nicolaus' III.
2) c. 103.
3) lib. 5. tit. 39. c. 31.
4) lib. 5. tit. 1 de accusatione c. 21.
5) lib. 5. tit. 3. c. 32.
6) lib. 5. tit. 39. c. 54.
7) q. II, c. 2.
8) q. III, 4.

visus est recipere ad audientiam dictos fratres pro ordine dictum negotium prosequentes, et voluit ac mandavit, quod veritas dicti negotii a magistris in theologia, quibus commisit, diligenter examinaretur; ac sic dilatum fuit dictum negotium usque ad concilium generale congregatum Viennis. In quo concilio generalis dicti ordinis vocatus a papa et fratres Alanus Turonensis, Alexander[1]) Terre laboris, Vitalis[2]) Aquitanie, Ricardus[3]) Anglie, Petrus[4]) Superioris Alamanie ministri (2 a) et Jacobus de Esculo magistri in sacra theologia et Fernandus Castelle, Romeus Aragonie, Ghiraudus provincie Provincie, Alexius Bononiensis, Humbertus Burgundie, Thomas Saxonie, Aicardus Mediolanensis, Johannes Apulie ministri et Raimundus dicti ordinis procurator diligenter dicto examinato negotio convenerunt concorditer et diffinierunt, quod in dictis libris compositis a dicto fratre Petro et traditis prefato domino pape dogmatizabantur multe hereses manifeste, et tam contra hereses quam contra fauctores earum dederunt et obtulerunt iudicialiter libellum tam prefato domino pape quam auditoribus deputatis per eum; in quo postulabant instanter, per ipsum dominum papam pronunptiari et declarari processus factos per dictum ordinem contra doctrinam et libros prefati fratris P[*etri*] et sectatores eius[5]) fuisse et esse rationabiles atque iustos, et ipsam doctrinam et libros ac errores et sectas predictas totaliter interdici et prohiberi et de predicto ordine et ecclesia romana penitus extirpari. Et contra omnes fauctores et defensores dicte doctrine fratris P[*etri*] et specialiter contra illos, qui petierunt ipsam doctrinam ut catholicam relevari, procedi secundum iura et canonicas sanctiones. Et insuper in actis petierunt, exemptionem a dictis defensoribus dictorum errorum impetratam anullari et irritari tanquam optentam tacita veritate et falsitate subgesta; et omnia et singula, que in dicto consilio dictorum auditorum narrata et exposita fuerunt, ostenderunt et probaverunt esse vera, sicut constare potest de predictis per publica instrumenta et acta facta in curia et alia legitima documenta.

Finito vero dicto concilio generali prefatus generalis minister ad instantiam reverendi patris domini Guillelmi de Pergamo[6]) sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconi cardinalis misit dictum fratrem Bonagratiam

---

1) Alexander de Alexandria später 1313—1314 Ordensgeneral.

2) Vitalis de Furno; s. oben S. 36.

3) Richard Conington.

4) Petrus de Anglia s. Glassberger in den Analecta Franciscana II, 114.

5) et sectatores eius *eine alte Correctur am Rande.*

6) Guillelmus de Longis aus Bergamo, Canzler Kg. Carls II. von Neapel wurde auf Verwenden dieses Letztern von Cölestin V. im Sept. 1294 zur Cardinalswürde erhoben; er starb am 9. April 1319.

ad civitatem Pergami, ut pacem in ipsa civitate tractaret et fieri procuraret, quo negotio pacis finito iterum ad curiam romanam redire posset pro dicto ordinis negotio prosequendo. Pendentibus vero dictis commissione, appellatione, lite et processibus et dicto fratre existente in dicta civitate pro dicto pacis negotio peragendo, vicarius archiepiscopi Mediolanensis recepit quasdam litteras, quarum litterarum tenor talis est':

Es folgt das von mir in dieser Zsch. II, 158 bereits mitgetheilte päpstliche Schreiben.

'Quibus litteris receptis ipse vicarius precepit eidem fratri B[*onagratie*], quod ad locum de Monte Caprario[1]) Convenarum diocesis se conferret, ibidem moraturus secundum formam ipsarum litterarum. Et cum huiusmodi locus de Monte Caprario non esset in diocesi Convenarum, quamvis in diocesi Thol[*osana*] sit villa, que Mons Camprius nuncupatur et in Agensi diocesi sit locus, qui dicitur de Monte Campello, habuit consilium a prefato domino Vitali tunc locum (**2b**) tenente et vicem generalis ministri, quid esset agendum; et fuit eius voluntas, ut ipse frater B[*onagratia*] non contenderet, sed iret ad conventum fratrum minorum, qui est in Valle Capraria iuxta civitatem Convenarum. Et sic secundum voluntatem ipsius superioris sui idem frater B[*onagratia*] accessit ad dictum conventum Vallis Caprarie et ibidem moram traxit donec prefatus dominus papa vixit. Quo mortuo idem frater B[*onagratia*] infirmatus de sui superioris voluntate recessit et venit Tholosam.

Nunc queritur, utrum auctoritate dictarum licterarum et precepti sibi facti per dictum vicarium archiepiscopi Mediolanensis cogatur sive artetur ad eundum vel morandum ad dictum conventum Vallis Caprarie Convenarum diocesis. — Et videtur dicendum, quod non, rationibus infrascriptis.'

Es folgen nun eine Menge juristischer Beweise. Beispielshalber hebe ich folgende aus: f. 2b 'Ex forma dicte lictere . . . deprehenditur, stilum curie multipliciter pretermissum. Primo quia non facit aliquam mentionem de aliquo conventu seu loco ordinis, ad quem mictit ipsum sine prefinitione moraturum. Stilus autem curie romane requirit, cum religiosus mictitur ad locum alicuius religionis, maxime ut ibidem sine prefinitione temporis moretur, quod fiat mentio de conventu sive loco religionis, ad quem mictitur; et ideo non sufficit dicere in littera, quod vadat moraturus Tholose vel in tali villa, ne ratione huiusmodi generalitatis sibi materia prebeatur extra sue religionis conventum in locis quibuslibet ipsius ville in religionis obprobrium evagari . . . — (2b) Secundo ex eo, quod stilus (3a) curie romane requirit, quod antequam

1) Da das Abkürzungszeichen zu weit links über dem a steht, so wäre hier wie im folgenden 'Camprio' statt Caprario' zu lesen.

littere pape emanent de curia sive per eas gratia concedatur sive pena imponatur, seu status vel conditio alterius ledatur, legantur domino pape; et sic servat romana curia, prout notorium est in curia . . . Presumptio autem est, quod dicta littera nunquam fuerit lecta prefato domino pape. Nam cum, ut[1]) notorium est, longo tempore fuerit episcopus civitatis Convenarum et per longa tempora moram ibi traxerit, ipsam civitatem et diocesim visitando, et postquam fuit papa personaliter ad ipsam civitatem accesserit et certus esset, quod in diocesi Convenarum non est locus de Monte Caprario, et quod iuxta et prope civitatem est villa famosa, que appellatur villa de Valle Capraria, in qua est conventus fratrum minorum.' Aus diesen und ähnlichen Ausführungen zieht Bonagrazia folgenden Schluss: (f. 12b) 'Ex predictis concluditur, quod dictus frater B[*onagratia*] accedendo ad dictum conventum Vallis Caprarie ex precepto sib facto per dictum vicarium, quod accederet ad locum de Monte Caprario secundum tenorem dicti rescripti nullum robur tribuere potuit dictis rescripto et precepto nec per talem accessum et moram factam in ipso conventu obligatus est nec se obligare voluit nec potuit ad morandum in ipso conventu ex vigore dicti rescripti, tum quia, ut in facti narratione propositum est, ipse accessit ad dictum conventum et ibi moram traxit de voluntate ministri sui, non ut ibi perpetuo moraretur, sed ut ibi staret, donec ministro suo placeret.'

4. Die Vorarbeiten zur Constitution *Exivi de paradiso* vom 6. Mai 1312.

Kommen wir nun zu unserm eigentlichen Gegenstand: zu den Streitschriften, welche die berühmte, auf der letzten Sitzung des Vienner Concils veröffentlichte Constitution *Exivi de paradiso* vorbereiteten. Entsprach das dogmatische Decret in Etwa den Wünschen der Communität, so sollten nun auch die berechtigten Forderungen der Spiritualen in Betreff der Reform der Ordensdisciplin verwirklicht werden.

Halten wir zunächst Übersicht über die einschlägigen Schriftstücke und zwar sowohl über jene, welche uns noch erhalten sind als auch über die, für welche uns wenigstens noch sichere Nachrichten vorliegen.

1) Nach den oben[2]) mitgetheilten Notizen des Codex Laurentianus folgten sich die Streitschriften also:

1) *Hs.* ut cum. 2) Vgl. diese Zsch. II, 356 s.



Ausserdem erwähnt die Hs. noch drei Schriften, welche die Frage von der Verpflichtung zum 'usus pauper' behandelten:

1. *Circa materiam de usu paupere.*
2. *Super tribus sceleribus.*
3. *Vidi de ore draconis.*

2) Nach Glassberger[1]) folgten sich die Streitschriften in nachstehender Ordnung:

Die Spiritualen:	Die Communität:
Super tribus sceleribus	*Vidi de ore draconis.*



Ausserdem werden noch folgende drei Schriften der Spiritualen (d. h. Ubertinos) erwähnt:

1. *Contra quosdam.*
2. *Et quicunque hanc regulam*[2]).
3. *Ne in posterum.*
4. *Sanctitati apostolice*[3]).

Die in Betreff der Armuth (de usu paupere) gewechselten Schriften wurden, wie es scheint, in folgender Reihenfolge eingereicht:

Von der Communität:	Von den Spiritualen:
Circa materiam de usu paupere.	*Super tribus sceleribus.*
Vidi de ore draconis.	. . . .[4])

3) In der Actensammlung des Ordensprocurators finden wir folgende Streitschriften aus der Zeit dieser Verhandlungen verzeichnet:

a) In Betreff der vier päpstlichen Fragepunkte:

---

1) Vgl. diese Zsch. II, 357.

2) Die zwei ersten in Wadding vgl. ad an. 1310, n. 4 u. diese Zsch. II, 356.

3) Diese beiden letzteren erwähnt Bonagrazia; vgl. Baluze, Miscel. ed. Mansi. II, 278 u. diese Zsch. II, 359. Die letzte ist die von mir oben (II, 377 s.) mitgetheilte Apologie Olivis.

4) Die im Cod. Laur. (s. oben II, 357) an erster Stelle erwähnte Schrift.



1) Diese unten mitgetheilte Schrift blieb, wie es scheint, dem Procurator unbekannt.

2) Auch von dieser unten folgenden Schrift gilt das in Anm. 1 Gesagte.

3) Über diese möglicherweise hierher gehörige Schrift s. unten. Auch sie blieb Raymund unbekannt.

f) Unbestimmten Inhalts:

Tota causa commotionis c. 5. ⟵ *Cum vestre sanctissime paternitati* c. 6.
Ein Gesuch Raymunds. Ein Gegengesuch des Ordensgenerals.

Leider gibt uns die Bezeichnung der Schriften durch die sie einleitenden, meistens der hl. Schrift entnommenen Worte keine ganz sicheren Anhaltspunkte zur Auffindung und Identificierung derselben, da eben die Abschreiber sich nicht selten die Mittheilung der Prologe ersparten. Wir dürfen daher aus der Verschiedenheit der Eingänge nicht ohne Weiteres auf gänzliche Verschiedenheit der betreffenden Schriften schliessen.

Bisher sind mir von hierher gehörigen Schriften folgende bekannt:

I. in Betreff der Armuth (usus pauper):

1. Eine 'Abbreviatura, quam tradidit communitas ordinis de intentione et observantia paupertatis et sunt 18 dicta principalia in universo'. Diese Streitschrift schliesst sich eng an den in derselben Handschrift folgenden 'Tractatus magistri Conygton [Conington][1]) ministri Anglie contra opiniones fratris Petri Johannis'. Beide Schriften finden sich in der Laurenziana in Florenz S. Croce, Plut. 36 dex cod. 12 (pergam. 14. Jh. 8°, pp. 129). Der Tractat Bl. 1a bis 18a beginnt 'Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Ps. Precedit actus meritorius, ut succedat fructus consolatorius, quia qui votum paupertatis intelliget, beatus erit. Ad eius igitur intelligentiam 1° agetur de paupertate simpliciter, 2° de paupertate voluntaria, 3° de paupertate evangelica et 4° de paupertate fratrum minorum'. Schliesst: 'e contrario sensu tenet in causis precisis, ut dictum est'. Raymund erwähnt, wie ich glaube, diese Schrift part. 3, cap. 36[2]); die von ihm verzeichneten Schlussworte finden sich in der folgenden Schrift. — Die 'Abbreviatura' Bl. 18b bis 20a beginnt: 'Incipit abbreviatura, quam tradidit communitas ordinis de intentione et observantia paupertatis et sunt 18 dicta principalia in universo. Intendit autem et dicit communitas'. Schliesst: 'eo modo, quo in regula indicantur'. Es werden in ihr die zehn Quästionen des vierten Theils des Tractates zusammengefasst.

2. Die von Seiten der Communität eingereichte Streitschrift 'de usu paupere', welche in obigen Verzeichnissen durch folgendes Incipit

1) Er war einer der im J. 1311 in Vienne zur Zeit des Concils versammelten Provincialministri; vgl. diese Zsch. II, 356, Anm. 1. u. oben S. 35, 39.

2) S. oben S. 23.

bezeichnet wird: *Circa materiam de usu paupere.* Sie ist uns wenigstens stückweise in der Erwiderung erhalten, welche Ubertino ihr sofort ertheilte, in der Laurenziana, S. Croce, Plut. 31 sin. cod. 3, ff. 194b bis 201a. Daselbst führt sie den Titel: 'Declarata et definita de usu paupere per generalem ministrum et magistros in theologia in curia existentes'. Beginnt: 'Circa materiam de usu paupere sciendum est, quod paupertas duobus modis accipitur: uno modo pro abdicatione dominii et proprietatis rerum ... et isto modo cadit sub voto; alio modo accipitur paupertas pro penuria et artitudine in usu' ...

3. Die Widerlegung der eben erwähnten Schrift von Seiten der Spiritualen (d. h. Ubertinos) in der bezeichneten Hs. Die eigentliche Aufschrift fehlt und die Erwiderung beginnt mit dem eben mitgetheilten Titel des zuwiderlegenden 'libellus'. Nach diesem Titel bemerkt Ubertino: 'Nota quod non dicit oppinative nec cum dubii formidine referens id, quod dicitur, sed tanquam clare diffinitum in scripturis certitudinaliter ita esse. Ex quo liquet aperte ex hiis, que infra dicunt, quod sententiam excommunicationis incurrunt et penas et infamiam criminis, que debetur contra sententiam apostolice sedis aliqua doctrinaliter et publice et ex certa scientia asserenti. Nam tu libelle diffinis id, quod sibi diffiniendum summus pontifex reservavit, etiam pervertendo sensum grammaticalem decretalis'. — Zu dem nun folgenden, ebenfalls oben mitgetheilten eigentlichen Eingang der Schrift sagt Ubertino: 'Ne laboremus in equivoco debes scire, quod usus pauper accipitur a nobis pro illa consuetudine vivendi et utendi rebus simplicis facti usu, quam Christus et eius mater sanctissima secundum dicta evangelii et sanctorum in sue vite decursu communiter tenuerunt'. — Endet: 'Igitur necessarium et artum prout dividitur contra superfluum secundum patrum nostrorum sententiam directe includitur sive est de nostre essentia paupertatis. — Explicit responsio fratris Ubertini de Casali ad libellum etc. Duos enim ipse fecit' ... wie oben II, 357. — Diese Erwiderung Ubertinos dürfte wohl mit einer der beiden ihm oben zugetheilten Schriften identisch sein, entweder mit jener, welche beginnt: *Super tribus sceleribus* oder mit der andern, deren Anfangsworte im Codex Laurenzianus unleserlich sind; diese letztere blieb, so viel ich sehe, Raymund unbekannt.

4. Eine stellenweise mit herber Ironie gewürzte Antwort auf die unter n.° 1. angeführte Schrift Coningtons. In derselben setzt der Verfasser, wie ich vermuthe Ubertino, Punkt für Punkt die Lehre der 'relaxationis defensio' und der 'regule perfectio' sich einander gegenüber. — Sie findet sich am Ende des unten noch häufig zu erwähnenden cod. A. 60 ff. 57a bis 63a der Capitelsbibliothek von Padua. Die Antwort (Ubertinos) beginnt mit einer ähnlichen Stelle aus den Psalmen mit der Conington seine Schrift einleitet: 'Beatus vir, qui non habiit in con-

silio impiorum et in via etc. Evangelico viro triplex imponitur malignitas fugienda et simplex proponitur felicitas optinenda'. Schliesst: 'effugere tenebras vite sue operibus radiosis'. Auch diese Schrift wird von Raymund nicht erwähnt.

II. In Betreff der Reform der Ordensdisciplin.

1. Die von Raymund Gaufredi im Namen der provençalischen Spiritualen eingereichte Beantwortung der vier Fragepunkte, über welche die päpstliche Commission Aufschluss verlangte. — Ein Auszug derselben ist uns in der unter n°. 4 verzeichneten Schrift erhalten.

2. Die Beantwortung derselben vier Fragen von Seiten Ubertinos von Casale in cod. C V. 19 der Universitätsbibliothek von Basel. Ich veröffentliche dieselbe hier zum ersten Mal.

3. Die oben erwähnte Schrift *Rotulus iste* Ubertinos, in welcher er der Communität 25 Verstösse gegen die Regel und 10 gegen die Decretale *Exiit qui seminat* zur Last legt; in cod. A. 60, ff. 23b bis 36b in der Capitelsbibliothek von Padua und S. Croce Plut. 31 sin. cod. 3, ff. 201a bis 205b in der Laurenziana. Dieselbe folgt unten.

4. Die Erwiderung der Communität auf die unter n°. 1 verzeichnete Schrift; im cod. A. 60, ff. 36b bis 43a.

5. Die Replik der Spiritualen (Ubertinos) auf diese Erwiderung; in cod. A. 60, ff. 43b bis 56b[1]). Auch diese beiden Schriften theile ich unten mit.

6. Der cod. 4350 der Pariser Nationalbibliothek bietet uns, wie ich eingangs bemerkte, ausser dem interessanten Entwurf zu der grossen Actensammlung eine zweite Arbeit Raymunds von Fronsac mit den An-

---

1) Nach der Angabe des Catalogus Mss. Angliae et Hiberniae p. 142, Codd. Mss. S. Benedicti Cantabrig. cod. 290, n. 3 Tractatus fratris de Bona Gratia, pr[incipium]: *Religiosi* vermuthete ich in dieser Hs. des jetzigen Corpus Christi College die oben erwähnte Schrift der Communität *Religiosi viri fr. Gonsalvus.* Durch die freundliche Vermittlung des Mr. W. Bliss theilte mir Dr. Luard gütigst den Anfang und das Ende des bezeichneten Tractates mit. In cod. 333 [330] des genannten Cambridger Collegs lesen wir: 'Tractatus fratris de Bona Gratia'. — Beginnt: 'Religiosi absolventes, ubi non possunt, non semper incurrunt excommunicationis sententiam'..... Schliesst: 'ubi agitur de casibus a iure expressis. Explicit'. Füllt 8½ Seite in 4°. Hieraus erhellt, dass wir in dieser Cambridger Hs. nicht obige Streitschrift zu suchen haben, sondern höchst wahrscheinlich einen Theil jenes canonistischen Tractates über die päpstlichen und bischöflichen Reservatfälle, welchen schon Sbaralea (Supplem. ad SS. trium ord. p. 141) unter den Schriften Bonagrazias aufführte.

fangsworten 'Sapientia edificavit domum', aus der Zeit des Concils von Vienne. In derselben werden die durch Ubertinos 'rotulus' veranlassten drei Schriften zusammengefasst. Ich füge unten alle wichtigeren Stellen derselben dem 'rotulus' ein.

Halten wir dieses Verzeichniss mit jenem zusammen, welches ich oben[1]) nach Wadding mitgetheilt habe, so finden wir, dass Wadding die sehr interessante Antwort Ubertinos (n°. 2) auf die vier Fragen entgangen ist; uns fehlt dagegen n°. 2 Waddings. Es ist dies ohne Zweifel die auch von Raymund erwähnte Schrift *Viri religiosi fr. Gonsalvus*, welche ich nicht kenne. Waddings n°. 2 u. 5 entsprechen wohl unsern n°. 3, 4 u. 5. Endlich konnte ich bisher Nichts von der von Wadding an letzter Stelle genannten Replik der Communität entdecken. — Hoffentlich wird die hier gebotene Zusammenstellung zu weiteren Funden führen, welche ohne Zweifel das von mir bisher gesammelte Material ergänzen und berichtigen werden.

Die von mir veröffentlichten Streitschriften folgten sich in dieser Ordnung:

Von Seiten der Communität: der Spiritualen:

in Betreff Olivis:

Coram vobis sanctissimo patre. ← *Sanctitati apostolice notum fiat.*
Protest vom 1. März u. 4. Juli 1311. Erwiderung vom Sommer 1311.

in Betreff der Observanz:

Antwort Gaufredis auf die 4 Fragen.
Ende 1309.

Antwort Ubertinos auf die 4 Fragen.
Anfangs 1310.

Ubertinos 'rotulus'.
Anfangs 1311?

Erwiderung Raymunds und
Bonagrazias c. Juni 1311.

Entgegnung Ubertinos.
c. Aug. 1311.

Sapientia edificavit sibi domum.
Raymunds letzte Erwiderung vom Concil.

Kaum waren im Herbst 1309 die von Clemens berufenen Vertreter der provençalischen Spiritualen in Malaucène oder Avignon versammelt, als ihnen, wahrscheinlich von der mit der Leitung der Verhandlungen betrauten Commission, vier Fragepunkte zur sofortigen Beantwortung vorgelegt wurden. Die

1) Vgl. diese Zsch. II, 355 s.

Fragen waren vortrefflich formuliert. Die erste betraf das Auftreten der überaus gefährlichen Secte vom freien Geiste innerhalb des Ordens. Die drei andern in Betreff der Verurtheilung Olivis, des Verfalls der Ordensdisciplin und der Vergewaltigung vieler Spiritualen suchten unparteiisch über die von beiden Parteien vorgebrachten Anklagen die nöthigen Aufschlüsse und Beweisstücke zu sammeln.

Die Antworten liessen nicht lange auf sich warten. Zunächst scheint Raymund Gaufredi in seinem eigenen Namen und in dem seiner provençalischen Genossen eine ziemlich kurz gefasste Beantwortung eingereicht zu haben. Doch gaben noch ausser ihm mehrere seiner Gefährten ihre eigenen Antworten ab. Leider ist uns das von Raymund verfasste Actenstück nur mehr in dem Auszug erhalten, welchen die Communität ihrer Widerlegung derselben einverleibt hat. Über diese Zusammenfassung führten die Spiritualen bittere Klagen, da in derselben ihre Antworten verstümmelt und verdreht dargelegt seien. — Dagegen ist uns die von Ubertino ertheilte Antwort in ihrer vollen Fassung erhalten. Ich lasse daher diese zunächst folgen.

a) Ubertinos von Casale Beantwortung der vier Fragepunkte (Anf. 1310).

Ubertino überragte ohne Zweifel an Begabung nicht etwa nur seine Parteigenossen am päpstlichen Hofe, als deren Wortführer er fast seit Beginn der Verhandlungen fungierte, sondern auch Bonagrazia von Bergamo, welchen ihm die Communität entgegenstellte. Dies beweist nicht nur die früher mitgetheilte Vertheidigung Olivis, sondern auch das hier folgende Schriftstück. Wir finden hier nicht mehr jene gesuchten und geschraubten mystischen Ergüsse eines seiner Ausserordentlichkeit sich wohl bewussten Asceten und Apocalyptikers, noch jenes masslose Selbstvertrauen, mit dem er in seinem 'Arbor vitae crucifixae' über die Rechtmässigkeit Bonifaz' VIII. aburtheilt; es war hier seinem Scharfsinn eine concrete und bestimmte Aufgabe gestellt. Die ständige Nähe seiner auf jede Blösse lauernden Gegner, mit welchen er dasselbe 'Dormitorium' bewohnte und die Abhängig-

keit von seinen Gefährten setzten seiner natürlichen Masslosigkeit heilsame Schranken.

Ich möchte glauben, dass er seine Beantwortung der vier Fragepunkte etwas später abfasste, als seine Gefährten dies thaten. Immerhin geschah dies spätestens im Januar 1310, wie eine Stelle[1]) der unten zuletzt mitgetheilten Streitschrift beweist. Diese Verzögerung hatte vielleicht darin ihren Grund, dass er von Umbrien her erst nach ihnen am päpstlichen Hoflager eintraf. An einer Stelle verweist er auf die Antworten dieser letzteren. Sodann bemerkt er, es sei denselben das Auftreten der Dulcinisten in Umbrien unbekannt gewesen. Falls er nun zugleich mit ihnen die erste Frage beantwortet hätte, so würde er sie doch wohl über einen Punkt von solcher Wichtigkeit aufgeklärt haben.

Das Schriftstück zerfällt in vier sehr ungleiche Theile. Drei der ihm gestellten Fragen fertigt Ubertino kurz ab. In Betreff des Auftretens Bentivengas in Umbrien sowie in Betreff der ungerechten Behandlung vieler Spiritualen konnte er einfach auf die von ihm und seinen Genossen eingereichten Processe verweisen. Da eine genauer formulierte Anklage gegen Olivi noch nicht vorlag, so durfte er sich auch in Betreff des vierten Punktes auf einige allgemeine Sätze beschränken. Dagegen beschäftigt sich fast das ganze Schriftstück mit der zweiten Frage, welche den Verfall der Ordensdisciplin und somit die eigentlichste Herzensangelegenheit der Eiferer betraf. Endlich nach jahrelangem Ringen und Kämpfen war es ihnen gelungen, bis zum päpstlichen Stuhle vorzudringen, um ihren so lang missachteten Klagen bei jener höchsten irdischen Auctorität Gehör zu verschaffen, welche allein Wandel schaffen konnte. Nicht ohne Grund glaubten sie sich dem Ziele ihrer sehnlichsten Wünsche nahe; wurden sie doch vom Papst aufgefordert, mit aller Offenheit die von ihnen so schmerzlich empfundenen Schäden ihrer Genossenschaft aufzudenken. — Ubertino gliedert seine Darlegung nach sieben selbstgewählten Gesichtspunkten in ebensoviele ungleiche Theile.

---

1) S. unten cod. Patav. f. 44a

Ganz besondere Beachtung verdient der Schluss. In demselben zieht er aus seiner ganzen Ausführung die entsprechende practische Folgerung, indem er das nach seiner Ansicht einzig wirksame Mittel angibt, um dem Orden die schon längst aus ihm entschwundene Eintracht zurückzugeben: die Bildung von Reformconventen und Reformprovinzen; worauf er mit der prophetischen Mahnung schliesst: so lange dies Zugeständnis nicht gemacht sei, werde der Kampf zwischen der Communität und den Eiferern fortdauern. — Die Vorhersagung war nur allzu wahr, aber leider bot die Reformpartei von damals nicht die nöthigen Garantien, auf dass ihr ohne Gefährdung der Glaubensreinheit die heissersehnte Abtrennung und Selbstständigkeit hätte bewilligt werden können.

Bisher fand ich die genannte Schrift Ubertinos nur in cod. C. V. 19 der Basler Universitätsbibliothek. Dr. Sieber, der Vorstand dieser reichen Büchersammlung, hatte die Güte, mir die Hs. zur Benützung nach Rom einzusenden, wofür ich ihm hier meinen verbindlichsten Dank ausspreche.

Die Hs. ist ein Quartband mit 126 Pergamentblättern aus der zweiten Hälfte des 14. Jhs. Bl. 126b lesen wir: 'Iste liber est fratrum predicatorum conventus Basiliensis et est de libris magistri Joannis de Effringen[1]; oretur pro eo'. — Bl. 1 bis 91 Liber Sextus und die Clementinen. — Bl. 91a bis 95b mehrere den Dominicanerorden interessierende Schreiben Johanns XXII. u. A. — Bl. 95b bis 106a 'Explicit tractatus fratris Bartholomei de Bolsenheim[2] Theotonici ord. fr. predic., magistri in theologia ac doctoris sacri pallacii domini pape, in quo respondet ad omnes articulos a domino Armacano contra ordines mendicantes propositos'. Er beginnt: 'Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam' und behandelt acht Artikel. Diese Schrift blieb Quétif-Echard, SS. ord. praed. I, 687 unbekannt. — Bl. 106b bis 110b 'Summula de processu iudicii'. Beginnt: 'Antequam dicatur de processu iudicii notandum est'; schliesst: 'profectui illorum, quos informat'. — Bl. 110b, 111a, 125b bis 126b einige päpstliche Schreiben. — Bl. 111b bis 123b Die nachstehende Schrift Ubertinos. — Bl. 123b bis

1) Über ihn Denifle in dieser Zsch. II, 224, n. 136.

2) Vgl. Denifle l. c. n. 142, wonach Quétif-Echard zu verbessern und zu ergänzen. Vgl. auch die Liste der deutschen Provincialprioren bei Preger, Vorarbeiten in der Zsch. f. hist. Theol. 1869, S. 25.

125b die von Honorius III. bestätigte Franciscanerregel und das Testament des hl. Franz.

f. 111b. Responsio sanctissimo patri domino nostro domino Clementi divina providentia pape quinto tradenda.

Sanctitas vestra iniunxit in virtute sancte obediencie fratribus[1]) clemencie vestre pedibus advocatis, quod supra infrascriptis articulis responderent plenarie veritatem; adiungentes, quod vos coram deo excusabitis et onerabitis consciencias nostras, quia quantum in vobis erat, vos parati eratis apponere remedium salutare.

Primus est articulus, quod quia audieratis inter nos apparuisse errorem illum, qui dicitur spiritus libertatis, quod de hoc responderemus plenarie quod sciremus.

Secundus est, quia audivistis, quod status ordinis est collapsus ab observancia regule et declaracionis summi pontificis et ab intentione et imitacione primi institutoris et patrum priorum; — quod sanctitati vestre exprimeremus, in quo et quomodo est collapsus.

Tertius est, quia audiveratis aliqua notabilia gravamina multis fratribus iniuste fieri, volebatis illa vobis exprimi cum causis suis et personis, per quas inferuntur talia.

Quartus est, quia audiveratis, aliqua non sane doctrine imponi fratri Petro Johannis bone memorie, et libros eius fuisse combustos, quod vobis, quid de hac materia sentiremus, diceremus.

Ego frater volens me exonerare et fideliter obedire respondeo per singula.

(I) De primo patebit in actis per fratrem Ubertinum, dandis circa illam materiam vestre sanctitati per generalem ministrum, qui habet omnia ab eodem vobis tradenda. Et quid circa hec sentit idem frater, per ipsum plenarie exprimetur; et si omnia ab eo volueritis acta, ipse dabit plene[2]).

(II) De secundo ad videndum, quomodo status est collapsus, notandum est, in quibus consistit et que ex eis et qualiter sint corrupta.

Status iste, qui est evangelice perfectionis, fundatus est a Deo homine Yesu Christo et fuit a beato Francisco repetitus (1). In paupertate altissima ac per hoc pacifica; — (2) in simplicitate innocentissima ac per hoc fugit omnia sophistica et dolosa; — (3) in puritate mun-

1) Ihre Namen s. in dieser Zsch. II, 365, 377 und im Exemptionsschreiben bei Wadd. ad an. 1310, n. 3.

2) Vgl. diese Zsch. II, 131, wo in der historia tribul. das Auftreten dieser Secte in Umbrien und ihre Unterdrückung durch fr. Ubertino erzählt wird.

dissima ac per hoc a mundi strepitu separata, — (4) in humilitate profunda ac per hoc fugit omnia sublimia et reverencie prelatorum contraria; — (5) in oratione et operacione assidua ac per hoc fugit omnia distractiva et ociosa et avida et mundana; — (6) in caritate perfecta, ac per hoc fugit mutuas persecuciones et odia; — (7) in exemplaritate proximi conversiva ac per hoc fugit pusillorum secularium scandala.

(1) Paupertas altissima est evangelica ex institutione Christi et nostre obligacione regule; est expropriativa, ita quod nichil nec in communi nec speciali possint sibi appropriare, nec aliquis frater nec totus ordo; quod sub hiis verbis regula[1]) exprimit: '*Fratres nichil sibi aproprient, nec domum nec locum nec aliquam rem*' etc. hoc, declaratio[2]) dicit, debere servari tam in speciali quam eciam in communi. Unde si ius privilegiorum[3]) est aliquid et aliqua res, fratres ex prima institutione debent talem apropriacionem vitare. Ac per hoc est eorum paupertas pacifica, quia ex status sui condicione cum nulla creatura habent, unde possint litigare, quia hoc solum est eis proprium inter omnia mundana, nichil habere proprium. Et quia istud nobile proprium et altissimum, in quo eternus Deus pacifice possidetur, et sua regula observatur eis aufertur, dum coguntur a relaxatis et collapsis suas impuritates tamquam debitas et licitas sectari et vacare litigiis in causis pluribus, compelluntur viri pacifici ad summum patrem reclamare, ut videat, quis melius intelligit regulam vel beatus Franciscus vel privilegia talia procurantes. Nam ipse, cum a summis pontificibus ex sue sanctitatis devocione posset impetrare quasi quidquid voluisset, numquam tamen, dum vixit, permissit aliquam bullam (**112a**) haberi ab ordine nec bullam regule; asserens, quod bulle impetrande sibi suam regulam dissiparent, et reducerentur vellent nollent ad primam suam institucionem; quia prelati finaliter advertentes abusum nostrum, nos reducerent ad regulam patris nostri, et hoc deus inspiraret eisdem. Et propter lumen spiritus sancti, quod in eo erat, dum esset in exitu mundi et introitu paradysi iuxta finem suum, fecit mandatum per obedienciam, quod ipsius dicitur testamentum[4]), quod numquam fratres aliquas litteras ab apostolica sede peterent, nec pro predicatione sub specie salutis animarum, nec pro

1) In der von Honorius III. bestätigten Regel cap. 6.

2) Es ist ohne Zweifel die Bulle Gregors IX. 'Quo elongati a saeculo vom 28. Sept. 1230 gemeint. Einer der Punkte, über welche die Ministri eine authentische Erklärung verlangten, war eben jenes cap. 6. In Betreff desselben entscheidet Gregor: 'Dicimus itaque quod nec in communi nec in speciali debeant proprietatem habere'. Sbaralea, Bullarium Francisc. I, 69; III, 407. 3) Diese Auslegung geht offenbar zu weit.

4) Häufig gedruckt; so in der Chronologia historico-legalis seraphici ordinis I, 15.

persecucione suorum corporum, nec aliqua ratione vel causa; et de omnibus illis, que dicit in suo testamento; quia sic nominavit ipse illam scripturam dicit: '*Nec dicant fratres quod hec est alia regula*'[1]), quia hoc non est, nisi ut primam regulam melius observemus. Ac per hoc videtur dicere beatus Franciscus, quod hoc est de prima regula, scilicet nullum ius privilegiorum sibi appropriare, maxime unde detur nobis aliqua materia cum prelatis vel quibuscumque aliis litigandi quacumque ex causa, titulo salutis animarum proximi mendicata. — Et magis expresse manifestavit intencionem suam beatus Franciscus[2]), quia aliquando aliqui fratres dixerunt sibi: 'Pater nonne vides, quod aliquando episcopi non permittunt predicare, et pluribus diebus permittunt nos stare in una terra ociosos. antequam possimus populo predicare; melius esset, quod tu impetrares, et quod fratres haberent privilegium a domino papa et esset salus animarum'. Quibus ipse respondebat cum magna reprehensione dicens: 'Vos fratres minores non cognoscitis voluntatem dei, et non permittitis me convertere totum mundum sicut deus vult. Nam ego volo per humilitatem et reverenciam primo convertere prelatos, et cum viderint sanctam vitam nostram et reverenciam ad eos, ipsi rogabunt vos, quod predicetis et convertatis populum et ipsi[a]) vocabunt vobis melius quam privilegia, que vultis, que vos ducent ad superbiam. Et si fueritis separati ab omni avaricia et inducatis populos, quod reddant ecclesiis iura sua, ipsi rogabunt vos, quod audiatis confessiones populi sui, licet de hoc non debeatis curare, quia si conversi fuerint, bene invenient confessores. Ego pro me volo hoc privilegium a deo, nullum scilicet habere ab homine privilegium, nisi omnibus reverenciam facere et per observanciam sancte regule, exemplo plus quam verbo, convertere universos'. Hec sunt scripta de manu fratris Leonis[3]) viri sanctissimi,

a) *Hs.* ipsum.

1) L. c. p. 16. 'Et non dicant fratres: haec est alia regula, quia haec est recordatio, admonitio et exhortatio et *meum testamentum* quod ego frater Franciscus parvulus vester facio vobis fratribus meis benedictis propter hoc, *ut regulam*, quam domino promisimus, *melius catholice observemus*'.

2) Speculum vitae S. Francisci et sociorum. Venetiis 1505, f. 30a; vgl. die vita 2a des sel. Thomas von Celano ed. Romae 1806, p. 224.

3) Derselbe war nach Bernard von Bessa (in seinem 'Liber de laudibus S. Francisci' in der Turiner Univ. Bibl. cod. I. VI. 33, f. 96a) der Secretär und Beichtvater des Heiligen. Im J. 1246 vollendete er mit Rufino und Angelo die 'legenda trium sociorum', von der jedoch die hier citierten 'scripta' wohl zu unterscheiden sind. Über diese letzteren werde ich in Verbindung mit den Fioretti di S. Francesco, dem ersten Theil der 'historia tribulationum' und der ersten c. vom J. 1340 datierenden Redaction des 'Speculum vitae S. Francisci et sociorum eius' später berichten.

et ideo individui socii beati Francisci, sicut ab ore eius audiebat, que ego legi, et ab antiquis patribus nostris audivi, quia de hiis fui valde curiosus ab infantia, ex stimulo consciencie professionis proprie perscrutator. Non tamen dissencio a sententia domini pape[1]), qui fratres dicit ad illius mandati observanciam non teneri, quia non obligavit successorem suum, cum non habeat imperium par in parem[a]). Quia iure humano non est dubium, quod nichil poterat precipere, quia iam ipse biennio ante et plus renunciaverat omni prelacionis officio, sicut idem frater Leo testatur; sed per modum precepti voluit nobis[b]) explicare intencionem suam, quam habuit in regula a spiritu sancto, et quam[c]) asserebat pro certo esse domini voluntatem, sicut expressis verbis asseruit. Et idem frater Leo et hec alia plene probancia et istud membrum et alia inferiora conscripsit, que propter vitandum vobis legendi tedium obmittuntur.

Unde constituciones ordinis generales[2]) dicunt, quod fratres nullum conveniant in iudicio pro re vel iniuria aliqua temporali, cum hoc non liceat eis salva regule puritate; quod non video servari quasi in aliquo casu, quia omnes curie quasi sunt plene nostris litigiis. Et sancti pontifices nostris verbis inducti, bona intencione dederunt nobis privilegia, ignorantes, quod nostro statui repugnent et quod nos abutamur eisdem. Nam quid differt ad imperfectionem vel per se immediate facere actus causidicos et litigiosos vel iugiter sollicitare procuratorem secularem et solucionem et sumptus omnes procurare, et (112b) negligentem arguere, tepidum incitare, et quod peius est, sepe, immo quasi continue, presenciam suam exhibere, et omnia quasi verba litigii audire, respondere et clamare ibi cum clericis et laycis, sicut norunt experti. Propter quod dico et credo, quod omnia talia privilegia et abusus predicti, quos ex eis facimus contra intencionem piorum pontificum nobis ea dancium, repugnent nostre regule et paupertati. Nam qui nichil habet nec habere potest, nec iniuria sibi fieri potest nec habet, super quo habeat litigare, sicut est pauper evvangelicus. Nec enim est litigium in

a) *Hs.* imparem. b) *Hs.* vobis. c) *Hs.* qua.

1) Gregor IX., in dessen eben angeführter Bulle sich die folgenden Worte finden. Sbaralea l. c. p 68.

2) In den 'Constitutiones Narbonenses vom J. 1260 heisst es am Ende der Rubr. 3. De observantia paupertatis: 'Item cum secundum regulam fratres nichil sibi appropriare debeant, ordinamus, quod fratres nec per se nec per alium conveniant aliquem in iudicio pro re aliqua vel iniuria temporali, ut in omnibus servetur puritas altissime paupertatis'. Cod. Vatic. 7339, aus welchem ich diese älteste Redaction der Constitutionen mit Beiziehung der übrigen uns erhaltenen Hss. vollständig mittheilen werde.

spiritu sed in carne, propter quod dicit apostolus de se et suis similibus: 'In carne ambulantes, non secundum carnem militamus',

Et istud est singulariter malum, quia si quis frater talia reprehendit vel talibus causis interesse refugit, reputatur non amare honorem ordinis, immo quasi persecutor ordinis persecucionem recipit habundanter, et si diceret, quod nollet in hoc obedire, quia est contra nostram regulam et statuta, reputaretur inobediens et graviter puniretur, et insidiantur postea talibus in omnibus factis suis. Et idem est de omnibus volentibus resistere inpuritatibus aliis nostre paupertatis, ut questui superfluo et edificiis excessivis et sepulturarum procuracionibus et execucionibus testamentorum et dispensacionibus incertorum; et modis aliis diversis, quibus cum nimia sollicitudine et modis nostre professioni non congruis temporalia congregantur. Et non attendunt multi prelati nostri, quod talia precipere subditis, eis ex nostra regula prohibetur. Nam regula[1]) dicit, quod ministri, qui sunt servi aliorum fratrum, non precipiant aliquid, quod sit contra regulam nostram et animam; et quod subditi eis obediant in omnibus, que non sunt contra animam et regulam nostram. Quod verbum et multa alia verba regule exposuerunt IIII^{or} magistri Parysienses[2]) scilicet frater Alexander de Alis, frater Johannes de Rupella, frater Robertus de Bastia, frater Rigaldus, qui fuit postea episcopus Rotomagensis, rogati a fratre Aymone, qui quartus a beato Francisco generalis magister rogavit eos ex parte generalis capituli, quod aliqua verba regule declararent. Et verbum predictum de obediencia exposuerunt, quod contra animam est non solum peccatum mortale, sed illud quod est incentivum proximum ad peccandum; et contra regulam videtur esse, non solum quod est contra preceptum regule, sed eciam contra statuta ordinis ad observandam regule puritatem. Item dicunt predicti magistri, quod non videtur securum consciencciis fratrum a regula, quam voverunt, recedere per aliqua privilegia impetrata. Et quando fratres spirituales talia allegant vel similia contra impuritates,

---

1) In der von Honorius III. gutgeheissenen Regel cap. 10: 'Fratres, qui sunt ministri et servi aliorum fratrum visitent et moneant fratres suos et humiliter et charitative corrigant eos, non praecipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam et regulam nostram'.

2) Diese 'expositio' ist mehrmals gedruckt, so im Firmamentum trium ordinum S. Franc. Venetiis 1513, f. 15b bis 19a. Dieselbe war das hauptsächlichste der Gutachten, welche das Definitoren-Capitel von Montpellier c. 1241 von den Provinzen über einige zweifelhafte Punkte der Regel eingefordert hatte. Vgl. Bernards von Bessa Catalogus min. gen. in der Zsch. f. kathol. Theologie. VII, 341; Thomas von Eccleston, De adventu minorum in Anglia. collat. XIII (XII).

quas vident, vel se excusant, si eis talia imponuntur, ipsi reputantur supersticiosi et fatui, et quod nefas est dicere, vocant eos hereticos aliqui stulti prelati et facientes sectam, sicut patet in impiis iudiciis factis super eos in provincia Tuscie et provincia Provincie et provincia Marchie et in aliis locis multis.

Item ista paupertas ewangelica regule etiam est penuriosa, ac per hoc crucifixiva carnis quod patet, quia indicit pedum nuditatem, vestimentorum et ciborum vilitatem et paucitatem. Nam non concedit vestimenta nisi vilia et taliter vilia, quod possint repeciari de saccis, ita quod inter pannum et saccum non sit differencia monstruosa. Et hoc est regula[1]) cum dicit: '*Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur et possint ea repeciare de saccis et aliis peciis cum benedictione dei*'. Et certum est, quod verbum '*aliis*' non facit nisi ad vilia. Sic ipse usque ad mortem beatus Franciscus servavit, et sic socii multo tempore post eum, ita quod ego, qui scribo, vidi circa XXX annos aliquos ex sociis superstites hoc de repeciacione saccina ad litteram observantes. — Item non (113a) concedit calciamenta, nisi hiis, qui necessitate coguntur, cum dicit in regula[2]): '*Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta*'. Et nota quod dicit '*coguntur*', quod male servatur. Nec equitacionem, cum dicit[3]): '*Nec debeant equitare nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur*'. Et nota, quod dicit iterum '*cogantur*' et '*manifesta*', quod male servatur. Unde predicti magistri[4]) exponentes verbum regule[5]) dicentis: '*quod habeant fratres unam tunicam cum capucio et aliam sine capucio, qui voluerint habere*', dicunt, quod habere duas tunicas et non plures regularis est forme, habere vero plures dispensacionis est regule auctoritate illorum, quibus commissa est cura fratrum. De vilitate dicunt, quod debet attendi in precio pariter et colore secundum existimacionem hominum regionis, in qua fratres morantur. De calciamentis dicunt predicti magistri[6]): '*Non calciari est forma vite, calciari vero dispensacionis est regule in necessitate*'; et addunt, '*quod videtur aliquibus, quod omne, quod ad calciamenta pertinet, dispensacionis est, aut minoris ut in soleis; aut maioris ut in soleis et caligis truncatis, que non cooperiunt aliquid de pede; aut maxime ut in caligis completis et sotularibus*'. Modo autem habundant excessus tunicarum preciosarum, maxime inferiorum, de optimis stam fortis[7]) albis; et multi habent de scarleto albo et de camellinis, et multiplicantur quo ad numerum mutatoriorum. Et istud est vicium magis prelatorum, lectorum, confessorum et eorum, qui plus possunt ista procurare. Unde valde pauci compara-

1) L. c. cap. 2. 2) L. c. cap. 2.
3) L. c. cap. 3. 4) Firmamentum l. c. f. 16a.
5) L. c. cap. 2. 6) Firmamentum l. c. f. 16b.
7) Ducange kennt nur die Form 'stamen forte', eine Tuchgattung.

tive reperiuntur, qui ab his abstineant, quando habere possunt. Et qui volunt tunicas viles habere et repeciatas et unam solam inferius portare et ire sine soleis, sicut ibant primi patres nostri et beatus Franciscus, de quo numquam dicitur, quod soleas habuerit, reputantur supersticiosi et facientes sectas et persecucionem recipiunt ab aliis et despectum.

Similiter vult regula, quod cibaria respondeant in vilitate et paupertate vestimentis, tum quia vult, quod cibus et potus fratrum sit continue mendicatus, cum dicit[1]): '*Vadant pro elemosina confidenter*' etc.; tum quia dicit[2]), quod non iudicent homines, quos vident mollibus vestimentis et coloratis indutos uti cibis et potibus delicatis, per hoc supponens, quod ipsi austeri esse debent in vestitu et victu et a gloria et deliciis vestium et ciborum evidentissime elongati; alias rediculosum esset monere, quod non propter ista alterius status homines despicerent vel eciam iudicarent. Nemo enim sane mentis iudicat aliquid de eo, quod ipse facit[a]) conswetudine. Et est notandum, quod dicendo, quod non iudicent alios, supponit, quod aliquis modus multo laxior modo nobis debito est aliis et precipue laicis secularibus licitus et concessus; et ideo, licet in hoc a nobis sint dispares, non sunt tamen a nobis propter hoc iudicandi. Nam non coguntur secundum Augustinus[3]) divites pauperum cibis uti, sed utantur superfluis (glossa. id est preciosis) dent inopibus necessaria, utantur preciosis, dent pauperibus vilia.

Ac per hoc et multa alia patet, quod nostra regula non tantum reiicit dominium, sed eciam multipliciter artat usum. Quod[b]) intelligentes patres nostri servabant. Unde sub fratre Bonaventura[4]) erat constitucio, quod fratres semper, quando fieret pitancia, essent contenti uno ferculo; et quod fratres sani carnes non comederent ullo tempore in locis fratrum. — Modo autem fiunt convivia nimis lauta et habunda de multis ferculis et vina cara et electa. Et hoc est commune satis prelatis[5]), lectoribus et maioribus; et qui plus potest in istis et plus procurat,

a) *Hs.* ait.

b) *Hs.* quot.

1) Regula l. c. cap. 6.

2) L. c. cap. 2.

3) Sermo 61, Migne PP. lat. t. 38, c. 414.

4) In der Rubr. 4 der 'Constitutiones Narbonenses' von 1260: 'Item contra superfluitatem ciborum statuimus, quod fratres tam in generali capitulo quam in provinciali quam etiam in conventu sive in refectorio sive in ostalaria sive infirmaria uno tantum ferculo pro pitantia sint contenti'. Da dies Statut in cod. Vatic. 7539 am Rande steht, vermuthe ich, dass es erst nach 1260 gemacht wurde.

5) Vgl. oben S. 56, Z. 37.

sepe valencior reputatur. Et pro magno freno modo fecit iste generalis[1]) et predecessor in pluribus provinciis statutum, quod nullus frater in eodem loco fratrum carnes comedat bis in die. Ex quo tenent, quod semel comedere est licitum, et adhuc hoc male servatur.

Quod autem (113b) ista paupertas sit penuriosa probat frater Hugo de Dingna[2]), vir eximie sanctitatis et sapiencie in tractatu suo de finibus paupertatis dicens sic: '*Nulli*, inquid, *qui voto astrictus sit ad observanciam*[a]) *insignium extreme paupertatis, licitum est aliquibus uti, unde sequatur destructio insignium extreme paupertatis; ordo autem minorum pariter in universis et singulis voto astrictus est ad observanciam insignium extreme paupertatis; ordini ergo minorum nec in universis nec in singulis licitum est uti aliquibus, unde sequatur destructio insignium extreme paupertatis*'. Et probat maiorem per quedam principia, que in libello illo accipit, in hac materia per se nota. Que autem sunt insignia extreme paupertatis[b]) ostendit dicens: '*Porro insignia extreme paupertatis*[c]), *que minores in extremo existere* [paupertatis] *declarant eosque non modicum, immo quamplurimum eo ipso decorant, in eorum regula evidenter expressa sunt. Primum quidem quod hiis, qui veniunt ad ordinem, indicitur in usus pauperum erogandi facultas; secundum vero habitus deformitas; tercium vestimentorum vilitas; quartum mutatorie vestis ablata numerositas; quintum iniuriis terre et aeris pedum exposita nuditas; sextum interdicta equitandi pompositas; septimum peregrinacio vel instabilitas; octavum victus et vestitus mendicata necessitas; nonum acquirendi pecuniam sublata possibilitas; decimum vero nominis despicabilitas. Nominis vero despicabilitas ad hoc inter insignia paupertatis numeratur extrema, quia insigne familiaris humilitatis est, que spiritus est paupertatis*'. Hec predictus. — Item infra ostenso, quod necessarius rerum usus est concessus fratribus, dicit sic: '*Sane summe cavendum est, ne sub colore necessitatis se*

a) *Hs. hier und weiter unten:* observancium. b) *Hs.* necessitatis.

c) *Auch hier zuerst* necessitas, *dann corrigiert in* paupertatis *durch dieselbe Hand.*

1) Das Einzige, was ich hierüber finden konnte, ist folgender Paragraph aus einem Memoriale des Generals Gonsalvo von Valboa (1304—1313): 'Item [*praecipit*], quod ministri faciant stricte servari capitulum illud de modo interius conversandi'. (Ist Rubr. 4 der Constit. Assis.: 'Circa autem esum carnium fratres temperate et stricte se habeant et de sero in locis suis nullo tempore carnes comedant'.) Chronologia hist.-leg. l. c. p. 39.

2) Vgl. diese Zsch. II, 401, Anm. 3, wo jedoch zu bemerken ist, dass im 'Firmamentum' unter Hugos Namen nicht die hier und dort citierte Schrift 'de finibus paupertatis', sondern eine von ihr ganz verschiedene 'disputatio inter zelatorem paupertatis et inimicum domesticum' abgedruckt ist. Ich verweise daher auf cod. Borghese 294, f. 64a s.

ingerat superfluitas; superflui namque adiectio insignium extreme paupertatis destructio est. Et ideo voto insignium extreme paupertatis superfluum incompossibile est. Est autem superfluum, quo ablato sufficit reliquum. Excessus autem superflui consistit maxime in numero, quantitate et sumptu et decore. Duo igitur superfluunt, si unum sufficit; multum, si parum; sumptuosum, si vile; speciosum, si despicabile'. Hec predictus.

Item probat frater Bonaventura olim generalis huius ordinis et post episcopus Albanensis in apologia sua capitulo VII[01])), ubi post multas auctoritates textus ewangelii et originalium sanctorum et glosarum conclusit sic: '*In hiis igitur verbis dominus apostolis et predicatoribus veritatis extreme ac penuriose paupertatis formam servandam inponit quantum ad carentiam non solum possessionum, sed eciam pecuniarum et aliorum mobilium, quibus sustentari solet communis hominum vita, ut tamquam veri pauperes in summa rerum constituti penuria carerent pecuniis, alimenta non ferrent, simplici vestitu contenti essent et sine calciamentis incederent, ut sic paupertatem altissimam actu et habitu quasi quoddam perfectionis insigne preferrent. Hanc paupertatis formam tamquam speciali prerogativa perfectam, et Christus in se ipso servavit et apostolis servandam instituit et hiis, qui eorum cupiunt imitari vestigia, consulendo suasit*'. Et hanc conclusionem, scilicet quod Christus et beata Virgo Maria et apostoli penuriosam vitam duxerunt quoad rerum usum, probat expresse per verba textus et originalium et post iterum sic conclusit[2]): '*Ex hiis omnibus aperte colligitur, prescriptam paupertatis formam, qua nichil possidetur et in summa penuria vivitur, apostolis fuisse preceptam, et ab eis servatam*'. Et iterum super eodem capitulo super verbo. Jeronimi[3]) ad Rusticum monachum, quo dicit de relictione temporalium: '*Nudum Christum nudus sequere, durum quidem grande et difficile, sed magna sunt premia*', dicit frater Bonaventura[4]): '*Constat autem quod duricia et difficultas non est, cum proprietas rerum contempnitur nisi penuria* (114a) *comitetur*'; in quo ostendit, quod in Christi sequela perfecta, apostolis imposita, comprehenditur rerum contemptus et usus penuriosus. Et cum secundum declaracionem papalem[5]) regula fratrum minorum quoad paupertatem sit illa perfectio, quam Christus servavit et apostolis tradidit, sequitur, quod ex ewangelio et dictis sanctorum, et

1) Opera omnia ed. Romana 1588, t. 7, p. 435a. Apologia pauperum, respons. 3ae, cap. 1.

2) L. c. p. 436b.

3) epist. CXXV, Migne PP. lat. t. 22, c. 1085.

4) L. c. p. 437a.

5) In der berühmten Decretale Nicolaus' III. *Exiit qui seminat* vom 14. Aug. 1279. Sbaralea, Bull. Francisc. III, 405.

textu regule nostre secundum sententiam fratris Bonaventure de integritate observancie voti nostri est non solum expropriacio dominii sed observancia usus pauperis debitis circumstanciis moderati. — Item hoc ipsum ostendit in capitulo VIIII° [1]) eiusdem libri in tota secunda parte, ubi probat penuriose paupertatis duodenariam prerogativam. Item eodem libro capitulo XII° [2]) expresse hoc determinat dicens: '*Ewangelica paupertas, pro eo quod ad eterna spiritum sublevat, tamquam ea que in celis totaliter thesaurizat, perfecte ipsam profitenti persuadet, omnibus temporalibus debere nudari quantum ad affectum atque dominium et arta sustentacione necessitatis esse contentum quantum ad usum. Et hic est ipsius modus sive medietas, quod sic relinquat dominium, quod non reiciat usum; sic recipiat usum, quod non reservet dominium; sic artitudinem usus servet, quod sustentacionem nature necessariam non devitet; sic necessitati subveniat, quod ab artitudine non discedat*'. Hec ille. — Item idem in littera [3]), quam de consensu et diffinicione generalis capituli misit per totum ordinem, dicit sic: '*Et quoniam paupertas est nostri ordinis prerogativa sublimis, ne nobilis hec margarita conculcanda porcis viliter exponatur, discursuum causam et questuum, sumptuositatem videlicet edificiorum librorumque vestium ac ciborum, sic studeas amputare, quod a professionis excellencia vite observancia non discordet. Fedum est enim prophanumque mendacium summe paupertatis se professorem asserere et rerum penuriam pati nolle; interius divitum instar affluere et exterius more pauperis mendicare*'. Et hoc iam ab annis LII declaravit capitulum generale [4]); sed si usus in voto paupertatis non cadit, nulla esset discordia inter professionem et vitam et nullum mendacium. — Item frater Johannes de Pachano [5]) olim archiepiscopus Cantuariensis in libro suo de perfectione ewangelica, hoc ipsum in locis multis immo quasi per totum librum probat. Dicit autem sic capitulo X^{o} loquens de fratribus minoribus [6]): '*Item nec rebus quibuscumque possint uti, sed illis, que modum non accedunt altissime paupertatis; unde fateor multa edificia ordinis esse monstra professionis. Nichil possunt habere breviter in usu domestico, quod divicias redoleat vel delicias foveat. Unde omnino non congruit*

1) L. c. respons. 3^{ae}, cap. 3, p. 446 s.

2) L. c. respons. 4^{ae}, cap. 3, p. 462a.

3) Mehrfach gedruckt, so in der Chronologia hist.-leg. I, 39, S. Bonaventurae Opera omnia, ed. Romana 1588, t. 7, p. 467; es ist sein zweites Rundschreiben, nach dem Capitel von Paris 1266 an die Provincialmeister gerichtet. Vgl. (Bonelli) Prodromus ad opera omnia S. Bonaventurae col. 657.

4) Es ist hier wohl das General-Capitel von Rom 1257 oder das noch berühmtere von Narbonne 1260 gemeint.

5) Johann Peckham; vgl. diese Zsch. II, 389, Anm. 2.

6) In cod. 3, Plut. 31 sin. S. Croce in der Laurenziana f. 116rb.

ipsis habere granaria vel cellaria, ut omnia clament exilium et altissimam paupertatem, quia profitentur egestatem'. Et infra[1]): *'Hec est igitur summa paupertas fratrum minorum, quia communitas eorum nulli rei dominatur, nulli homini civiliter* (?) *prefertur nichil suo iure potest repetere, nulli tenetur tributum reddere, nichil potest recipere metas paupertatis excedens, nichil potest sibi hereditarie accidere, nichil inmobili titulo tenere; egestatem debet servare'.* Item inferius: *'Sed dicit calumpniator, quod nihil habentes querendi sibi necessaria sollicitudine distrahentur'*; ad quod ridens subdit: *'Certe verum est, si obliti sue*[a]*) vocationis et paupertatis finibus minime contenti, de dei providencia incipiunt hesitare et plura ac lauciora querere, plane illos, qui huiusmodi sunt, dico ad apostasie vicium declinare. Quod si que futura sunt domino committentes, paucis ac vilibus ac cottidianis didiscerunt esse contenti, quietissime vivunt, sicut norunt experti'.* Hec ille. — Item ille in tractatu[2]), qui incipit: *Confitebor tibi domine rex* etc. circa finem[3]) dicit sic: *'Imponit tibi regula fratrum minorum, ut vivas sine proprio, et prout ex sequentibus in regula patet, in districtissima paupertate, ut nichil habere paciaris, quod avaricie incentivum aut lascivie vel superbie prebeat ullo modo; non cellaria vinaria, non granaria, non quecumque promptuaria habeas instaurata preter illa que instans et evidens exigit non possibilis sed actualis necessitas* (**114 b**) *manifesta. Non sint domus excelse, non aree superflue, non res alie, ut est possibile, preciose; et ut breviter dicam: nichil est tibi admictendum, quod sine periculo spirituali valeas declinare. Hec enim omnia ad ius pertinent summe paupertatis'.* Hec omnia predictus, hoc probavit Christum et beatam Virginem servasse, et apostolis sub precepto imposuisse. Ac per hoc, si ita est, istud negare est negare ewangelium et contrarium determinare est esse hereticum.

Item asserunt IIII^{or} magistri predicti[4]), regulam exponentes, dicentes sic[5]): *'Paupertas perfecta est paupertas spiritus, que nichil superfluum nec*

a) *Hs.* oblitus sue.

1) L. c. f. 116 va.

2) Dieses gewöhnlich 'Canticum pauperis' betitelte Schriftchen wird häufig Johann Peckham zugeschrieben (s. Sbaralea, Supplem. ad scriptores trium ord. S. Franc. p. 450); doch scheint mir hier das 'ille' nicht nothwendig auf Peckham bezogen werden zu müssen. Handschriftlich häufig erhalten, so in Assisi in S. Francesco cod. 597, in der Laurenziana in Florenz S. Croce-Plut. 31 sin. cod. 3 f. 96 b, Plut. 15 dext. cod. 12, in der Vaticana cod. Ottob. 522.

3) In der bezeichneten Hs. der Laurenziana f. 100 ra.

4) Vgl. oben S.

5) In cod. 3, Plut. 31 sin. S. Croce in der Laurenziana f. 95 rb

necessarium vite retinet tamquam proprium, sed ex dei provisione pendet, que dicitur paupertas mendicitatis. Hec est paupertas fratrum minorum, ad quam tenentur fratres ipsi; que hic determinatur. Unde attenditur in duobus: unum est ut non recipiant aliquid fixum sicut redditum, et hoc est quod dicit regula[1]: '*Tamquam peregrini et advene in hoc mundo in paupertate domino famulantes*'; *aliud est, quia debent habere paupertatem quantum ad usum, ut taliter sint pauperes, quod etiam mendici. Unde eciam additur*: '*vadant pro elemosina confidenter*'. Hec predicti quatuor. — Item decretalis domini Nycolai[2]) hoc expresse dicit in multis locis, et nunquam concedit nisi usum necessarium rerum determinatarum; unde dicit, quod semper sit quoad dominium omnimoda abdicacio et in usu necessitas. Hoc idem dicit frater Gwillermus de Marra[3]), item frater Johannes Gualensis[4]), quorum verba omitto. Item magister Henricus de Gandavo sollempnis doctor[5]) Parysiensis VII° quolibet, questione XXX: *utrum habere aliqua bona in communi diminuat de perfectione*[6]); circa medium distinguit circa status nichil habencium eciam in communi et aliqua habencium. Et dicit sic[7]): '*Si status omnia abdicancium claudicare non debet, et ex utroque latere sollicitudinis equa lance sint in apice perfectionis, quantum excedunt alios in temporalium abdicacione, tantum debent salva vite sustentacione strictissima et officiorum sui status execucione necessaria alios excedere in victus et usus omnium illorum, quibus eis licet uti, parcitate*'. Et probat hoc per declaracionem domini Nycolai et per Gregorium in pastorali libro II° et multa dicit ibi ad istud pertinencia valde bona.

Super omnia autem notandum est fratribus, quod regula usum pauperem in pluribus locis tangit; et ad presens loca VII assumo. Primo, secundo capitulo[8]), ubi de utilitate et paucitate vestium et nuditate pedum loquitur, et dicit, '*quod possunt ea repeciare de saccis et aliis*

---

1) In der von Honorius bestätigten Regel cap. 6.

2) Die schon oben S. 59, Anm. 5 erwähnte Decretale Nicolaus' III. 'Exiit qui seminat'.

3) Wilhelm von Mare; vgl. über ihn die Zsch. f. kathol. Theol. VII, 44.

4) Er war um 1282—85 Regens in Paris; vgl. Quetif-Echard, SS. I, 386 und Argentré, Collectio iudic. I, 226. Über seine Schriften s. Sbaralea, Suppl. p. 427.

5) Dieser Titel ist hier offenbar noch nicht in dem später üblichen Sinne gebraucht (s. diese Zsch. I, 367). 'Magister solemnis' war damals der stehende Ausdruck für 'ein berühmter Lehrer'.

6) In der ed. Paris 1517 ist es quodl. 7, quaest. 29.

7) L. c. f. 297a.

8) Es ist hier wie überall die von Honorius III. bestätigte Regel gemeint.

peciis cum benedictione dei'; et dicit '*possint*', quia previdisse videtur malum, quod hodie est in facto, quod fratres inflati, alta plus quam humilia sapientes, prohiberent in fratribus vilitatem habituum tamquam deformem et quasi dehonestantem, ut videtur eis, uniformitatem et reverenciam religionis; quod ne figeret[a]), dicit, quod sua vilia vestimenta possint repeciare de saccis. Et ipse et socii hoc ad litteram in habitu exterius servaverunt. Et ex hoc quod dicit, quod hoc possint '*cum benedictione dei*', videtur dicere, quod non obstantibus maledictionibus aliorum, qui vilitatem abhorrent, illi qui hoc animo humili faciunt, singularem divine benedictionis gratiam consequentur. — Secundo, tercio capitulo ubi dicit, '*quod non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur*'; ubi nota, quod pro causidicacionibus nobis incongruis aut pro temporalibus negociis nostro statui non bene consonis nulla nobis necessitas equitandi, sed pocius fug[i]endi aut peditandi, cum videatur preceptorie inhibitum, tum quia dicit: '*non debeant*', tum quia dicit: '*nisi manifesta necessitate cogantur*'. Et hoc valde male servatur. — Tercio, quarto capitulo, ubi usum pecunie per se vel interpositam personam penitus interdicit, que usui opulento in non habentibus possessiones super omnia suffragatur (115a). — Quarto, V° capitulo ubi dicit, quod pro mercede laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant, preter denarios vel pecuniam; et hoc humiliter sicut decet servos dei et paupertatis sanctissime sectatores. Ubi nota, quod eciam pro mercede laboris proprii, non nisi necessaria sola recipienda concedit, et hoc non nisi modo humili et consono sanctissime paupertati. Ubi in eo, quod elegit nos vocare '*sectatores sanctissime paupertatis*' pocius quam '*pauperes*', patenter insinuat, quomodo et quantum ex nostra professione tenemur, non solum sequi, sed assiduissime et habitualissime sectari paupertatem illam, que omnium aliarum sanctissima est censenda. Constat autem, quod ubi habunde deliciosa et curiosa, et mollia in usu sunt, maxime procuracione sollicita, talis paupertas magis ridiculosa vel matematica quam sanctissima censeretur. — Quinto, sexto capitulo ubi dicit, '*quod fratres nichil sibi aproprient nec domum nec locum nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et advene in hoc mundo in paupertate et humilitate domino famulantes vadant pro elemosina confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia dominus fecit se pauperem pro nobis in hoc mundo. Hec est illa celsitudo altissime paupertatis, que vos fratres carissimos meos heredes et reges regni celorum constituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Hec sit porcio vestra, que perducit in terram vivencium. Cui dilectissimi fratres totaliter inherentes, nichil aliud pro nomine domini Jhesu Christi in perpetuum sub*

a) *Ob* contingeret?

celo habere velitis'. Super quo verbo per plures[a]) predictorum magistrorum dicitur, quod, quia dicit[1]), fratres esse peregrinos et advenas[b]) et quod vadant pro elemosina, quod iniungit eis paupertatem non tantum expropriativam sed mendicam et singulariter precelsam et altissimam et cellariis et granariis vacuam et a domino Jhesu Christo exemplatam, ac per hoc egenam et penuriosam, sicut dictum est supra; alioquin ille predicte sic alte magnificencie paupertatis, quas hic de huius regule paupertate exprimit, nisi usus pauper et moderatus rerum in eo includatur, magis pertinere viderentur ad ridiculum quam ad laudem. — Sexto, quod nostra regula in tribus locis nostre paupertati humilitatem coniungit, scilicet capitulo V^{0} et VI^{0} et ultimo, et hoc talibus circumstanciis, quod cuivis non odienti pauperem usum, patere potest, quod pompa et opulentia[c]) usus rerum temporalium paupertatem et abiectionem humilem ibi descriptam reicit evidenter. — Septimo, quia primo et secundo et IIII^{0} et sexto et ultimo capitulo aperte insinuat et exprimit et supponit, paupertatem huiusmodi regule esse singulariter et antonomastice[d]) Christi ewangelicam paupertatem, a quo professorem suum quemcunque resilire sit retro aspicere et a regno retrocedere et retrocedendo perverti. Ac per hoc vult, quod illa sit summa, que cadat sub voto; quod eciam satis exprimitur in declaracione domini Nycolai. Planum est autem, quod non erit talis, nisi artat usum rerum, sed velit abunde temporalibus uti, quantumcunque dicatur illarum rerum suum non esse dominium; sic enim esset contra omnia iura et rationes legem verbis et non rebus imponere.

Miratus sum pluries, quomodo hoc potuit in dubitacionem cadere alicuius intellectualis hominis, maxime fratris minoris, cum ewangelium et doctores et regula hec clament et diffinicio generalis capituli[2]) dicat, quod curiositas et superfluitas directe obviant paupertati, et loquitur de rebus, quarum sine dominio nobis concessus est usus. Nam si ex voto paupertatis regule non excluditur a nobis nisi dominium, non usus opulentus rerum, tunc quilibet frater potest habere multas tunicas et capas de scarleto et serico et foderaturas de vario, multos

a) *sic, ob in* exposicione?
b) *Hs.* advenos. c) *Hs.* opulenta.
d) *Hs.* antonomasice.

1) Dem Sinne nach an der oben S. 61 s. mitgetheilten Stelle.

2) In den Constitutiones Narbonenses vom J. 1260 in der Rubr. 3: 'Cum autem curiositas et superfluitas directe obviet, ordinamus, quod edificiorum curiositas in picturis, celaturis, fenestris, columnis et huiusmodi aut superfluitas in longitudine, latitudine et altitudine secundum loci conditionem arctius evitetur'.

palafredos et vasa aurea et argentea et lectos et apparatus preciosos et cibaria iugiter exquisita et multa ad modum principum, dummodo dominium et proprietas sit pape; et cum tali vita erit verus pauper ewangelicus et frater minor, regule paupertatem observans; quod quanti sit deliramenti, patet omnibus non insanis.

Inter omnes autem loquentes de usu paupere, ille qui plus modificat cum debitis circumstanciis, ita quod eius votum nulli discrimini est [*est*] frater Petrus Johannis (**115 b**); nam predicti[1]), ut patet in eorum scriptis, amplius ipsum artant. Credo autem, quod voluntas suos cohoperiendi excessus intellectum contrarium determinancium ebetavit contra tot et tanta patrum nostrorum testimonia et exempla. Propter predictam artitudinem paupertatis nostre professionis tantum horruerunt patres nostri excessum edificiorum, quod beatus Franciscus, quando videbat domos alicuius apparencie, que tamen modo reputarentur vilissime et paupercule, nolebat venire ad eas, dicens, eas esse contra regulam, immo, sicut dicitur in legenda[2]), mandabat, ut pauperum more pauperes casas erigerent, quas non inhabitarent ut proprias, sed ut peregrini et advene alienas. Et edificia alicuius apparencie in summam detestacionem excessus mandabat dirui vel fratres exinde amoveri, si quid racione apropriacionis vel sumptuum ibi cerneret, quod paupertati non per omnia consonaret. Et in testamento[3]) dicit, *quod fratres nullo modo ecclesias vel edificia recipiant, eciam a secularibus facta et gratis nobis oblata, nisi sint totaliter secundum sanctam paupertatem*, et quod offerentes sibi dominia retineant, et fratres habeant solum usum, et offerentes essent domini et patroni. Et quando expellerentur, non litigarent, sed irent ad alias terras humiliter et dicerent eis: 'Facite sicut placet, quia loca non sunt nostra sed vestra'. Nunc autem stat in statutis generalis capituli[4]), quod fratres non incipiant edificare in aliquo fundo, nisi eis sint sic libere concessa, quod nulla persona possit sibi in eis ius aliquod vindicare; et quod gardiani iura locorum suorum diligenter procurare studeant et servare, quam constitucionem fratres diligenter observant. Quod qualiter predictis sit consonum, satis patet.

Multa circa istam materiam dici possent, quomodo paupertas contempnitur, et fratres volentes eam servare et relaxacionibus obviare, confunduntur multis viis. Nam in provincia Januensi unus frater nomine Karlinus de Grimaldis unam tunicam habitus de albasio, quam portabat,

---

1) Vgl. oben S. 58 s. und diese Zsch. II, 389 s.

2) In der Vita 2a des sel. Thomas von Celano ed. Roman. 1806 p. 175 in dem Cap. 'de paupertate domorum'.

3) Chronologia hist.-leg. I, 16.

4) Es ist wohl das Gen.-Cap. von Toulouse (1307) gemeint.

cum fecisset eam poni ad solem post locionem, quidam fratres de voluntate custodis, ut dicitur, eam acceperunt et sciderunt per frustra et posuerunt in cameris secessus in despectum et abhominacionem observancium paupertatem. Et omnes sive in vestibus sive in cibis sive in cellis volentes se paupertati fratrum et regule conformare vocant singulares et supersticiosos et ordinis detractores. Et si sint seculares persone a deo inspirate ad observanciam ewangelice paupertatis, hii fratres relaxati persecuntur et criminantur et eis detrahunt aput principes nobiles et prelatos. Et si aliquando, operante dyabolo astute ad destruendum viam perfectam, aliquid reprehensibile in aliquo reperitur sive quoad regulam sive quoad mores, statim generaliter detrahunt omnibus paupertatem observantibus et student eos facere hereticos reputari, cum tamen sic corrigenda sint vicia, quod conservanda sunt insignia paupertatis.

Item hec paupertas ex Christi institucione et sancte regule expressione est mendica ac per hoc in longum tempus non provisiva, et ideo cellaria et granaria et provisio rerum in longum tempus et redditus perpetui non sunt secundum huius observanciam paupertatis, sicut sancti exponunt habunde de paupertate a Christo apostolis imposita. Et frater Bonaventura et frater Johannes de Pachano post eum et predicti IIII^{or}, qui regulam exponunt, et frater Petrus Johannis et alii magistri nostri plures usque ad habundanciorem transgressionem huius temporis et relaxacionem diffuse probant et clare pertractant et istam condicionem et alias, quas hic pro nostre regule paupertate adduco. Et tamen tam in provincia Marchie Trevisine, que dicitur provincia beati Antonii, quam in provincia Bononiensi sunt aliqua loca[1]), que publice vivunt de redditibus super certis possessionibus stabilitis et habent panem sive granum et vinum et certam quantitatem pecunie pro vestibus et pro pitanciis et aliis [oc]eduliis similiter aliquid certum. Et in pluribus aliis locis ordinis sunt stabilite (116a) pitancie et convivia annua et legata perpetua super certis bonis heredum testatorum. Et licet dicant fratres, quod non habent ibi ius aliquod ad exigendum, sed solum procuratores pape, tamen ista est enormis fallacia et venenum mortiferum paupertatis ewangelice regule et manifesta transgressio et deliciosus et iocundus modus temporalibus habundandi. Et qua ratione non licet totum ordinem ad huius[*modi*] paupertatem dolosam et falsam adducere, eadem ratione nec unum locum nec unumquemcumque fratrem

1) Dass diese Anklage nicht unbegründet war, zeigt das Rundschreiben, welches der Generalminister Johann von Murovalle 1302 in die Provinzen sandte. S. dasselbe in der Chronologia hist.-leg. I, 37 und in der Chronik Glassbergers in den Analecta Francisc. II, 109.

regulam nostram professum. Et sicut non licet habere redditus certos et stabiles pro necessitatibus nostris, ita non licet pro aliqua condicione speciali, quia eadem est racio in uno et in omnibus quoad impossibilitatem habendi fixionem alicuius redditus specialis super rebus alicuius specialiter et immobiliter assignati. Et patres nostri antiqui et magistri predicti et capitula generalia hanc pestem fortissime horruerunt et tamquam regule contrariam repulerunt.

Insuper quia pecunia est illecebrosa et animum inviscat et allicit nimis et est thesaurizationi apta et provisioni omnium futurorum et per eam habetur, quidquid est deliciositatis et habundancie, et est omnium vitiorum sentina; ideirco ista regula interdicit expresse omnem usum et questum pecunie fratribus omnino et eius receptionem per se vel interpositam personam. Nec sufficit semel dixisse, sed ter ponit: primo videlicet dicens[1]): '*Precipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel interpositam personam*'. Item secundo, cum dicit, quod ministri et custodes de fratribus induendis et fratribus infirmis sollicitam curam gerant, addit[2]): '*ita tamen ut, sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant*'. Item tercio, cum dicit, quod fratres laborent et de mercede laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant, addit[3]): '*preter denarios vel pecuniam*'. Et magistri predicti et capitula generalia exponunt denarios pro pecunia numerata, pecuniam vero pro omni eo, quod recipitur, ut vendatur vel ut in aliud loco precii commutetur.

Qui viderit plures modos, qui hodie tenentur communiter a fratribus preter aliquos valde paucos conparative, nescio, quomodo [a]) istud latinum possit bene concordare cum operibus illis. De hoc coram deo possum secure dicere, quod solo nomine gloriamur, non recipere pecuniam, quia non tangimus; sed quantum ad effectum et affectum, non video, quod hodie de facto sit differencia inter nos et alios de receptione pecunie et ea expendenda. Et licet satis multa dicat de hoc declaracio[4]) et multos modos inveniat, tamen ille modificationes, que ibi ponuntur, etiam meo iudicio non servantur. Hoc est certum, quod nullus qui portet vel donet pecuniam, invenit repulsam, et quantacunque offeratur semper inveniat receptorem. Qui non vult michi credere, experiatur et credet. Cellaria per totam Ytaliam sunt communiter valde magna, et colligitur in vindemiis et granum in messibus. Et fratres plures, qui veniunt ad

a) *Hs.* quod.

1) In der bezeichneten Regel cap. 4.

2) L. c. cap. 4. 3) L. c. cap. 5.

4) Die Decretale *Exiit qui seminat* Nicolaus' III. von 1279. Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 405.

ordinem, si habent unde, instruuntur ab aliis, quod sibi certos redditus annuos relinquant, quos pro se ipsis, quando erunt professi, recipiant depositarii sui. Et nunquam vidi servari quoad illos, qui recipiuntur, quando habent temporalem substantiam illud, quod dicit regula secundo capitulo debere fieri de bonis eorum, scilicet quod pauperibus erogentur sine aliqua sollicitudine fratrum. Item pecunia nomine oblacionis in pluribus locis provincie sancti Francisci[1]) et aliquibus Tuscie recipitur et diverse fraudes fiunt in missis novis, in oblacionibus pecuniarum et in aliis modis pecuniam procurandi, in quibus preceptum regule de non recipienda pecunia maculatur. Maxime abusus quidam intravit, quod fratres vadunt per plateas et forum circumeuntes[a]) terras, et earum vicos pecuniam pro elemosina postulantes et ducentes secum unum famulum, qui eos comittatur et recipit pecuniam postulatam ab eis. Et quia aliqui fratres (116b) ex consciencia respuerunt ire ad talem questum, maxime quia preter hoc, quod malam speciem iste questus pecunie prefert, in aliquibus locis fiebat, ubi actu fiunt edificia excessiva et alia nimis curiosa et excellencia sunt constructa, et superhabundans est ibi congregacio paramentorum excellentis precii et calicum et multi fiunt in eis excessus commestium particularium a prelatis et aliis, qui possunt. Propter quod fratres illi habebant conscienciam, quod non erat licitum ire pro illa pecunia, quia pensatis predictis videbatur eis superfluitas, non necessitas. Propter hoc autem et alia ad paupertatem spectancia ipsi reputati sunt ordinis destructores et facientes sectas et nominati heretici et gravibus penis puniti et aliqui incarcerati. Nam ex hoc principaliter habuit ortum inter alia persecucio, quam fratres paupertatis amatores in Tuscia habuerunt, ut patet in actis.

Omnes isti defectus oriuntur, quia parum vel nichil volunt fratres de paupertatis austeritate sentire. Et hinc est, quod omnes temporalia procurantes, quomodocumque exaltantur, et reputantur et presunt et fiunt sepe propter hoc male absolucioncs usurariorum et aliorum, qui debent restituere aliena et receptiones inepte sepulturarum ipsorum, ex quibus mala pusillis dantur exempla, et peccatorum vitia[b]) nutriuntur; et sunt ista contra intencionem regule et beati Francisci et status nostri, qui fortiter pecuniam et habundanciam paupertati contrariam recusant. Nescio, quod aliqua maior posset allegari necessitas, quam fratrum infirmitas, pro qua tamen regula omnem receptionem pecunie interdicit. Et multo tempore a principio fratres sibi caverunt ab hiis sicut a veneno, et nichil servabant, nisi aliqua pauca, que non possunt communiter acquiri questu cottidiano, ut ligna et huiusmodi et non nimis per longum

a) *Hs.* circuentes. b) *Hs.* vita.

1) Umbrien.

tempus. Qui nunc vero plus congregat de omnibus, valencior reputatur. — Licet autem sancta intencione moti fuerint summi pontifices tam in declaracionibus quam in privilegiis concessis, condescendentes peticionibus fratrum et volentes aliquo modo inclinare regulam ad vitam, quam videbant in fratribus, credentes per hoc relaxaciones restringere, quia vere restringebant inventa in operibus fratrum; tamen fratres acceperunt inde quedam velamina excusancia suorum excessuum, semper allegantes, quod est presens necessitas. Et licet declaracio fuerit multo artior, quam sit vita, quia numquam concedit nisi usum necessarium vel moderatum et temperatum; tamen accepta nimia securitate per eam et propter sententiam, que est in fine, que claudit ora nos reprehendencium, fuit nobis occasio veniendi ad omnes relaxaciones, que nos viles et male exemplaritatis mundo ostendunt.

Item paupertas ewangelica et regule est totaliter in divinam spem sursum activa, unde est certa de divino promisso, qui sine superflua sollicitudine promittit omnia ministrare. Quod excellenter et in multis et apertis miraculis deus ostendit in beato Francisco et sociis. Et ipse expresse hoc exponit in regula[1]), quod fratres vadant pro elemosina confidenter; et hec sit porcio eorum, cui totaliter inherentes, nichil aliud pro nomine Yesu in perpetuum sub celo habere velint. Et quando fuit pro petenda regula[2]) coram domino papa et aliqui cardinales in hoc puncto magis humana quam divina loquentes prudencia dixissent, quod nimis erat arduum in tanta paupertate vivere, nichil habendo, nichil congregando, omni modo pecuniam fugiendo; beatus Franciscus respondit, sicut a deo se recepisse asseruit, quod bene haberet curam de eis Christus, si ipsi curam haberent eius vestigia imitari; et non allegavit modos, qui nunc tenentur, in quibus ab eius vestigiis deviatur. Et si fratres non perdidissent confidenciam de divino promisso et credulitatem ad ea, que deus sancto Francisco promiserat, non esset tanta procuracio sepulturarum divitum, cum (117a) scandalo clericorum et legatorum et exsecucionis testamentorum et dispensacionis pecuniarum et discursuum et questuum pecuniarum et aliarum rerum, de quibus nunquam quasi possunt saciari. Immo multe celebraciones missarum et spiritualia officia videntur ordinata ad questum, si quis examinet vicia, que scaturiunt circa ista. Et in veritate, quia nolumus modicis esse contenti, sicut status mendicitatis requirit, ista nostra mendicitas efficitur incompassiva; quia nimis in nostris superfluitatibus consumimus, quidquid vult devocio fidelium pauperibus elargiri, et valde parum possunt pauperes de hiis, que ad manus nostras dispensanda veniunt, exaurire.

1) Cap. 6.

2) Vgl. die Legenda trium sociorum cap. 12.

Item est voluntarie assumpta ista paupertas, ac per hoc sicut in re sibi placita in penuria gloriatur; nec est importune extorquens, sed paucis contenta et vilibus; et sic quod sibi est coram deo et hominibus honorificum delicias et habundancias contempnere propter Christum et in domibus et in aliis utensilibus, libris, paramentis et vestibus pauperculis, sicut in cordis sui complacibilitate letatur. Hoc patuit in patre primo beato Francisco et sociis multipliciter, et eciam usque ad paucos annos preteritos dicebant constituciones[1]), quod fratres in paramentis et calicibus strictam paupertatem servarent, ita quod nec aurifriziatos vel sericos pannos haberent, et quod calices in opere fierent simplices, et quod pondus duarum marcarum et dimidie non excederent; et erat adhuc nimis in calicibus secundum tam artam paupertatem, sicut est nostra. Et tamen modo calices fiunt excessivi tam in pondere quam in curiositate et magnitudine, ita quod raro prelati divites habent ita magnos. Et in loco minorum audio pro certo, quod est calix de auro puro emptus de elemosinis procuratis a dominabus, particulariter facientibus fratribus de hoc questam; et constat, ut dicitur, quingentis florenis. Et in alio loco est vas pulcrum magnum de argento ad portandum aquam benedictam in dominicis diebus et aspersorium cum manubrio de argento. Hoc dico gracia exempli. Et in paramentis sumptuosis nullum frenum modo a fratribus observatur, quin multiplicentur quantumcunque possint; et in aliquibus locis est horribilis excessus[2]), quia amor paupertatis videtur vere recessisse a fratribus; et si alicubi est, videtur quod eam illuc introducit necessitas non voluntas. — Nam fratres ubique non videntur obmittere aliquid de contingentibus ad procurandum, sed seculares videntes nos importunos petitores et multum defecisse ab exemplaritate patrum nostrorum et in nostris excessibus multa consumere et de aliis pauperibus parum curare, retraxerunt ad se manum, et minus solito dant nobis. Sed in nobis crevit amor habendi, et multiplicatus est abusus expendendi in cibis et potibus et vestibus et edificiis et omnibus aliis sumptuosis; et quasi in paucis locis vel fratribus videntur

1) In einer späteren Redaction der Constitutiones Narbonenses von 1260 lesen wir in Rubr. 3: 'Thuribula, cruces et ampule de argento vel auro amoveantur omnino et de cetero calices simplices fiant in opere duarum marcharum et dimidie [*pondus*] non excedant, nec plures calices quam altaria habeantur excepto uno pro conventu. Nec aurifrigatos vel sericos pannos fratres habeant absque licentia et dispositione ministri et diffinitorum in provinciali capitulo, qui provideant, ut excessus in talibus evitetur'. Cod. Ottob. 15, f. 42.

2) Zur Beurtheilung dieser Klagen vgl. cod. 337 der Bibl. von S. Francesco in Assisi, welcher die Inventare der Sacristei dieses Conventes enthält, s. diese Zsch. I, 483.

isti defectus cessare, nisi ex impossibilitate habendi. Et hoc est, quod cor meum vulnerat quia ubi est paupertas, cum multo dolore et murmuracione portatur; et hoc est signum magnum corruptionis status.

Item dicebant constituciones[1]), quod fratres euntes per viam extra loca fratrum nullo modo bursarium secum ducerent pro expensis, sed more pauperum mendicarent. Nunc vero quasi communiter fratres, qui possunt, habent quilibet sua deposita apud depositarios et faciunt fratres suas expensas per eos. Et vix etiam intra suas provincias volunt ire sine bursario; et quomodo expendant, sciunt tabernarii et pueri, qui pecuniam portant. Et quia istud est vicium maiorum prelatorum, lectorum et sollempnium predicatorum et confessorum, qui quasi nullas volunt sustinere penurias, immo certe semper nituntur multi ex eis procurare delicias; et victum temperatum mendicare, quod est eorum proprium, erubescunt. Idcirco iam sic corrumperunt stratas, quod pauperculi fratres, qui nolunt vel non possunt bursarios ducere, difficulter inveniunt victum suum, quia creduntur sicut ceteri pecuniam habere. Non est mirum, si tales (117b) lectores et magistri et prelati odiunt doctrinam de usu paupere, quia nimis ab eorum vita discordat. Et bene esset eis, si possent deo probare, quod essent viri pauperes ewangelici, ex hoc solo, quod dominus papa habet[a]) proprietatem et dominium omnium rerum, quibus utuntur, et ipsi habunde et deliciose omnia consumant sine promisse observancia paupertatis. Ridiculum est apud omnes audientes, ut credo, hanc vocare paupertatem ewangelicam, que tante perfectionis et arduitatis extimatur, ut Christus ab ipsa beatitudines inchoet et eam perfectionis sue posuerit fundamentum et cum martirio ipsi idem premium tribuatur.

Certe nec beatus Franciscus voluit hoc a papa petere, quod possessio esset sua et usus nostri; immo voluit, quod proprietas esset vel prelatorum vel concedencium vel communitatum, ut per hoc nulla fixio daretur fratribus, quin possent, quando domīnis placeret, expelli. Quod ostendit in testamento suo et in legenda, cum dicit, quod domos locorum pauperculas non inhabitarent ut proprias, sed ut peregrini et advene alienas. Et quod plus est, in regula VI° capitulo precipit sic: '*Fratres nichil sibi aproprient nec domum nec locum nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et advene in hoc mundo in paupertate et humilitate domino famulantes vadant pro elemosina*' etc. Nam licet dominus papa posset eos expellere, tamen in oculis mundi non apparet in eis quoad modos, quos tenent, minor adhesio ad loca eorum nec in edificando nec in causidicando pro eis nec in morando, quia multi voca-

a) *Hs.* hanc (?).

1) Rubrica 5.

verunt nomina sua in terris suis, nec in aliis, que proprietatem ostendunt et sumptuositatem curiosam, quam in religiosis ceteris paupertatis.[a]) Nec minus, ut puto, turbarentur, si eis apostolica sedes auferet, quam reliqui; sed tanto plus, quanto expoliacione se reputant minus dignos. Quod autem amor paupertatis recesserit, hoc demonstrat anxia procuracio dignitatum et officiorum, in quibus ecclesiasticis diviciis valeant habundare. Tempore autem fratris Boneventure per capitula generalia[1]) erat receptio sepulturarum, ubi posset absque gravi scandalo declinari, et exsecucio testamentorum penitus interdicta. Et plures alie constituciones ad paupertatem pertinentes sunt relaxate paulative, sub quibusdam modis, carnis prudenciam sapientibus, qui tamen videntur moderate dicere, sicut moris est serpentis antiqui, sub specie liciti et moderaminis debiti secundum humanum sensum rigores regularis observancie relaxare. Hoc tamen fuit in nobis iam dudum, sed modo plus, quod, licet constituciones fiant, que si servarentur, essent valde bone, et precepta multiplicentur cottidie, tamen minus servantur et magis consciencia relaxatur. Quod dei credo iudicio isto contingere, ut quia de fundamento regule parum curamus, quam tamen in professione servare promittimus, cottidie novis ligaminibus ad culpam nos obligantibus irreciamur; que frangentes ut telam aranee, inpleri videatur in nostris transgressionibus, quod nos ipsi nosmetipsos concidimus vulnere super vulnus. Ab isto igitur fundamento paupertatis sic destructo, ut predicitur, procedit omnis[b]) ruina nostra et defectus in aliis, que secuntur. Et hoc est, quod dicebat beatus Franciscus, sicut est in legenda[2]), quod posito isto fundamento paupertatis stabat religio, quo sublato structura religionis evertitur.

Secundo fuimus fundati in simplicitate innocentissima, quam columbinam Christus vocat. Hec autem simplicitas fugit paganica studia nimis continuata et curiosa verba duplicia et vulpina, contenciones sophisticas opinionum inutilium et aparenciam falsi nominis sciencie, sicut dixit apostolus; sed studet omni devocione in divinis paginis et sanctorum dictis et ordinat suum studium ad accendendum se ipsum ad dei amorem et mundi contemptum et ad imitandum Christum et servandum promissum. (**118a**) Et hec non degenerat in stulticiam, sed est coniuncta serpentine prudencie, que omnia exponit pro custodiendo capite nostro Christo; quod fit in precavendo, ne subintrent impuritates

a) Sic! b) *Hs.* ensis.

1) Constitutiones Narbonenses von 1260 in der Rubr. 3: 'Item sepultura in locis fratrum stricte servetur, ut nullum admittant, quem absque notabili scandalo potuerint declinare. Et quicunque contra fecerit duobus diebus tantum in pane et aqua ieiunet'.

2) In der vom hl. Bonaventura verfassten cap. 7.

nostri status, que sub specie utilitatis et aliquando necessitatis et honoris, dominii et salutis Christi, sic paulative subintrant, iugiter subcrescunt, quod statum non solum inficiunt, sed prosternunt. Pro dolor, hec iniquitas in nobis ab hiis, qui videbantur alios regere, est deducta, dum nolentes credere primo patri et vocantes simplices et stolidos eos, qui super latinum clarum et apertum regule glosas relaxativas nolebant et testamentum patris pro hereditate consequenda servare volebant, credentes, quod ipse sciret domini voluntatem, tantum glosaverunt et relaxaverunt, et tantum suaserunt patribus fratribus modis predictis, quod devenimus ad hunc monstruosum statum plenum litigiis et superfluis et malis exemplis et prelatorum irreverenciis et cupiditatibus innumeris, quem in vilipensionem ewangelii et Christi et beati Francisci et in execracionem[a]) populi christiani nominare ewangelicam perfectionem non verentur; et dicunt, quod aliter servari non potest. Plures ex eis, et qui volunt aliter facere, eis non licet vivere inter eos; quinimmo seculares, qui ad veram ewangelii perfectionem anhelant, pro viribus persecuntur; et qui plus de hiis fecit, vir zelotes pro honore ordinis appellatur et amplius promovetur. Hinc multiplicantur salme[b]) librorum preciosorum et curiosorum superflue acquisite diversis viis a quolibet taliter qualiter; et tanta est apropriacio librorum, quod valde pauci inveniuntur, qui de acomodacione sint suis fratribus liberales. Et multi superfluos libros habent, et multi, qui nesciunt eis uti. Et multi de eis faciunt thesaurum dicentes: 'Si ego infirmabor, ego michi providerem de libris meis'; et vendunt et emunt ea intus ordinem et extra, melius quam possunt, et multi suis fratribus carius quam emant, more mercatorum.

Et omnes dissensiones quasi, que sunt in provinciis multis ordinis, sunt propter ambicionem promocionis ad studia, ut sint lectores et prelati et aliis dominentur. Quod autem hiis moveantur pocius quam amore scientie, patet, quia de facto videmus eos invite legere, quando possunt preesse; et postquam habent nomen, quod fuerint lectores, et de Parysius redeunt, parum curant postea de studio, sed sive legant sive non, in provinciis Ytalie et eciam alibi, ut plurimum soli lectores Parysienses dominantur. Et quia statim post noviciatum student in scripturis paganicis et postea in questionibus, ut plurimum magis curiosis quam devotis, et parum in dictis sanctorum et textu biblie comparative, spiritum devocionis extinguunt. Et quia non multi sunt ingeniosi et apti ad subtilia et tamen, ut honorentur, volunt mitti ad studia et habere nomen lectoris, licet parum sciant, ideo postea fastiditi de studio efficiuntur ociosi et vagi et aridi et indevoti nec curant chorum sequi, sed uno socio habito servitore discurrunt, ut volunt, et stant in terris propriis

a) *Hs.* execucionem. b) *Hs.* saline.

ceteris fratribus dominantes. Et quia a talibus ordo regitur, cum quasi semper sint de corporibus capitulorum provincialium et postea generalium; ideo semper ordo tendit ad ima. Et quilibet studet promovere suos ad talia cum multis astuciis et dolosis colligacionibus et promissionibus vanis et minis. Et licet promociones et prelationes (?) tales sint derisive magis quam vere, nichilominus sunt ibi tot ambiciones et vulpine astucie obtinendi ac per hoc sediciones et divisiones inter fratres, quod in vili materia horrenda ambicio et superbia declaratur. Quia etiam isti, qui in scientia videntur precedere, communiter magis videntur deliciis habundare et opera penurie fugere et oracioni minus vacare, magis aliis apreciari, mundanos honores querere et refectorium et vitam conventualem fugere; non est mirum, si viri zelum dei et regule habentes non approbant sic studere. Nam ab istis, si quis bene attendat, (118b) procedunt communiter sub miris dolis omnia mala nostra, et est sancta simplicitas, que est sapor vere christiane sapientie, effugata. Et hoc est, quod dicebat beatus Franciscus, quod multi propter scientiam dimitterent vocacionem suam. Quale est istud, quod nunc Parisiense studium emitur a pluribus, et dantur XXIIII libre parisienses a quolibet studente de gracia ibi omni anno[1]). Et cum toto hoc non potest se generalis defendere a multitudine inportune petencium et per procuraciones precum magnorum virorum conancium illuc ire.

Non fuit hec intencio regule nec beati Francisci, quin immo dicit regula, quod non curent nescientes litteras litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum domini et sanctam eius operacionem, orare semper ad deum puro corde etc. Et in legenda[2]) dicit, quod vult fratres esse discipulos ewangelicos et in scientia simplicitatis excrescere et magis orationi quam studio vacare

---

1) Jede Ordensprovinz war berechtigt zwei Studenten im Pariser Convent zu halten, denen sie nur die nöthigen Bücher zu liefern hatte. Ausser diesen — wenn alle Provinzen von ihrem Recht Gebrauch machten — 64 Studenten fanden auch noch weitere Aufnahme (studentes de gratia), für deren Unterhalt '12 libre' alter Pariser Münze aufzubringen waren, sei es vom Convent des Studenten, sei es von diesem selbst. In den Constit. Narbon. Rubr. 5 hiess es: 'Quilibet vero studens Parisius de gratia XII libras Parisienses procuret pro conventus ipsius necessitatibus assignari'. Doch nach den Münzoperationen Philipps des Schönen 'quia pecunia in regno Francie est mutata et propterea in valore non modicum est diminuta' wird verordnet, 'quod quilibet studens deinceps Parisius de gratia transmittendus assignari procuret pro necessitatibus dicti conventus tantum de nova pecunia, quantum valere noscuntur XII libre Parisiensium antiquorum'

2) In der vom hl. Bonaventura abgefassten Legende cap. 11.

exemplo Christi, qui magis orasse dicitur quam legisse; et multa dicit de hoc, expresse asserens, hoc genus studii esse contra suam intencionem et horrebat tantam apropriacionem librorum. Unde cum frater Ricerius[1]) vir nobilis et devotus circa mortem eius ab eo requireret, que erat sua intencio, quam habuerat in faciendo regulam et quam habebat tunc de libris et aliis, que ad paupertatem spectant, expresse respondit, quod hec erat intencio sua et dei, quod qui vult esse verus[a]) frater minor, non habeat nisi vestimenta, sicut concedit sibi regula. Et alio tempore minister quidam, qui habebat, ut dicebat, tot libros suo[b]) usui apropriatos, qui valebant libras L illius monete, que nunc[c]) valent XVI floreni, et volebat eos tenere cum benedictione beati Francisci, cum esset melanconicus, quia noluit sibi concedere, videns hoc pater sanctus cepit cum clamore se convertere ad fratres et dicere: 'Vos fratres minores vultis gloriari, quod estis observatores ewangelice paupertatis et in speciali vultis habere loculos, et facietis postea, sicut faciunt istriones, qui cantant ictus Roclandi et Oliverii et pungnatorum et ipsi numquam dederunt unum ictum in bello. Sic multi student scire aliis dicere facta sanctorum, et eorum nolunt opera imitari'. Et multa dixit de ista materia, dicens, sibi esse revelatum a deo, quoniam ista in ordine suo non facerent bonum fructum, quia per ista fratres relinquerent statum suum. Quod nunc cum dolore cernitur esse completum. Et dicebat, quod nolebat, quod fratres cupidi essent de scientia et libris, sed volebat, quod studerent habere sanctam simplicitatem et oracionem devotam et dominam paupertatem. Et hanc dicebat securiorem viam pro salute anime et vocacionem ordinis sui a domino principalem.

Non tamen despiciebat sanctarum litterarum studium et scientiam, immo multum reverebatur et revereri mandavit sacros theologos[2]); sed in spiritu previdebat, qualiter sequeretur abusus. Fuit ergo sua intencio, quod in communi essent aliqui libri ad divinum cultum et spirituale studium, et quod fratres, quibus daret deus abtitudinem intellectus in illis legendo et alios instruendo proficerent, ita tamen quod magis esset principalis intencio et ocupacio oracionis quam studii, et studium oracionem dirigeret, et oracio studium illustraret. Et certus sum, quod tales melius et scripturam intelligerent et populis predicarent in virtute spiritus veritatem. Et licet essent pauciores numero, essent fructuosiores merito et exemplo. Non enim erat sua intencio, quod fierent tot pre-

a) *Eine Correctur von anderer alter Hand.*
b) *Hs.* sui. c) *Hs.* non.

1) Vgl. das Speculum vitae S. Francisci et sociorum. Venetiis 1504, f. 8a.
2) Vgl. die vita 2a des sel. Thomas von Celano ed. Roman. 1806, p. 236. cap. 12. De ministris verbi Dei.

dicatores, qui privati oracionis studio et divinorum gustu scartabellando discerent sermones compositos, quos proferunt aliis velut picca. Et audeo dicere, quod tanta multiplicacio predicatorum, qui parum habent de spiritu mundi[a]) contemptus et experiencia divinorum et exemplaritate operum facit vilescere populis verbum dei; quinimo dicunt, quod non curamus nisi verba (119a) componere curiosa. Licet autem declaracio[1]) domini pape possit concedere ex plenitudine potestatis, sicut sibi placet, et optima intencione id fecerit dominus papa: ego tamen obedientia artatus dico, quod beatus Franciscus expressit intencionem suam et de libris et de studio, sicut dictum est supra; sicut aperte patet in dictis fratris Leonis manu sua conscriptis[2]), sicut ab ore sancti patris audivit, et ego ipse audivi a pluribus aliis sociis beati Francisci, quos vidi. Nichilominus adhuc declaracionis moderacio non servatur. Et si aliorum religiones[3]) vocantur ad studia ex sui institucione, licet ubique reprehendenda sit abusio studiorum, huius religionis vocacio ex expressione fundatoris, superius est descripta, ad oracionem et studium modis aliis moderatum.

Tercio, hec religio est fundata in puritate mundissima. Non enim solum prohibet regula carnale peccatum, sed etiam omne suspectum consorcium. Et quia mundicia multum a vanis aspectibus maculatur, ideo fuit sanctorum patrum nostrorum et beati Francisci studium, quod loca essent extra strepitum habitacionum hominum, ita tamen propinqua, quod possent faciliter ire ad ecclesias alias intra civitates ad predicandum. Et hoc patet adhuc in locis multis antiquis a fratribus communiter derelictis. Et dicebat beatus Franciscus, quod placeret sibi, quod fratres haberent parvas ecclesias pro orando et divina pro se ipsis officia celebrando, et irent ad predicandum ad ecclesias seculares et ibi audirent cum pace sacerdotum confessiones illorum, qui ex devocione vellent nostris maturis sacerdotibus confiteri, et non fierent iste congregaciones gentium in locis fratrum et strepitus aliorum fratrum solitudinem inquietans. Et quando fratres irent per terram pro elemosina, irent cum maturitate et honestate oculorum; et si quando, raro tamen, visitarent seculares personas, non ponerent se in novis et truffis, sed in verbis divinis et brevibus et utilibus, et recederent edificacione relicta. — Et causa precipua, quare sanctum ewangelium et regula sic austeram

a) *Eine Correctur von anderer alter Hand.*

1) In der berühmten Decretale Nicolaus' III. vom J. 1279 *Exiit qui seminat*, art. 6. Sbaralea, Bullar. Franc. III, 413.

2) Vgl. oben S. 53, Anm. 3.

3) Hier sind wohl vor Allem die Dominicaner gemeint; vgl. diese Zsch. I, 181.

paupertatem ponit, est ut mortificetur corpus et puritas conservetur. Nam nisi per frigora et fames et vigilias et disciplinas et lacrimas orationis continuas et fugas mulierum et earum aspectuum, non potest cordis nec corporis puritas[a]) faciliter servari. Sic fuit a principio, sicut patet perlegenti vitam beati Francisci.

Sed heu me miserum, qui natus sum videre mala populi mei. Nam paupertate relicta aufugit austeritas et crucifixio carnis dissipata est. Oracio et vigilie lacrimose, ut in pluribus defecerunt, habundat gulositas et evagacio per plateas et forum, visitacio frequens et inutilis dominarum, risus et truffe miscentur, et sermo edificacionis evanuit, familiaritates multiplicantur inutiles et dampnose. Non sufficit reliquisse deserta, sed nec suburbia nobis placent, nec quasi nunquam quiescimus, nisi simus in talibus locis, ubi maior possit esse frequencia populorum; non parcentes de hoc scandalo cleri nec sumptibus quantiscunque; sepe magna edificia in locis aliis et loca pulcherrima et quieti et spirituali solacio apta, ut possimus semper ecclesias habere plenas mulieribus et viris tam stolide quam noxie relinquentes. Tantum inundavit ociositas et gulositas et mulierum familiaritas continua, quod plus miror de stantibus quam de cadentibus. Immo miror, quomodo locus aliquis pensatis omnibus relinquitur puritati. Sed hoc adhuc huic ordini est relictum, quod austera punicio et eterna confusio eorum, qui de carnis crimine convincuntur, est remedium retractivum. (119b) Nam adhuc nullus publice deprehensus de carnis vicio, invenit defensorem, quin carcere mancipetur. Sed in hoc est fraus, quod secundam amicitiam et inimicitiam prelatorum, vel inpeditur multipliciter deprehensio plurium, vel efficaciter et aliquando fallaciter et mendaciter procurantur. Nam quia hoc solum quasi inter nos est peccatum infamie et punitur fortiter, ideo plures satagunt de hoc suum emulum infamare. Et credo, quod usque nunc istud posuit deus frenum, quia ex premissis tot sunt occasiones labendi, quod vix puritas remaneret, licet cum toto hoc multum sit puritas maculata.

Quarto iste ordo fundatus est in humilitate profundissima. Hoc clamat regula, habitus et corda, nuditas pedum, nomen et mendicitas nostra. Quantum a nobis ista fugaverit vanitas studii et pompa sciencie et abusus privilegiorum, narrent irreverencie prelatorum multiplices, mutue discordie ex superbia dominandi, procuraciones extrinsece dignitatum et honorum, impaciencie contra impugnantes et detractiones eorum, qui nos non honorant, contenciones cum aliis religiosis de predicacionibus et aliis honorabilibus, in quibus, quantum possumus, satagimus precellere universos, ita quod iam minores solo nomine reputamur.

a) *Eine Correctur von anderer alter Hand.*

Doleo, quod ita sencio; et plus doleo, quod non video, unde aliter sentire compellar. Et licet, ubicunque sint ista vicia, deo displiceant, tamen ista in nobis sunt magis reprehensibilia, quia gloriamur nos magna promittere et parva volumus observare. Et cum nostram professionem velimus omnibus excessive preponere, observanciam volumus aliis postponere vel equare.

Quinto in oracione et operacione assidua fundatus est ordo iste. Hoc dicit ewangelium, quia oportet semper orare et numquam deficere et quod non solum de alia ociositate, sed etiam de omni verbo ocioso reddere racionem oportet in die iudicii. Hoc etiam dicit regula sub hiis verbis: '*Fratres, quibus dedit dominus gratiam laborandi, laborent fideliter et devote*'. Super quo verbo querunt predicti IIII^{or} magistri, utrum istud intelligatur preceptum; et responderunt in hec verba: '*Et videtur ex forma dicendi et ex intencione sancti Francisci, quam in suo testamento expressit, ubi dixit: 'Omnes fratres firmiter volo, quod laborent de labore suo, qui pertinet ad honestatem'; gratiam vero dicit artem vel idoneitatem, quam quilibet velut donum gratis a deo habet. Sequitur: 'Ita quod excluso ocio, anime inimico, sancte oremus et devocionis spiritum non extingwat, cui debent cetera temporalia deservire'. Sub pretextu huius verbi volunt carnales defendere ociositatem suam et dicunt, in se extingui oracionis spiritum, cum eis superiores aliquem laborem iniungunt. Sed orationis et devocionis spiritus dicitur non extingui, quando non est sollicitudo talis laboris, per quam impediantur ab orationibus secundum regulam determinantis*'. Hec predicti; ubi aperte apparet, quod predicti magistri volunt, quod sit preceptum. Et ad hoc probandum recurrunt ad intencionem sancti Francisci, quam in testamento expressit. Declaracio[1]) etiam nichil dicit contrarium, sed valde conforme. Nam supponit, quod fratres vacent studio et divinis officiis vel ministeriis et serviciis taliter vacancium se exerceant; vel quod sint tam excellentis contemplacionis, quod non sint a tanto bono subtrahendi; et de hiis nullum dubium est, quod non astringuntur labori manuum; et ad alios declarat predicta verba '*ne ociose vivant*' extendi.

O quam durus est hic sermo pro multis, qui in nullo predictorum trium modorum se exercent, sed in discursibus vagis et verbis ociosis et vanis et (**120 a**) in aliis multis tempus suum multum ociose deducunt. Non dico hec, testis est deus, ut iudicem aliquem, sed artante me consciencia propter preceptum exprimo, quod sencio, ut corrigatur. Nam non sine magna causa regula nostra[2]) dicit ocium anime inimicum. Sicut enim occulta et insensibilis evaporacio et quasi quieta exalacio

1) Die Decretale *Exiit qui seminat* Nicolaus' III. l. c.

2) Die von Honorius III. gutgeheissene Regel cap. 5.

caloris carbonum ignitorum insensibiliter et quasi repente absumit virtutem igneam et totum resolvit in cineres steriles et insulsos, sic ocium paulative introductum fervorem spiritus et totum vigorem virtutum insensibiliter quasi et repente extinguit et totum cor evanescere et marcescere faciens, tamquam domum vacantem ab omni bono et ornatam apparencia ypocritalis religiositatis constituens, aperit ad eam aditum septem spiritibus nequam, de quibus dicit dominus in ewangelio, ex quibus fiunt novissima talium peiora prioribus. — Et certe magna pars nostri collapsus a multiplicata nimis in nobis ociositate causatur. Et hec frater Bonaventura gemit in quadam littera[1]) quam per totum ordinem direxit, dum esset generalis minister; in qua decem malos occursus sue menti nostrorum defectuum ponit, inter quos iste est secundus, de quo sic dicit: '*Occurrit quorundam fratrum ociositas, que sentina est omnium viciorum, qua plurimi consopiti monstruosum quendam statum inter contemplativam et activam eligentes, non tam carnaliter quam crudeliter sanguinem commedunt animarum*'. Hec ille. Et si tota littera attendatur et alia[2]), quam idem misit de voluntate generalis capituli, que date sunt summo pontifici in testimonio lapsus presentis, satis istos defectus enumerat in generali et in radice, quas ego hic exprimo magis explicite, quia ab illo tempore citra videtur michi quod inportabiliter inundarunt. Et tanta videtur differencia status ordinis illius temporis, quo ipsum intravi, ad istud, quanta sani et pulcri hominis ad infectum. Et hoc videtur mihi ita notorium, quod non potest negari, nisi cum impudencia a deo et hominibus confundenda.

Nam regula[3]) dicit, quod attendant, quod super omnia desiderare debent, habere spiritum dei et sanctam eius operacionem, orare semper ad deum puro corde. Et alibi[4]) dicit, quod oracionis et devocionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deservire. Qualis vero fuit patrum nostrorum in oracione occupacio et assiduitas lacrimarum et ociositatis fuga, sicut apparet in legenda sancti patris et in testamento ipsius et in dictis fratris Leonis et in exemplis eorum, qui attendit et qui congnoscit, videt nos ab ea deformiter defecisse. Immo, quod cum dolore multo refero, quoad singna, que apparent, arefacta sunt corda, evanuerunt oraciones et vigilie, lacrime et omnia devocionis indicia supra modum, et ita facti sunt grossi plures ex eis in experiencia

1) Es ist das Rundschreiben, welches der Heilige bald nach seiner Erwählung (c. 2. Febr. 1257) am 23. April 1257 von Paris aus an die Provinzen richtete. S. dasselbe in der Chronologia hist.-leg. I, 28.

2) Das bereits oben S. 60, Anm. 3. (vgl. auch oben S. 22, c. 23) erwähnte Schreiben. 3) In der von Honorius III. bestätigten Regel cap. 10.

4) L. c. cap. 5.

divinorum, quod, quia ipsi sunt aridi et hoc ignorant, despiciunt personas divina gustantes et sentimenta divina reputant fantasmata; et excessus mentales, quos spiritus facit et modos, quibus deus agitat mentes ad ipsum conversas, quia discernere nesciunt, derident, iudicant et depravant. Et quia deus a nobis fugatus per oracionis defectum querit sibi ad confusionem nostram habitaculum in personis rudibus, simplicibus et plebeigis et aliquando in matrimonio copulatis, eos castificans et inflamans; non solum non nutritur spiritus talis ab eis, sed confunditur pocius et despicitur et, si eis credatur, extinguitur et sepe ab eis persecucionem patitur et infamia maculatur. Non nego, quin dyabolus se transformet in angelum lucis et quin multos defraudet incautos, sed bene videtur mihi propter inexperienciam, quam habent oracionis, et propter quandam indignacionem despectivam talium personarum, quod ipsi non sunt apti ad discernendum discrete spiritus tales vel instruendum personas, que ad perfectionem anhelant, (120 b) quia cum multorum studium et sagacitas sit ad deprimendum suam perfectionem sub specie liciti et utilitatis communis et ampliacionis divini cultus et ad demonstrandum se mundo esse perfectos, horrent omnem spiritum vere perfectionis, quia ipsorum inperfectionem aperit et denudat.

Sexto in caritate perfecta fundatus est ordo iste ewangelicus. Nam Christus mandatum de dilectione mutua singulariter asserit esse suum, et sui disciplinatus est signum; et regula[1]) dicit, *quod, ubicumque se inveniunt fratres, ostendant se domesticos inter se et secure manifestet unus alteri necessitatem suam; quia si mater diligit et nutrit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere et nutrire fratrem suum spiritualem; et si qui eorum in infirmitatem ceciderint, alii debent eis servire, sicut vellent sibi serviri.* Hic evidenter ostenditur, quam perfecta caritas debet fratres unire et quantum ad signum, cum dicit: '*Ostendant se domesticos*' etc.; et quantum ad affectum, cum dicit: '*Quia si mater diligit*' etc.; et quantum ad obsequium, cum subinfert: '*Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit*'.

Hoc quod hic dicit beatus Franciscus de obsequiis infirmorum, ita male servatur hodie in fratribus communibus et pauperculis, quod vix possunt suas necessitates habere. Et si aliquis de potentibus, sicut sunt prelati, lectores et similes infirmatur vel modicum, deliciose et habunde, undecunque veniat, ministratur eidem, ita quod sepe primi deficiunt in necessariis, et alii in superfluis habundant. Et sic ad primos maternus amor regule videtur extinctus. Quantum eciam hic amor defecerit in aliis, patet ex supradictis et ostendunt divisiones et infestaciones mutue et persecuciones horrende, ita ut completum sit, quod de

1) L. c. cap. 6.

eis fuit ante predictum, quod alter alterum suaviter manducabit. Et tante indignaciones surgunt contra se mutuo pro istis promocionibus suis derisivis et vanis, et sic mutuo se inpediunt, quod stupor est cogitare, quomodo deus eos sic excecari permittit, cum sint prudentes, ut litigent de istis utilitatibus, quas non deberent velle gratis oblatas.

Item ex defectu caritatis procedit tanta locorum apropriacio, qua nullus vult quasi stare nisi in terra sua, et vix ibi vult alium sustinere, et ibi studet procurare sicut in domo propria. Et ista fuit magna causa nostre corruptionis. Nam carnaliter diligentes loca illa student promovere sepulturis, edificiis, testamentis et questionibus et omnibus defectibus supradictis. Et quia tota die student conversantes cum parentibus, imbuuntur eorum affectibus sepe multi ex eis et sunt cum suis parentibus parciales. Et quia cupiditas, non caritas, querit terrena; idcirco dure portant[a]) alios religiosos loca eis habere vicina; in hoc similes medicis corporalibus, qui plus querunt lucrum quam sanitatem infirmi et sepe non libenter vident se in eadem cura vocatos. Nam si animarum et non temporalium quererent lucrum, numquam horrerent adiutorem propinquum. Ab hoc defectu multa oriuntur scandala et litigia populi turbativa.

Septimo, ordo iste fundatus est in proximi exemplaritate perfecta, que plene sequeretur ex premissis sex condicionibus observatis, que non minus plene confunditur ex corruptionibus omnibus predictis et aliis innumeris, quas dimisi.

Per premissa patet, quomodo ordo est in fundamentis collapsus. Lapsus autem huius regule nimis est notabilis nocumenti in sancta ecclesia, plus quam aliarum, tum quia perfectior, tum quia diffusior per omnes partes orbis, ubi sunt fratres, tum quia in sanctitate famosior, ac per hoc eorum vita, qualiscumque sit, magis (121a) trahitur ab aliis in exemplum. Hoc autem in hac relaxacione est periculosius plus quam in aliis regulis collapsis, quia alii se recongnoscunt transgressores et dicunt, se non servare sui ordinis regulam et ab ea plurimum defecisse; et, si est aliquis ordo, qui statum suum sufficienter observet, licet dicat et dicere possit se in suo gradu perfectum; non tamen asserit, se perfectionem ewangelicam secundum formam Christi et apostolorum promittere et servare. Sed isti volunt mundo ostendere, se culmen perfectionis ewangelice in ecclesia obtinere et vitam Christo et apostolis similem observare; et qui ex consciencia et veritatis amore dicit nos transgressores, non potest a fratribus portari; quinimmo, quicunque magnus, qui hoc dicat et fratres arguat tanquam suam regulam non servantes, reputatur ab eis inimicus crucis Christi et destructor ewan-

a) *Hs.* poterant.

gelii et ecclesie Christi, tamquam qui ponit maculam in illis, in quibus solis perfectio apostolica propagatur. Et, si sunt fratres, qui illuminati vident predictam infectionem regule et dicant, ista repugnare statui, ab eis reputantur quasi heretici et ordinis destructores.

Et cum ipsis, nisi ceci sint, luce clarius pateat, quod multitudo in predictorum lapsuum decliva iugiter procedit rabido cursu more lapidis descendentis ad fundum, in tantum quod prelati experiuntur, quod non possunt retinere hunc lubricum lapsum; summe miror, quomodo permiserunt subintrare hoc dogma perversum, immo dyabolicam sagenam et simplicium laqueum et velamen transgressionum et aperturam ad omnes paupertatis excessus, exclusionem omnium utilitatum ipsius et castigacionis et mortificacionis viciorum, dicere scilicet, quod usus pauper debitis circumstanciis modificatus non includitur in integritate observancie ewangelice paupertatis et regule fratrum minorum. Et cum per tot magistros nostros, sicut dictum est supra[1]), et ultimo iam sunt viginti-quinque anni vel circa diffinitum sit iudicialiter et in scriptis per fratrem Bonagraciam generalem ministrum[2]) cum multa deliberacione prehabita, cum multis magistris ordinis nostri et aliis pluribus discretis terminanda per ipsum, quod ex nostra professione tenemur ad usum pauperem rerum concessarum ordini plus quam ceteri religiosi. Et hoc ipse determinavit, cum questio penderet de facto et esset missarum[a]) rationibus utriusque partis; — nam tunc sufficit eis permittere determinari particulariter ab aliquibus magistris[b]) — sed per aliquos prelatos ordinis est iudicialiter diffinitum et a multis tenetur, quod dicere, fratres teneri ad usum pauperem ex voto paupertatis ewangelice, est supersticiosum et sectam faciens et ordinis destructionem. Et per hoc plures boni fratres timentes, se negare ewangelium, si separarent[c]) a paupertate ewangelica pauperem usum, quia hoc noluerunt negare, carceres pertulerunt et mortes crudeles, sicut plures offerunt se probaturos. Nescio, quod maius[d]) periculum possit esse in dei ecclesia, quam quod illi, qui in ea se vocant perfectos Christi imitatores, Christi pauperculos, usum pauperem ewangelii et sue regule [*ac*] papalis declaracionis confitentes, insectentur[e]) ad carceres et mortes et eos perpetua infamacione denigrent; cum econverso, ut satis potest habunde probari, negantes

a) Sic! b) Hier offenbar ein mangelhafter Text.
c) *Hs.* negarent. d) *Hs.* magis.
e) *Hs.* infectentur.

1) Vgl. oben S. 59 s.

2) Bonagrazia Tielci di S. Giovanni in Persiceto war General 1279—1283. Die hier erwähnte Entscheidung erfolgte 1282 auf dem Capitel von Strassburg; vgl. diese Zsch. II, 385, 387, 400.

usum pauperem eo modo, quo dictum est, si in hoc errore persistant, deberent pocius sicut heretici condempnari. Videtur eciam mihi, quod fratres tam ex originali infectione quam eciam ex relaxacionibus introductis satis erant et sunt prompti [*ad*] abiciendum penuriam paupertatis, sine quod eis determinetur sollempniter, quod ad usus pauperis observanciam non tenentur, et quod paupertas ewangelii in hoc solum consistit, quod dominium abdicetur[a]) et rebus habunde utatur.

Ut autem appareat, quomodo ex relaxacione usus incidunt in usurpacionem dominii, de cuius abdicacione (121b) singulariter gloriantur, volo ostendere, quod in multis proprietarii comprobantur. Nam omnium rerum, quorum usum facti fratribus licet habere, dominus papa[1]) dominium et proprietatem suscipit, precise ipse eciam determinat, quod non omnium eis licet usum habere, cum dicit, quod necessariarum rerum ad vite substentacionem et officiorum suorum status exsecucionem usus facti fratribus est concessus[2]). Et licet dicat[3]), quod interdum temporum varietas, locorum diversitas, personarum qualitas et nonnulle alie circumstancie plus minusve ac aliter provideri requirant; concludit tamen, quod minister et custodes predicta sic dispensent et ordinent, quod in eis et in eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex regula invenitur indicta. Item alibi[4]) dicit, quod non omnium rerum usum debent habere ad ullam superfluitatem, divicias seu copiam, que deroget paupertati, vel thesaurizacionem sapiat vel eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipiant, nec sub colore providencie in futurum nec alia occasione; quinimmo in omnibus appareat in eis, quo ad dominium omnimoda abdicacio et in usu necessitas. Et quasi ubique, ubi loquitur de usu, non concedit eciam vocaliter nisi usum necessarium et hoc rerum determinatarum. — Ex premissa ergo recepcione domini pape patet, quod non transit in suum dominium, nisi illud quod recipit; sed non recipit nisi dominium illarum rerum, quarum usum facti fratribus licet habere; ex aliis verbis predicte declaracionis patet, quod non licet fratribus habere superflua sive in libris sive in paramentis sive in domibus sive in hortis sive in tunicis sive in aliis, quibus utuntur: omnium ergo superfluorum talium dominium non transit in papam, cum expresse asserat, hoc fratribus non licere; nec est verisimile, quod velit patrocinium prestare delictis; ergo talium convincuntur fratres esse proprietarii, cum illarum rerum non possint dominium aliud demonstrare.

---

a) *Hs.* abdicet.

---

1) Nicolaus III. in der oft erwähnten Decretale *Exiit qui seminat* in Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 404 ss.

2) L. c. p. 408. 3) L. c. p. 409.

4) L. c. p. 409.

Quanta autem superfluitas est in predictis, satis descriptum est supra, et patet ad oculum in altitudine et curiositate edificiorum et in multis locis, ubi preter necessitatem immo ad magnam superfluitatem sunt orti ita magni, quod ibi fiunt vinee, de quibus sepe fit vinum ad usum fratrum, et venduntur olera et fructus ad magnam quantitatem, ex qua apparet in ortis illis superfluitas manifesta. — Item in aliquibus locis est tantus excessus in multitudine paramentorum et calicum, quod sollempnissime kathedrales ecclesie et ditissima monasteria non habent quasi aliquid in comparacione ad excessum argenti et auri et paramentorum in pannis deauratis et sericis, qui in sacristiis[a]) fratrum minorum, qui dicunt se summos pauperes, reperitur. — Item in libris quantus sit excessus, multis modis superius est expressum. Omnium ergo talium usurpatores et proprietarii dicuntur.

Item, cum ex predicta determinacione papali pateat, quod non debent fratres aliqua eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipere; omnium illorum, que ad vendendum recipiuntur, dominium non transit in papam, quia non recipit, ut predictum est, nisi dominium illorum, quorum habent fratres usum facti, et illorum, que ad vendendum recipiuntur, fratres usum facti nec habent nec intendunt. Cum igitur fratres petant et recipiant granum in messibus, ut vendant pro vestibus acquirendis et sepe conservant, donec carius possit vendi, granum istud accipiunt ut proprietarii et similiter precium, quod inde habetur. Nec valet, si dicant, quod ista faciant pro procuracione domini pape; quia procurator non potest habere auctoritatem aliquam, nisi super illas res, quarum dominium dominus papa recipit. Simile est de omnibus, que cum funere portantur, quarum usum facti fratres habere non intendunt nec possunt, sicut sunt panni de scarleto, equi et arma militum et similia et excessus cere, que de industria recipitur in tanta (122a) copia, quod preter illam ceram, que cedit in usum facti fratrum, maxima quantitas accipitur, ut vendatur. Et aliquando precium ascendit ad magnam pecunie quantitatem; et multa sunt talia, que modis accipiuntur variis, ut vendantur. — Item, cum ex supradictis satis patet et ex textu predicte declaracionis, que dicit, quod non recipiant sub colore providencie in futurum, cellaria et granaria nostro statui sunt illicita, omnium talium dominium in papam non transit; et cum magna habundancia vini in nostris cellariis congregetur, talis vini et similium sumus proprietarii et eciam abusores. — Item, cum diffinicio generalis capituli dicat, quod curiositas et superfluitas directe obviant paupertati, et illorum, que paupertati obviant, papa non recipit dominium nec concedit usum, patet, quod omnium superfluorum et curiosorum, que in ordine sunt, fratres ut proprietarii abutuntur.

a) *Hs.* sacrificiis.

Et sic luce clarius patet, quod superfluitas usus rerum sic statui fratrum minorum repugnat, quod paupertatem illorum sic ex toto evacuat, quod eciam proprietarios esse demonstrat. Et obmitto nunc, quod satis claret ex supradictis, quod voluntas usus opulenti omnium predictorum facit eos pecunie avidos questores et per diversarum rerum procuracionem et vendicionem et multiplicem appropriacionem non tam fratres minores, quam avaros et cupidos ostendit et sepe subdolos mercatores. Nec valet, si dicatur, quod ista subditi faciunt de licenciis prelatorum, quia ad hoc, sicut patet, se illorum auctoritas non extendit; cum servi et subditi paupertatis regule, non domini censeantur.

Certe credo, quod determinare paupertatem ewangelicam nullum moderamen in usu rerum includere, est Christum deridere et suam penuriosam paupertatem, quam usu servavit, et omnes christianos a rigore penuriose paupertatis, et ab eius reverencia removere; et fratres minores a sue regule observancia quoad paupertatem promissam et beati Francisci intencionem monstruosos reddere et in temporalium acquisicione rapaces. In intellectu autem regule quoad ea, que debent servari, tam dominus Gregorius nonus[1]) quam dominus Nycolaus tercius, ut patet in declaracionibus eorundem, dicunt, se ad beati confessoris Francisci intencionem respicere, ac per hoc docent, nos alios regulam secundum eius verba et opera debere intelligere. Propter quod supra in pluribus locis ad ostendendum, quomodo nunc regula non bene servatur, ut fideliter mandato apostolico obedirem, adduxi verba et facta beati Francisci, sicut est aliquando in legenda et sicut a sociis sancti patris audivi et in cedulis sancte memorie fratris Leonis[2]) legi manu sua conscriptis, sicut ab ore beati Francisci audivit. Qui propter sue vite sanctitatem et eiusdem patris comitivam usque ad mortem, et quia secum fuit in constitucione regule et ea manu sua primo conscripsit, et predicta et multa alia ad articulos supradictos pertinencia evidenter asserit, se ab eodem audivisse sub affirmacione certissima, quod illa erat intencio dei et sua. Et hoc, cum requireretur de articulis regule, reddit predicte veritati testimonium insuspectum.

Non autem quoad predicta totam ordinis multitudinem volo temerarie condempnare. Nam quidam ista secuntur, quia sic inveniunt et sue professionis artitudinem non congnoscunt, maxime quia instruuntur ad contrarium et sic de facto vident a maioribus observari, qui tamen parati essent aliter vivere, si eis aliud mandaretur. Alii sunt, quibus ista displicent, et sic vivunt propter aliorum pacem magis quam propter propriam voluntatem. Alii ista corruptiva status fugiunt et arguunt et

1) In der Constitution *Quo elongati a saeculo*; vgl. oben S. 9, Anm. 2.

2) Vgl. oben S. 53, Anm. 3.

pro viribus contradicunt et propter hoc plurima paciuntur. Alii sunt, qui ista colorant et necessaria dicunt ad honorem dei et cultus ecclesiastici et ad animarum salutem et ordinis honorem spectare affirmant et toto conatu secuntur et compellunt alios ad ista et nolentes eis acquiescere atrociter persecuntur, (122b) a proprie professionis altitudine oculos avertentes et deridentes quidquid eis de intencione beati Francisci et patrum priorum et lictera regule allegatur. Hos ultimos, non credo, quod aliquis sane mentis excuset; et ignorancia proprii status in eis affectata est, ut videtur, et continue novis velaminibus pro se et pro aliis procuratur. Et libenter delerent omnem antiquam patrum memoriam et scripturam[1]), que posset sibi vel aliis oculos aperire. — Priores differencias fratrum quoad aliquos multum laudo, et quoad alios arbitror a multitudine bonitatis divine pacienter sustineri, donec per summum pontificem placebit altissimo ostendere, quod predicta statum ewangelicum et promissam regulam destruunt et enervant et vestigia domini Yhesu Christi confundunt et statum, quem beatus Franciscus instituit et servavit.

Concludo, quod reformacio parva et parum duratura et apparens est, quod mandetur, quod nullus inpediatur, qui velit servare regulam secundum intencionem beati Francisci, sicut sonat littera; nec aliquis cogatur ad inpuritates modorum pecunie vel congregacionis vini vel grani et aliarum inpuritatum, licet dicatur a fratribus, quod eis per declaraciones et privilegia sunt concesse; nam concessiones nolentes eas, est notorium non ligare, et omnia talia a Romano pontifice non fuerunt inposita, sed extorta; — et mandetur, quod plene declaracio[2]) ad minus a relaxatis aliis observetur; et quod nullus frater dicat, quod vivendo secundum declaracionem papalem regula[a]), quantum est saluti necessarium, non servetur, licet numquam audiverim hoc dici ab aliquo, quantumcumque malingne aliquibus inponatur; et nullus frater possit poni in prelacionis officio, qui inpediat, vel non coadiuvet fratres ad perfectionem regule pre aliis hanhelantes; — causa quare dico, quod ista est reformacio parva et parum duratura, est, quia colorabantur excessus per declaracionem[3]), que multum habet involutum latinum, maxime in articulo pecunie, qui est magis periculosus et ab eis multipliciter contra dantis intencionem non dubiam[b]) dilatatur. Et, si non

a) *Hs.* regulam. b) *Hs.* dubium.

1) Hier wird wohl auch auf die Unterdrückung der älteren Lebensbeschreibungen des hl. Stifters hingewiesen; vgl. diese Zsch. II, 266, Anm. a.

2) Die häufig erwähnte Decretale Nicolaus' III *Exiit qui seminat.*

3) Die Decretale *Exiit qui seminat.*

auferatur omnis modus pecunie et causarum litigii, habundabunt excessus, quos, quia viri sancti zeli portare non poterunt, semper ipsi affligentur, et discordie pristine subsequentur.

Vera igitur reformacio esset, si excluderetur error, qui istorum est causa malorum, scilicet quod non est creditum beato Francisco, qui precepit pure et simpliciter servari regulam sicut sonat, et repulit omnem glosam et omne privilegium, quod nos posset in superbiam elevare et regulam relaxare. Et certe testimonium habuit a summo pontifice Christo, quod regula a Christo data, quam bullavit bulla mirabili, volens institucionem[a]) ipsius in sancte regule testimonium paucis post eius confectionem diebus passionis sue stigmatibus insignire. Et postquam predicta habuit a Christo testimonia, expressit dei et suam intencionem de observancia regule, sicut dictum est supra. Et ideo, ne eius intencio defraudetur, immo domini Yhesu Christi, esset, si sanctitati vestre inspiraret, pro meliori accipienda regula pure secundum intencionem et exposicionem beati Francisci et offerenda fratribus, ut ipsam in puritate servarent. Quod si dicerent, se nolle vel non posse, daretur eis modus vivendi laxior, sic quod vita et professio concordarent verbis apertis, ita quod mundus aperte cognosceret, quid promitterent et servarent Et ista regula, sicut est a patre nostro beato Francisco instituta, daretur illis, qui eam servare pure et sine glosa cupiunt et se reputant dei adiutorio posse adimplere. Et de hoc credo vos multum deo servire et beato Francisco et ecclesie sancte dei et magnum ex hoc premium inpetrare. Hoc solum et nichil aliud pro me peto et pro multis bonis fratribus, qui reperientur eam velle servare et pro maxima gracia sic recipere; quia sic continet nostra pura professio, qua vovemus regulam observare, (123a) non dicendo 'secundum declaracionem', nisi simpliciter regulam fratrum minorum per dominum Honorium confirmatam. Cum enim tota lictera regule simpliciter, sicut iacet, sit observabilis nec aliquid in ea sit figurale vel cerimoniale[b]), iniquitas est vel cecitas dicere, quod non debeat ad licteram servari. Institutores enim regularum certa et limitata et possibilia verba ponunt in regulis, ut eas promittentes ea observent; maxime ista, que expresse est tota a Spiritu Sancto, sicut dicit beatus Franciscus, quod non posuit unum verbum de suo. Et secure audeo dicere, quod in ordine pax non erit, usque quo vicarius Dei eam sic licteraliter tradat volentibus eam servare. Nam per dei graciam et merita beati Francisci zelatores regule semper fuerunt in isto ordine et erunt et eorum persecutores, et sic nunquam pax erit, maxime modo, quia nimis notabiliter est cor-

a) *Ob nicht* institutorem?

b) *Hs.* figuralis vel ceremonialis.

rupta, et non est multitudo disposita ad relinquendum predicta, que causa sunt scandalorum.

Circa tercium articulum de iniustis gravaminibus notabilibus fratrum, satis dictum est[1]) de iudiciis provincie Provincie et Tuscie, et ex superioribus multa patent.

Circa quartum articulum, scilicet de fratre Petro Johannis bone memorie et de suorum combustione librorum, satis ab aliis[2]) exprimitur. Et ego de hoc credo, quod exprimant veritatem. Unum tamen assero, qui secum conventualiter steti, quod inter fratres sollempnes ordinis ipse mihi videbatur maioris sanctitatis vite et profunde scientie et magni [a]) zeli fidei et morum. Et quidquid scripsit, hoc zelo ipsum credo scripsisse; nec unquam vidi in scriptis suis assertum aliquod maxime de hiis, que sibi ad columpniam inferuntur, sub illis modis calumpnie, cum multa scripta sua perlegerim, non tamen omnia. Et ad articulos calumpniosos sibi inpositos satis videtur michi, quod sufficienter respondeat in littera, quam magistris Parisiensibus[3]) scripsit et in aliis dictis suis. Et probabiliter credo, quod fuit malum motivum et modus peior destructionis eorum, quia ipse singulariter exprimebat in suis scriptis transgressiones in observancia paupertatis, quas summe, qui hoc fecerunt, timuerunt ad communem noticiam pervenire, quia non videntur habere animum corrigendi. Et littera[4]) missa per ordinem in diffamacionem ipsius, que continet sentenciam contra libros tenentes et non reddentes, multum se ingerit ipsius vitam et doctrinam congnoscentibus inmodestam, et mangna multitudo fratrum valencium tale ex tunc iudicium reprehendit. Non tamen in omnibus eius opinionem sequor [b]), licet ipsum propter hoc non credam errare. Nam vix est aliquis doctor sanctorum extra libros canonicos biblie, qui recipiatur [b]) in toto quoad omnia dicta sua; multo minus est aliquis magistrorum modernorum, qui non dicat multa, que non ab omnibus recipiuntur.

Hec supradicta vestre sanctitati trado, sicut sencio; ut obedienciam compleam et conscienciam meam exonerem et postulem a vestra beati-

a) *Hs.* magne. b) *Hs.* recipiantur.

1) Vgl. oben S. 68, Z. 25; S. 56, Z. 4.

2) Hier sind ohne Zweifel die provençalischen Spiritualen gemeint, welche Olivi so nahe gestanden hatten.

3) S. Bruchstücke derselben in Argentré, Collectio iudiciorum de novis erroribus. I, 226 s.

4) Es ist hier ohne Zweifel das Rundschreiben des Ordensministers Johann von Murovalle (1296—1302) gemeint; vgl. diese Zsch. II, 366.

5) Dasselbe hebt Ubertino bereits in seinem 1305 geschriebenen 'Arbor vitae crucifixae' hervor; vgl. diese Zsch. II, 375, Anm. 2.

tudine clementissima illud, quod propter amorem vite crucifixi domini Yhesu Christi desidero, et quod credo expedire complemento puro observancie regule, quam promisi; et quod scio a multis bonis fratribus pro maximo gaudio acceptari. Et quia subito scripsi et plene non potui examinare ad ungwem omnia, parcat mihi sanctitas apostolica, si alicubi latinum forsitan plus debito pungnat vel universaliter sive indefinite loquar, quia ex multo gemitu, quem habeo predictorum defectuum et in me et in aliis, sic descripsi sanctitati vestre, quod mihi omnino corrigendum videtur; non intendens alicuius infamiam, sed cum affectu sincero sanctum ordinem desidero corrigi, non confundi. Quod vestre beatitudini spiritum Christi immisisse certitudinaliter tenui, cum a vestra (**123b**) sancta clemencia audivi preceptum cum tanta affectione et expressione prolatum. Et si in hoc vel in aliis non bene sentirem, paratus sum semper mandatis apostolicis acquiescere et plenarie obedire. Nec intendo aliquid contra declaracionem domini Nyhcolai[1]) predecessoris vestri dicere, vel quomodolibet contraire, sed illud, quod sencio, veraciter respondere.

b) Die von Ubertino von Casale gegen die Communität aufgestellten Anklageartikel und Raymunds von Fronsac Widerlegung derselben.

Wohl bald nach obiger Schrift überreichte Ubertino, vielleicht noch im J. 1310 oder spätestens Anfangs 1311, eine zweite der mit der Leitung der Verhandlungen betrauten Commission. In derselben sucht er den Verfall der Ordensdisciplin darzulegen, indem er an der Hand der von Honorius III. gutgeheissenen Regel und der Decretale Nicolaus' III. *Exiit qui seminat* eine lange Reihe von Verstössen gegen dieselben aufführt. Es beschäftigt sich also die ganze Schrift einzig mit dem zweiten Fragepunkte, der auch das Thema fast des ganzen eben mitgetheilten Actenstückes bildete. Der Verfasser wiederholt daher Manches von dem dort Gesagten, indem er es nach der Anordnung der beiden genannten Documente: der Regel und der Decretale zusammenstellt, doch fügt er allenthalben neue Materialien ein und macht auf andere Gesichtspunkte aufmerksam.

Was mich bestimmte auch diese zweite Schrift trotz der erwähnten Wiederholungen im vollen Wortlaut mitzutheilen, ist

1) Die so häufig erwähnte Decretale *Exiit qui seminat* Nicolaus' III.

die nahe Beziehung, in welcher dieselbe zur Constitution *Exivi de paradiso* steht. Auf diese Beziehung macht schon Angelo de Clarino aufmerksam in seiner historia tribulationum[1]), indem er geradezu behauptet: 'cuius declarationis (d. h. die genannte Constitution) substantiam ex hiis, que frater Ubertinus pro se et suis sociis proponebat, episcopi et magistri traxerunt'. Ja in dem päpstlichen Schreiben[2]) selbst wird, wenn auch in allgemeinen Ausdrücken, deutlich auf eine solche Vorlage hingewiesen: 'Ad nostrum fuerunt deducta examen, que in ordine fieri dicebantur et videbantur praedicto voto et puritati ordinis repugnare, videlicet ut ea prosequamur ex ipsis, quae remedio credimus indigere'.

Ein Vergleich der päpstlichen Constitution mit dieser zweiten Schrift Ubertinos zeigt sodann, dafs vorzüglich sie den Vorarbeiten für erstere zu Grund gelegt, ja vielleicht gerade zu diesem Zwecke auf den Wunsch der Commission ausgearbeitet wurde. Die Anordnung beider ist dieselbe; hier wie dort werden der Reihe nach einige Abschnitte der Regel angeführt und die gegen sie üblichen Verstösse oder die sie betreffenden Normen angefügt; in beiden Schriftstücken wird am Schlusse die Fundamentalfrage von der Verpflichtung zum 'usus pauper' behandelt.

Diese Schrift Ubertinos ist No. 2 in Waddings Verzeichniss, in dem Glassbergs und dem des cod. Laurent. ist sie der Tractat *Rotulus iste*. Unter diesem Titel 'rotulus' wird sie in einem unten an letzter Stelle mitzutheilenden Actenstücke mehrmals angeführt[3]), ja schon in der nächstfolgenden Entgegnung[4]) wird auf

---

1) In dieser Zsch. II, 139. 2) Wadding ad an. 1312, Suppl. n. 1, § 10.

3) Bonagrazia hatte sich darüber beklagt, dass von den Spiritualen auch nach ihrer ersten Beantwortung der vier Fragen noch weitere Anklagen gegen die Communität vorgebracht werden. Hierauf antwortet Ubertino: (f. 44a) 'Nec etiam est preclusa via melius veritatem cognoscentibus et dolositatem male exponentium confessiones proprias declarandi et transgressiones, de quibus queritur, amplius exprimendi; cum tamen in veritate nichil amplius contineatur notabile in rotulo de articulis regule communiter confecto et approbato ab omnibus, quam in confessione fratris Ubertini et plurium aliorum data iam fere a biennio continetur'. — f. 45a 'Videatur XIIII articulus regule in rotulo per nos dato'.

4) Vgl. oben Anm. 3 und unten cod. Patav. f. 38a.

sie Bezug genommen. Dies zwingt uns die Abfassung des 'rotulus' zum mindesten bereits in die ersten Monate des J. 1311 hinaufzurücken. Auf dieselbe Zeit verweist uns auch die Thatsache, dass die erst nach geraumer Zeit[1]) erfolgte Antwort, wie Raymund uns berichtet[2]), noch vor der Abreise nach Vienne (Sept. 1311) eingereicht wurde. Doch wäre es auch möglich, dass diese Schrift zwar bereits in der zweiten Hälfte des J. 1310 verfasst, aber aus irgend einem Grunde der Communität erst im Sommer 1311 mitgetheilt wurde.

Wohl zu beachten ist, dass, wenn auch diese Schrift von Ubertino aufgesetzt wurde, sie doch von seinen Gefährten gutgeheissen und auch in ihrem Namen der Commission eingereicht wurde. Dies erhellt schon aus der Überschrift und wird überdies noch in einem folgenden Actenstück[3]) ausdrücklich erwähnt. Hiernach ist Wadding[4]) zu berichtigen, welcher, offenbar unter dem Eindruck der Entgegnung der Communität, in Beziehung auf dieses Actenstück Ubertino von seinen Parteigenossen trennt, ja sein Vorgehen zu ihrem Verhalten in Gegensatz stellt. Es mag sein, dass die Wadding vorliegende Erwiderung der Provincialminister eine solche Taktik anwandte, um den gefürchteten Gegner zu isolieren und zu verdächtigen. Doch der Wahrheit entsprach eine solche Annahme nicht.

Ich fand das nun mitzutheilende Actenstück in zwei Hss.: dem schon mehrmals genannten cod. A. 60 der Capitelsbibliothek von Padua ff. 23b bis 36b (Pa.) und in S. Croce Plut. 31 sin. cod. 3, ff. 201a bis 205b in der Laurenziana von Florenz (La). Der Text der letzteren Hs. ist bedeutend correcter, wenn auch stellenweise sehr schwer zu lesen. Ich habe daher denselben meinem Abdruck zu Grunde gelegt und die Paduaner Hs. nur zur gelegentlichen Correctur und Ergänzung beigezogen.

Auf diese scharfe und reichhaltige Anklageacte antworteten zunächst Raymund von Fronsac der Ordensprocurator und Bonagrazia von Bergamo[5]), sobald sie von derselben Abschrift erhalten hatten[6]). Eine zweite Erwiderung[7]) erfolgte etwas später

1) S. oben S. 21, c. 15, 18.
2) S. oben S. 21, c. 18. 3) S. hier oben S. 90, Anm. 3.
4) ad an. 1310, n. 4. 5) S. oben S. 21, c. 18.
6) Ebendas. 7) S. oben S. 22, c. 25, 26.

von Seiten des Ordensgenerals und der zum Concil von Vienne an die Curie einberufenen Ministri und Magistri[1]). Gegen diese letztere Schrift reichte Ubertino (wohl Ende 1311 oder Anfangs 1312) eine Replik[2]) ein, in welcher er, nach den uns erhaltenen Citaten[3]) zu schliessen, Artikel für Artikel seines Rotulus gegen die von Seiten der Communität vorgebrachten Einwendungen aufrecht zu erhalten und zu vertheidigen sucht. Auch diese Replik Ubertinos erhielt sofort ihre Antwort[4]) in einer von den eben erwähnten Ordensministern und Magistern verfassten Schrift. Von allen diesen Actenstücken ist mir jedoch bis jetzt nicht mehr als die oben in Raymunds Actensammlung enthaltenen Anfangs- und Schlussworte bekannt.

Endlich fasste noch kurz vor dem Schlusse des Vienner Concils Raymund von Fronsac diesen ganzen Schriftenwechsel zu einer letzten Widerlegung des Rotulus und der Replik Ubertinos zusammen[5]). Dieses Actenstück ist uns glücklicherweise in dem oben[6]) beschriebenen cod. 4350 der Pariser Nationalbibliothek Bl. 18^a bis 31^b erhalten.

Dass dieselbe den Ordensprocurator Raymund zum Verfasser habe, versichert uns dieser selbst in seiner oben mitgetheilten Actensammlung[7]). Die Abfassung der Schrift muss in den letzten Monaten (März oder April 1312) vor der dritten und letzten Sitzung (6. Mai 1312) des Concils, in welcher die entscheidende Constitution *Exivi de paradiso* veröffentlicht wurde, erfolgt sein. Dass dieselbe nicht früher angesetzt werden kann, ergibt sich, wie mir scheint, daraus, dass bereits die drei vorhergehenden Schriften alle in die Zeit des Concils fielen. Sie über die dritte Sitzung hinauszuschieben, verbietet der Umstand, dass der Schreiber allenthalben bemüht ist, eine seiner Partei günstige Entscheidung anzubahnen, eine solche also noch nicht erfolgt war.

Was die Arbeit Raymunds für uns besonders werthvoll macht, ist die Genauigkeit und Offenheit, mit welcher er den Stand-

1) S. ihre Namen oben S. 39.
2) S. oben S 23, c. 27. 3) S. unten S. 119, Z. 39.
4) S. oben S. 23, c. 30, 31. 5) S. oben S. 24, c. 38.
6) S. oben S. 2. 7) S. oben S. 24, c. 38.

punkt der Communität sowohl wie der Spiritualen präcisiert. Es war überhaupt Raymund ein viel gefährlicherer Gegner für letztere als Bonagrazia. Denn ist er auch in der Rechtfertigung und Entschuldigung der gegen seine Partei vorgebrachten Thatsachen, wie es nicht anders sein konnte, weniger glücklich, so versteht er es doch vortrefflich die Legalität der der Communität vorgehaltenen Abweichungen vom ursprünglichen Ordensideal hervorzukehren und die Angriffe der Spiritualen gegen diese Legalität als Missachtung der sie begründenden päpstlichen Auctorität zu brandmarken.

Um unnöthige Wiederholungen zu vermeiden, stehe ich von der vollständigen Mittheilung des Actenstückes ab, hebe jedoch aus demselben Alles aus, was von irgend einem Interesse für uns sein kann und füge es in Klammern an den betreffenden Stellen dem Rotulus Ubertinos ein. Übrigens ist wohl zu beachten, dass diese Antwort nicht nur dem Rotulus sondern auch der oben erwähnten Replik Ubertinos galt[1]).

f. 201ra. Incipiunt articuli accepti de regula, contra quos sepe transgressiones fiunt, quos tradiderunt fratres vocati per dominum papam vel eius auctoritate (?) obstricti ac requisiti per obedientiam et per iuramentum, ut suam sententiam super hiis plenius explicarent[a]).

1. Primus articulus: *Regula et vita* etc. finit: *in castitate*[2]). — Circa hunc articulum, in quo nostre vite et regule et totius perfectionis evangelice quedam summaria diffinitio[b]) et recollectio continetur, disseminant quidam falsum et perversum dogma, dicentes[c]), quod solum illa tria ibi expressa scilicet vivendo in obedientia etc. simpliciter et absolute sumpta cadunt sub voto nostre regule et perfectionis[d]), cum tamen sicut ex declaratione regule patet, verba illa debeant[e]) intelligi in illa

a) *Diese Überschrift fehlt in Pa.*
b) *Fehlt in Pa.* c) *So deutlich Pa.*
d) *Pa.* sub voto nostre perfectionis. e) *La.* debent.

1) S. unten die Einleitung S. 95, Z. 18.

2) Es ist hier stets die von Honorius III. gutgeheissene Regel gemeint. Ich citiere sie nach der Chronologia hist.-leg. I, 13 s. — 'Regula et vita fratrum minorum haec est, scilicet domini nostri Jesu Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate'.

perfecta altitudine, in qua in evangelio[a]) vita Christi exprimitur et apostolorum eius, quam fratres minores profitentur in regula, sicut declaratio[1]) dicit, exprimendo, quod hec est illa vita, quam Christus docuit et exemplo firmavit et apostolis tradidit et per spiritum sanctum beato Francisco et eum sequentibus revelavit, et hec tria ipsa regula profitetur multum arte. Et licet declaratio dicat, quod non tenemur ad alia evangelica consilia nisi ad illa, que in eadem regula preceptorie vel inhibitorie seu sub verbis equipollentibus sunt expressa[2]); in hoc tamen quod dicit[3]), quod hec est illa vita et perfectio[b]), quam Christus docuit et retinuit (?) in seipso et apostolis imposuit, scilicet supponit, quod quicquid est perfectionis evangelice, altero trium predictorum modorum in nostra regula continetur, aliquin non esset illa. Et quia omnis perfectio evangelica satis potest ad illa tria reduci, idcirco ex hac expressione non excluduntur a voto regule cetera, que in ipsa regula continentur, quin ad illa obligemur ex voto professionis nostre eo modo, quo in ipsa regula traduntur, ut patet infra in regula, ubi dicitur, quod fratres promittant semper[c]) vitam istam semper et regulam observare; et idem dicit declaratio domini Nicholai. — Item tam in hoc articulo quam in omnibus aliis articulis regule multum attendenda est intentio, expositio et expressio beati Francisci, qui huius regule auctoritate apostolica conditor fuit et expresse ex divina revelatione verba regule habuisse asseruit. Unde et dominus Nicholaus et dominus Gregorius[4]) de eius intentione magnam vim faciunt. Ipse vero beatus pater Franciscus asserit in multis verbis suis, se intendere totam perfectionem evangelicam, prout est a Christo apostolis tradita, promittere[d]) in regula et fratribus sui ordinis ex sua perfectione regule imponere observandam. Item hoc idem sentiunt quatuor magistri[5]) regulam exponentes scilicet frater Alexander de Hales et socii et frater Bonaventura[6]) in apologia et frater Joannes de Pecham[7]) in libro[e]) de perfectione evangelica et communis extimatio fatrum et patrum nostrorum usque ad

a) *Pa.* in evangelio scilicet.
b) *Pa.* quod est illa vita, quam. c) *Fehlt in La.*
d) *So deutlich Pa.* e) *La.* in de.

1) Ich mache ein für allemal darauf aufmerksam, dass mit diesem Ausdruck in der Regel die bekannte Decretale Nicolaus' III. *Exiit qui seminat* vom 14. Aug. 1279 gemeint ist; s. Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 404 s.
2) L. c. p. 407. 3) L. c. p. 405.
4) Gregor IX. in seinem Schreiben *Quo elongati a saeculo* vom 28. Sept. 1230; s. Sbaralea, Bullar. Francisc. I, 68 s.
5) S. oben S. 55.
6) S. oben S. 59. 7) S. oben S. 60.

hec tempora. Et sic fuit eis a nostris prelatis regula predicata. Ac per hoc sequitur, quod idem est dicere aliquid non esse de voto nostre professionis et illud negare esse de evangelica perfectione maxime quoad paupertatem et eius usum, in qua nos esse perfecte evangelicos singulariter gloriamur.

[Erwiderung der Communität. — Prolog: (f. 18a) Sapientia hedificavit sibi domnm, excidit columpnas VII. Prov. IX. — Omnibus mobilibus mobilior dicitur sapientia, que disponit omnia suaviter, sic ingeniavit suo benigno spiritu et subtili, ut quamvis sint plures magistri in theologia in ordine beati Francisci, tamen nec plures nec pauciores ad sustentationem domus huius ordinis minorum nisi VII voluit ad curiam convocare. Quod non humana dispositione sed omnium artificis spiritu[s] instinctu credimus factum esse, ut numerus columpnarum ad sustentationem domus dei tempore comminate[a]) ruine in preordinato sacramento septenario permaneret. . . .

Ut autem sententia propositorum ex utraque parte levius possit sciri, dictorum eorundem superbia colligatur tam ex dictis in prima opponentis obiectione[1]) quam ex eius replicatione[2]) quam ex responsionibus[3]) ordinis ad utraque.

Zu Artikel 1. — Pro parte ordinis respondetur, quod hoc est votum fratris minoris cuiuslibet: '*Ego frater N. voveo et promitto deo et beate Marie Virgini et beato Francisco et omnibus sanctis et tibi pater toto tempore vite mee servare regulam fratrum minorum per dominum Honorium papam confirmatam, vivendo in obedientia sine proprio et in castitate*'. Considerato voto patet, quod non vovet frater regulam absolute, sed cum modificatione, scilicet 'vivendo in obedientia etc. Item non sequitur: voveo regulam, ergo teneor ex voto ad omnia, que sunt in regula. Patet hoc ex dictis in declaratione: *Et dato, quod absolute*[4]). Ad que autem teneantur fratres ex voto, patet ex sequentibus paragrafis[5]) declarationis domini Nicholai pape III, in quibus sic habetur: '*Per quod patet, quod non fuit loquentis intentio quod fratres ex professione huius regule ad omnia consilia sicut ad precepta evangelica tenerentur, sed solum ad illa consilia, que in eadem regula preceptorie vel inibitorie seu verbis equipollentibus sunt expressa*'. . . . (20a) Quod vero adducit de decla-

a) *Hs.* comminante.

1) Wie ich glaube, der Rotulus Ubertinos.

2) Vgl. oben S. 92 u. S. 23, c. 27.

3) S. oben S. 21, c. 18; S. 22, c. 25, 26; S. 23, c. 30, 31; vgl. auch S. 121. 4) Sbaralea, Bullarium Francisc. III, 406b.

5) Sbaralea l. c. p. 407a.

ratione: *Hii sunt*[1]) etc. sophisticam habet consequentiam. Dicendo, que sunt in regula, in Christi doctrina sunt contenta, ergo que in doctrina Christi sunt contenta, sunt in regula — non sequitur. Ideo bene: que hii professores profitentur, docuit Christus; sed non omnia que docuit Christus vel apostolis imposuit, profitentur isti. . . . Ex predictis liquere valet apertius, quod quantum ad vim obligationis concordat opponens cum hiis, que per ordinem olim sunt dicta, scilicet quod ad ea, que in regula sunt posita obligatorie, fratres tenentur; ad alia vero non tenentur sic, quod peccent mortaliter ex transgrediendo. Sed in hoc differt a dictis per ordinem, quia ipse dicit, nos ad omnia tam consilia quam precepta teneri ex voto; ordo autem dicit cum declaratione, nos ad ea tantum teneri ex voto, que obligatorie in regula exprimuntur. Hoc enim dicunt §. predicti[2]): *Per quod patet*, §. *Unde nos* et §. *Ad omnia autem*. Et non solum cum dictis ordinis concordat declaratio, ymo ratio. Quia teneri ex voto est obligari; ipse autem opponens dicit, nos ad consilia teneri ex voto et non obligari, ut transgrediens peccet mortaliter transgrediendo; et hec sunt contradictoria. Si vero intelligat opponens, fratres teneri ad omnia, que sunt in regula quadam decentie tentione, non tentione necessitatis, quod videtur velle dicere, quia dicit, transgressorem non peccare mortaliter, in hoc quantum ad vim obligationis concordat cum ordine, qui dicit, quod ex decentia status orta ex voto decet eos illa prosequi, que modo non obligatorio in regula exprimuntur. Sed verba opponentis contrarium huius sonant, quia non solum dicit, nos teneri, set teneri ex voto, quod importat tentionem necessitatis; unde eius argumentio est frivola. . . .]

2. Sequitur de ministris, qui recipiendis ad ordinem dicunt verbum sancti evangelii, scilicet, quod vendant etc. sequitur: *Caveant fratres et eorum ministri ne sol*[*liciti*] *sint* etc. finit: *erogentur*[3]). — Contra hunc articulum expresse fit; nam sicut patet tam ex legenda beati Francisci, quam ex receptionibus, quas ipse fecit primorum patrum nostrorum intentio sua et regule fuit, quod bona venientium ad ordinem distribuerentur[a]) mundi pauperibus non fratribus vel parentibus divitibus. Et hoc tam, ut servaretur Christi consilium, quam etiam ut ingressus in ordine esset exemplaris et mundi pauperculis fructuosus. Et hoc tunc licet in

a) *La.* distribuantur.

1) S. oben S. 121 und Sbaralea l. c. p. 405 a.

2) Sbaralea l. c. p. 407 a.

3) L. c. cap. 2 'Et caveant fratres et eorum ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis, quidquid dominus inspiraverit eis'.

principio (**201rb**) ordinis fratres non haberent aduc loca facta nec paramenta nec libros et sepe in necessitatibus corporis plurimum indigerent, noluit[a]) tamen beatus Franciscus aliquid de rebus venientium ad ordinem reservari. Nunc autem ut plurimum bona venientium ad ordinem relinquuntur vel donantur conventibus vel fratribus specialibus vel sibi ipsis consueverunt relinqui, ut haberent post professionem, unde sibi libros emerent et alia prout placeret eisdem. Et hec omnia contra predictum articulum fiunt, fratribus ipsis sollicite instigantibus et consulentibus, ut creditur, quod sic fiat, cum tamen nec ipsi ministri possint se intromittere de hoc, sed possunt sicut consiliarii et debent eos mittere ad aliquos timentes deum, non fratres sed alterius status. Nunc tamen propter excessus, qui fiebant nimium deformes, quia pecuniam diu tenebant, qui sibi ipsis eam legaverant et reditus certos, quos perciperent annuatim, factum est moderamen constitutionis nove[1]), scilicet quod intrantes ordinem nichil sibi retinere possint de bonis suis, sed legare valeant conventibus quidquid placet, et ministri et custodes, postquam ipsi novitii fuerint professi, de sic legatis possint eis et debeant providere; ubi satis aperte novitii inducuntur sollempni statuto contra predictum articulum, quod intentione reciproca recipiendi postea pro seipsis legent conventibus bona sua[b]). Et sic patet, quod tota intentio evangelici consilii et regule et hedificatio populi et substentatio mundi pauperum enervatur, cum tamen valde[c]) conveniens sit, ut qui de elemosinis mendicatis semper victurus est, mendicantibus pauperculis tribuat bona sua. Licet autem in constitutionibus[2]) ordinis dicatur, quod fratres non se intromittant (**25a**) de rebus venientium ad ordinem, tamen non servatur et pena taxata ibi parva est, nec tamen illa imponitur transgressoribus, cum tamen ibi lateat magnum periculum symonie.

[Erwiderung der Communität. — f. 20a. Ad hoc pro parte ordinis respondetur, quod fratres non inducunt novitios ad talia legata, et si aliquando aliquis hoc faceret, corriperetur et puniretur. Et si aliquando aliquis induxisset ingredientem, ut faceret helemosinam fratribus pauperrimis, eorum miseriis condolens, quod tamen non permittitur fieri, hoc non esset tam horrenda et tam intollerabilis iniquitas, ut opponens clamat; nec sunt hec talia scelera in communitate, ut debuisset opponens super hiis sedem apostolicam molestare. — Quod dicit secundo, quod non debet ingrediens de bonis suis dare fratribus, sed mundi pauperibus; respondetur, quod potest et licet ei dare fratribus, quia regula dicit, ut

a) *Pa.* non sivit
b) *Fehlt in La.* c) *Fehlt in Pa.*

1) In den Constitutionen von Assisi Rubrica 1.
2) In den Constitutionen von Narbonne Rubrica 1.

libere faciant de rebus suis, quidquid dominus inspiraverit eis. — Quod dicit de statuto, respondetur, quod intentio statuti fertur ad hoc, ut ingredientes nichil pro se recipiant, sed totaliter se exproprient. Si autem de libris ordinis datur fratri ingredienti aliquid (21a) post professionem sine pactione aliqua, hoc est caritatis opus. Regula enim non dicit: non intromittant se, sed: *non sint solliciti*, cupiditatem et sollicitudinem prohibendo. — Quod autem dicit, quod mittendi sunt ad seculares pro consilio, respondetur, si presumeretur communiter, quod seculares soli sunt deum timentes, posset sua argumentatio colorari; sed et fratres sunt deum timentes, ideo possunt ad illos mitti pro consilio, cum regula hoc non restringat. — Cum dicit, quod hec est intentio beati Francisci, hoc non invenio in scriptis. — Ubi sunt ergo frater illa horrenda scelera et intollerabilis transgressio et similia, que tu clamas? Si plura sint in articulo secundo claudi estimo effectualiter in predictis.]

3. Sequitur: *Postea concedant eis pannos* etc. finit: *usque ad cingulum*[1]) — Circa hunc articulum est notandum, quomodo regula vult fratres stricte et arte uti alienis bonis, cum etiam de propriis novitiis non concedat nisi predicta, ymo omnia alia supponit pauperibus errogata. Contra hunc articulum sepe fit, nam pluries in ipso introytu sic induuntur pretiosis et multiplicibus vestibus et informantur statim ad regule laxationem et conceduntur eis multe tunice pretiose et mutatoria tunicarum et calçones et alventa[2]). Sic prima die eis aliquando donantur, quod sepe rustici et robusti et layci et homines vilis conditionis in seculo nunc in ordine[a]) delicatius induuntur et assuefiunt deliciis, quas semper in seculo ignorassent. Et breviter nemo instrui videtur ad asperitatem[b]) secundum litteram regule observandam, quin ymo quod peius est, aliquando informantur, quod non attendant ad litteram regule, sed sequantur relaxationem communem et non adhereant consiliis fratrum, qui nituntur observantie regule adherere, dicentes, quod hoc est superstitiosa singularitas non sequenda.

4. Sequitur: *Finito vero anno primo* etc. finit: *regno dei*[3]). — Contra istum articulum nota, quod aperte patet ex regula, quod votum per-

---

a) *In Pa. fehlt* nunc in ordine.

b) *So Pa.; La. im Text* paupertatem, *am Rand* asperitatem.

---

1) L. c. cap. 2. 'Postea concedant eis pannos probationis videlicet duas tunicas sine caputio et cingulum et brachas et caparonem usque ad cingulum.'

2) Die Entgegnung setzt hierfür 'capellos' und wirklich findet sich in Ducange 'auventus' in der Bedeutung eines über ein Fenster oder eine Thüre hervorragendes Dach; vgl. das alt-französische 'auvent'.

3) L. c. cap. 2. 'Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam observare. Et nullo modo

fectionis nostre adstringit nos ad istam vitam seu modum vivendi expressum et contentum in regule totius decursu et quod observantia totius regule et vite in ea descripte et expresse eo modo, quo ibi ponitur sub voto nostre perfectionis includitur. Et ex hoc patet perversitas dogmatis, de quo est in primo articulo supra tactum. — Item ex hoc videtur magnum periculum animarum, quod sic passim concedantur dimissorie littere professis hanc regulam, et animarum videtur salus negligi in eisdem. Et patet hic, quod beatus Franciscus intendit, perfectionem regule sue sic alte comprehendere perfectionem evangelicam, quod omnis alius status regularis sit inferior isto et exire de isto et ad alium transire sit retro aspicere et ineptum fieri regno dei.

[Erwiderung der Communität. — f 21b. Er kommt auf das im ersten Artikel Gesagte zurück und fährt sodann also weiter: 'Unde iste non occulte sed manifeste declarationi contradicit, et propter hoc in replicationibus[1]) petit ipsam declarationem tolli et quod concedatur ei regula nuda sine privilegiis et sine glosis, ut possit vivere in spiritus libertate, trahendo regulam hodie ad unum sensum, cras ad alium, postquam erit regula declarationibus ecclesie denudata. Et hoc esset ordinem ad antiqua certamina reducere dubiorum, que in ipsa declaratione clarissime sunt decisa, et dicere ecclesiam deviasse usque nunc a regule vero sensu, quem opponens se indicat reperisse. — Ad id, quod dicit de dimissoriis, quas dominus papa concedit et ordo, dicimus: Absit a nobis, quod tantam blasfemiam, quam impingit in romanum pontificem concedamus, quod scilicet domini pape concessio de dimissoriis sit in periculum animarum. Quod ergo dicit, quod conceduntur in periculum animarum, cum eas dominus papa concedat vel ordo eius auctoritate, manifeste hic patet, quod est sacrilegus et blasfemus, romani pontificis et ecclesie romane consuetudines et instituta condempnans. O quam difficile diu mentis celare conceptum! Quod enim dominus papa in hiis erret et ecclesia romana, ipse se sentire ostendit, quia dicit, declarationem tollendam tanquam a sensu regule declinantem [a]). Et quia dicit usum pauperem de essentia voti, et quia in essentialibus non est dispensatio, ideo dicere habet, ut dicit, quod dimissorie sunt in periculum animarum, quia contra usum pauperem in voto, ut dicit, inclusum faciunt, dum ad usum redeunt laxiorem hii, quibus dimissorie conceduntur.]

a) *Hs.* declarantem.

licebit eis de ista religione exire iuxta mandatum domini pape, quia secundum sanctum evangelium nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei'.

1) S. oben S. 92 u. S. 87, Z. 4 s.

5. Sequitur: *Et illi, qui iam promiserunt* etc. finit: *habere*[1]). — Circa hunc articulum nota, quod eandem austeritatem in vestibus et paupertatem regula imponit novitiis et professis; et sicut dictum est, quod male incipitur in novitiis, sic continuatur in professis postea; et sic est communis relaxatio circa hoc, quod vix vel nunquam hic articulus ad litteram observatur nisi a valde paucis, et hi reprehensionem et persecutionem pluries patiuntur et singulares reputantur, cum tamen plus non concedat regula vel declaratio, nisi necessitas id requirat. Quin ymo multi habent superfluitatem nimiam tunicarum et mutatoria diversa sic sibi appropriata, quod aliis indigentibus in oculis eorum ipsi superhabundant; et habitus fiunt preter morem patrum nostrorum (**201 Va**) nimis curiose et nimis lati et longi et caputia sepe non solum capud sed renes attingunt. Et hoc est commune vitium et maxime maiorum[2]) et illorum, qui possunt magis in temporalibus abundare.

[Erwiderung der Communität — **f 22a.** Ad hec et similia in predicto articulo contenta respondetur, quod ad ea, que sunt fratri ex voto vel ex regula indicta, debet frater compelli; ad consilia autem et exortationes debet induci, non compelli. Per hoc potest ad omnia responderi, que hic obiciuntur. Dum enim dicit, quod superhabundant in tunicis; dicimus, quod ymo in periculum corporis deficiunt preter paucos; et qui sufficiunt, eas, quibus non indigent, dant aliis. Per hoc patet, quod non habent mutatoria ut divites, quamvis aliquando de duabus tunicis unam portent, aliam ad mundandum deponant. — Cum dicit, quod regula unam tantum concedit inferiorem, dicitur pro parte ordinis, quod declaratio contrarium in hoc casu diffinit; licet autem[a]) contineatur in regula, ubi non solum ratione necessitatis, sed etiam [*in*] aliis circumstantiis dicit licere ex regula uti pluribus. — Ad dicta de figura habitus et de repetiamentis dicitur, quod non sunt necessitatis, quia non sunt iniuncta ex regula vel ex voto, sed quilibet potest se humiliare, si voluerit, ferendo vilem habitum vel repetiatum, dummodo non sit tanta deformitas, quod non eiusdem ordinis videretur; et bene infra limites figure habitus communis ordinis potest quilibet sufficienter humiliare et despicere semetipsum. Si vero extra totum communem modum exiret, cum non sit necesse ad virtutem, cavendum, ne fiat ad ostentationem.]

6. Sequitur: *Et qui necessitate* etc. finit: *portare*[3]). — Circa hunc articulum nota a contrario sensu, quod nisi cogat necessitas, calcea-

a) *Wohl* licet etiam.

1) L. c. cap. 2. 'Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio et aliam sine caputio, qui voluerint habere'.

2) Vgl. oben S. 57, Z. 28 und unten S. 101, Z. 8, 32; S. 102, Z. 31.

3) L. c. cap. 2. 'Et qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta'.

menta sunt fratribus interdicta. Et nota, quod non quelibet necessitas dispensat in calceamentis, sed sola, que cogit; que ex diversis causis potest contingere. Nec communis afflictio frigoris pedum vel superfluus timor, ne ex pedum nuditate infirmitatem incurrat quis, signis non apparentibus de propinquo, debet dici necessitas calceamenta portandi. Et contrarium multi fratres faciunt, qui sine coactiva necessitate calceamentis communiter utuntur; sicut apparet in penitentiariis curie [1]) et in aliis, qui cum prelatis et principibus morantur, et ut plurimum magistri theologie et plures alii vadunt in hyeme continue calciati, et quasi omnes preter paucos, qui spirituales dicuntur, portant centones et caligas, nisi quod, quando domum exeunt, calciones deponunt. Et multum pro levi causa fratres ad portandum calceamenta laxantur, nec de hoc communiter puniuntur.

[Erwiderung der Communität. — f. 22a. Respondetur pro parte ordinis, quod si alii incedant calciati, nisi qui necessitate coguntur, puniuntur. De penitentiariis iniuste arguit nos, cum non sint in nostra correctione. Unde nimis videtur esse avidus ad arguendum, qui nos de peccatis arguit alienis (22b). Set nec penitentiarii debent iudicari, sine necessitate cogente incedere calciati, cum sint senes et teneant pedes super lapides in ecclesia; et plura alia considerentur, que circa eos currunt. Similiter presumendum est de magistris, si aliquando calcientur, quod scilicet necessitate vel infirmitate coguntur.]

7. Sequitur: *Et fratres omnes* etc. finit: *cum benedictione dei* [2]). — Circa hunc articulum nota, quantam vilitatem regula intendit in vestibus, cum dicit quod possint repeciare de saccis, ita quod velle videtur, quod inter pannum, quo fratres debent uti [a]) et vilitatem sacci sit vicina conformitas. Et sic servavit pater noster Franciscus et sotii, ut apparet in vilitate tunicarum ipsorum, qui portabant habitus exterius repetiatos de saccis, sicut aliqui ex nobis eos portantes propriis oculis conspexerunt. Et patres nostri dixerunt et ordinaverunt, quod huiusmodi vilitas attenderetur in pretio pariter et colore. Nunc autem exquisite queruntur boni et pretiosi panni inferius et superius. Et hoc vitium amplius est maiorum et illorum, qui plus possunt. Et quod deterius est, tantum horrent aliqui regentes ordinem et communiter maior pars prelatorum vilitatem vestium, quam indicit regula et servaverunt patres nostri, quod prohibent fratres aliquando de vili panno ad exemplar priorum habitus

a) *Ps.* uti] indui.

1) S. über sie diese Zsch. II, 379, Anm. 6.

2) L. c. cap. 2. 'Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur et possint ea repeciare de saccis et aliis peciis cum benedictione dei'.

facere et portare et cogunt eos aliquando superfluitatem in longitudine, latitudine et pretiositate habituum facere velint nolint. Quod si nolunt, multas persecutiones eis faciunt et eos diffamant et reputant singulares, nec pacem possunt tales viri spirituales inter fratres habere, cum tamen adhuc non appropinquant ad patrum nostrorum pristinam vilitatem.

[Erwiderung der Communität. — **f. 22b** . . . Ad illud, quod dicit, quod illi vocantur superstitiosi, qui portant viles vestes; respondetur pro parte ordinis, quod non ex hoc vocantur superstitiosi, sed si ex hiis VI aliquid secum habere cum veste peregrina per opera agnoscantur, scilicet si sint superbi et contumaces circa obedientiam licitam et honestam; si exterius ostendant nimiam austeritatem in habitu et opere inveniantur laxi, scilicet gulosi, verbosi, iactativi, indevoti et similia prosequentes; si sint sompniorum vel fictarum visionum sectatores; si nimis frequentant colloquia mulierum potissime Beghinarum sub specie sanctitatis; si ceterorum meliorum se condempnatores; si perversorum dogmatum et errorum vel novarum et periculosarum opinionum defensores. Hec VI sunt, que in eis sub ostentationis habitu odivit anima mea, que omnia vel plura horum communiter sequuntur in figura habitus nimium singulares, et cum ceperint aliquando a spiritu, carne consummantur. Et hec in eis ordo persequitur, non penitentie austeritatem.]

8. Sequitur: *Quos moneo et exortor* etc, finit: *despiciant semetipsum*[1]). — Circa hunc articulum apparet, quod regula supponit, quod sicut in vilitate vestium sic in parcitate ciborum et austeritate debent fratres esse a delitiositate hominum elongati, ita quod in cibo et potu a fratribus sumptuositas et delitiositas evitetur. Contra hunc offenditur multum notabiliter et sepe, quia communiter fiunt convivia nimis excessiva aliquando in pictantiis, quas fratres procurant fieri a secularibus, maxime in capitulis generalibus et provincialibus et in aliis conviviis, que aliquando fieri nimis lauta procurantur. Sed quam maxime offenditur in particularibus conviviis, que fiunt in hospitalaria et in infirmaria pro superioribus et sollempnibus fratribus. Et ut plurimum vita magistrorum, ministrorum, prelatorum, custodum est nimium excessiva in varietate vinorum, carnium, piscium et specierum[2]). Et talia recipiunt libenter a fratribus, qui possunt expendere. Et per talia enxenia sepe impetrant multa ab eisdem, et promotiones fiunt indebite et promittuntur talia convivia et mutue invitationes fieri a sanis fratribus, dummodo habeant quod expendant. Et si quando maiores intrant refectorium, raro est, quin specialita-

1) L. c. cap. 2. 'Quos moneo et exhortor, ne despiciant neque iudicent homines, quos viderunt mollibus vestimentis et coloratis indutos uti cibis et potibus delicatis, sed magis unusquisque iudicet et despiciat semetipsum'.

2) Gewürze.

tem habeant in quantitate et qualitate in oculis aliorum, ita quod fratres communes magis inde possunt accipere scandalum quam exemplum. Et quia lectores et maiores multum laxaverunt frenum gule, et alii fratres vident, quod libenter recipiunt munera de predictis, fiunt procurationes talium enxeniorum et fiunt[a]) questus indecentes in tantum, quod quasi omnia nostra spiritualia officia ad varios questus consequendos ordinari videntur a multis. Et propter gulam (**201 vb**) nutriendam, ut apparet per opus, magna est ambitio status prelationis et lectionis et aliorum officiorum, ex quibus possunt temporalia congregari. Et tanta est gule relaxatio, quod licet constitutiones generales[1]) dicant, quod[b]) sani fratres in locis fratrum carnes non commedant ullo tempore nisi sub certa necessitate, nunc tamen passim contrarium fit ubique.

[Erwiderung der Communität. — f. **23a**. Respondetur pro parte ordinis, si opponens[2]) continuaret vivere cum fratribus et non in curia, forte videretur sibi, quod fratres nimis austerum habent cibum. — Quod pitentie semel in tribus annis fiant in capitulis generalibus, non est clamandum fore tam horrendum flagitium, ut hic clamat; quia nec est peccatum in fratre sumente temperate de hiis, que liberaliter offeruntur, dummodo ipse non sit tam excessus ministrationis. Si etiam magistris vel lectoribus vel aliis laborantibus pre ceteris fiunt pitantie vel curialitates, non est dicendum scelus iniquitatis, sed opus potius caritatis. Nec est iudicandum de intentione, quod ex hac intentione prelatus promoveat idoneum, quia fecit encenium, sed potius quia ipsum novit ydoneum; si vero promovit inhabilem, tunc est arguendus. Miror valde, cum regula moneat fratres austere viventes, ne iudicent delicatis cibis utentes, quia opponens vertit in oppositum, quia ipse delicatis cibis utens continue, iudicat et despicit fame cruciatos de delicatione ciborum. Statutum autem de non comedendo carnes, utinam opponens experiretur, qualiter servatur, et credo diceret, quod rigide observatur.]

9. Sequitur: *et non debent equitare nisi magna* [necessitate vel infirmitate cogantur] etc. — Circa hunc articulum est notandum, quod, cum regula, ut infra patebit, nos separet ab omni litigio et causidicatione et a cura temporalium et sollicitudine et ab aliis causis discursuum, que nostro statui sunt incompetentes, pro hiis nulla est nobis necessitas equitandi, sed potius fugiendi; maxime cum hic regula dicat, quod non equitent, nisi manifesta necessitate cogantur. — Contra hoc autem nimium laxate sunt habene nec servantur statuta nec pene ibi posite et raro

a) *Fehlt in Pa.*

b) *In Pa. fehlt von* Et tanta *bis* sani.

1) In den Constitutionen von Narbonne Rubrica 4.

2) Offenbar ist Ubertino gemeint, wie auch im Folgenden.

puniuntur contrarium facientes. Et illi, qui equitaut, sepe cum multa pompa et cum tot expensis incedunt, quod nulla ostendunt vestigia paupertatis. In hoc etiam plus offendunt prelati et maiores et hii qui presunt; inquisitores vero heretice pravitatis, ex quo sunt in officio, videntur istud capitulum totaliter ignorare. Et quasi omnes equitantes fratres, nisi sint infirmi, equitant pro talibus causis, quas deberent potius fugere secundum regulam, quam quod ad illas prosequendas cogi debeant neque possint.

[Erwiderung der Communität. — **f. 23a.** Respondetur pro parte ordinis, quod si opponens ivisset nuper in Vienna peditando, non posuisset cum pedibus equi, cui insidebat, magistrum theologie peditantem per lutum fratrem Rycardum[1]) ministrum Anglie in tanto periculo, sicut fecit. Et si grande scelus est in fratribus quocunque modo equitare, quare opponens per civitatem equitat et ad campos. Unde cum mundus videat fratres in itineribus peditantes, liquet, quod oppositio non est etiam colorata, quia (**23b**) si aliquando aliqui equitant, presumi debet, nisi contrarium constet, hoc fieri manifesta prelatis suis necessitate cogente, alias secundum statutum generale debent sedere in terra in pane et aqua ieiunando.]

10. Sequitur: *Precipio firmiter fratribus ut nullo modo denarios* etc. finit: *interpositam personam*[2]). — Circa hunc articulum nota, quod a principio per patres nostros et magistros et per capitula generalia, et etiam declaratio in hoc concordat, decretum est, quod nomine denariorum intelligatur pecunia numerata; nomine vero pecunie res quelibet, que accipitur, ut vendatur et loco pretii in aliam commutetur. — Contra hunc articulum sunt offensiones multiplices et tanta facta est dissipatio, quod quasi indifferenter, qui possunt, habent sua deposita et depositarios et expendunt sicut eis placet in libris, in cibis et potibus et vestibus delicatis et conviviis et enxeniis prelatorum modis, quibus dictum est supra. — Item indifferenter, qui possunt habere, ducunt secum bursarios famulos suos, qui taliter imperio fratrum pecuniam expendunt, quod magis in omnibus signis apparent ipsi fratres domini non solum pecunie, sed etiam expendentium famulorum. Et fratres aliquando portant capsulam, in qua est pecunia; et si pueri aliquando ipsam portant, sepe ignorant, quid intus sit, et fratres ipsi claves portant. Et licet nomen aliquando habeant famuli, quod sint nuntii illarum personarum, qui pro fratribus pecuniam donant; tamen nec ipsi famuli nec ipsi depositarii sciunt, quod pecunia illa dominum habeat alium nisi fratres, nec in signis potest aliud apparere et rationem exigendo ab eis et pecuniam repetendo. — Item in

1) Richard Conington; vgl. oben S. 44.

2) L. c. cap. 4. 'Praecipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam'.

loco beati Francisci[1]) et sancte Marie de Portiuncula[2]), ubi ordo incepit, continue pecunia recipitur nomine oblationis et multis annis recepta est, antequam hoc privilegium haberetur. Modo autem sub velamine privilegii, quod dominus Nicholaus papa 4us[3]) dedit, ambo illi conventus de pecunia contra regulam vivunt. Et licet privilegium quodcunque regulam destruens non solum impetrandum non sit, sed totis conatibus a fratribus respuendum, tamen, quod peius est, ipsiusmet privilegii moderantia non servatur. — Item exemplo illorum locorum inolevit pestis per alia loca et per alias provincias, quod pecunia in ecclesiis fratrum nomine oblationis recipitur in missis novis et alias, cum tamen non possit excusari, quando fratres sint illius pecunie receptores, cum offerentes intendant offerre ecclesie vel ministris, et ecclesie nostre non habeant ministros nisi fratres. — Item in aliquibus locis ponuntur cippi in ecclesia clausi et firmati, et ibi ponitur pecunia, quam fratres recipi faciunt tempore opportuno. — Item in aliquibus locis sacriste ipsimet candelas de sacristia acceptas faciunt super discum poni in ecclesia, ut intrantes viri et mulieres candelas emant, accipiant et offerant et loco earum super discum vel capsulam pecuniam deponant; et famulus fratrum discum custodit et pecuniam recipit, ita quod (**202ra**) eadem candela decies revendetur. Et hec fallacia videtur illi communicare, quam dominus Yhesus de templo dicitur eiecisse. — Item subintravit abusus et infamia regule, quod in multis locis fratrum per se ipsos questum publicum de denariis faciunt per plateas et forum, quos per pueros suos recipi faciunt servari et expendi, quos secum circumducunt per forum ad sue libitum voluntatis. Et dicunt fratres, quod ille puer, qui sic circumducitur, est nuncius omnium illorum, qui pecuniam donaverunt. — Item quando pecunia deponitur penes aliquem, vix umquam exprimitur, quod dominium pecunie sit alterius nisi fratris, sicut fieri deberet secundum declarationem domini Nicholai, sed ita se habent fratres ad eam et ita tenetur totaliter sub eorum dominio, quod etiam per manum curie aliquando extorquetur ab eis per ipsos fratres, ac si essent domini principales. Et ad minus hoc verum est, quod percipiendo, disponendo, computum requirendo illa pecunia ad mandatum fratrum expenditur et servatur, et hoc sive sint deposita communia sive personalia; et in personalibus adhuc demonstratur maior corruptio. — Item pro libris scribendis vel emendis et aliquando pro non necessariis, ymo

1) Offenbar S. Francesco in Assisi.

2) Die Annahme von Geld zur Zeit des Portiunculaablasses hatte schon 1284 der Generalminister Bonagrazia aufs strengste verboten; vgl. die Chronik Glassbergers in den Analecta Franciscana II, 98.

3) S. das Schreiben vom 25. Mai 1288, in Sbaralea, Bullar. Francisc. IV, 23.

superfluis, saltem quoad illum, qui pro se facit scribi; et de libris venditis aliquando magna quantitas pecunie apud depositarios servatur et aliquando pro edificiis sumptuosis superfluis et curiosis contra statum nostre regule construendis, magna quantitas pecunie diutius servatur. — Item in multis provinciis fratres pro missis celebrandis in certo numero et certo pacto aut pro uno sacerdote ad tempus tenendo recipi faciunt pecuniam. — Item vadunt ad anniversaria et pecuniam inde recipi faciunt pro se sicut ceteri sacerdotes. — Item in festo mortuorum super tumulos defunctorum absolutiones faciunt inde pecuniam adquirentes. — Item alicubi diebus festis in portis ecclesiarum principalium querunt pecuniam ab intrantibus et egredientibus et per pueros recipi faciunt, quod datur, sicut ceteri questores. — Item cum pecunia dicatur id, quod accipitur, ut vendatur, multum in hoc offenditur, quia granum in messibus adquiritur et per fratres immediate recipitur, ut vendatur pro tunicis et aliis adquirendis pro libitu fratrum et sepe conservatur usque ad tempus, quo carius possit vendi, et pretium de mandato fratrum recipitur et expenditur sicut libet. Idem est de multis similibus, maxime in funeralibus, ubi arma et equi et panni et habundans cera et alicubi sal et granum et alie res recipiuntur a fratribus, ut vendantur. Et in huiusmodi transgressione mandati de pecunia prelati et subditi, senes et iuvenes sic sunt relaxati, quod de non recipiendo pecuniam solo videmur nomine, ex eo quod non tangimus manibus, gloriari. Et qui tales questus ex consciencia respuunt, sepe graviter puniuntur et superstitiosi et singulares reputantur, sicut est in punitionibus factis in Thuscia manifestum. — Item tantum studuerunt patres nostri cum ad confessiones et testamenta sive sanorum sive infirmantium vocabantur, se ostendere, non commoda rerum sed lucra querere animarum, quod statutum erat in capitulis generalibus[1]), quod nullus frater aliquam penitentiam pecuniariam imponeret, et cum testamentis interessent, non procurarent sibi vel fratribus aliquid dimitti; quod non essent executores testamentorum vel alias legatorum, nec permitterent fratres heredes institui, quia ista secundum regulam illicita reputabantur. Et multa circa istam paupertatis observantiam erant statuta, quorum aliqua sunt mutata et ampliata, aliqua adhuc sine debita observantia manent in membranis et ultra

1) In den Constitutiones Narbonenses von 1260 heisst es in der Rubr. 3: 'Item in penitentiis, que imponunt, non faciant sibi aliquid dari nec fratribus nec persone nec alicui loco spirituali. Et cum testamentis interfuerint, non procurent sibi vel cognatis suis aliquid erogari. Et quicunque contra fecerit tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet et ipso facto a confessionis officio sit suspensus, donec post iniunctam sibi condignam penitentiam a prelato fuerit absolutus'.

modum male servantur statuta capituli generalis et transgressores minime corriguntur. Nunc enim ad exequutiones testamentorum et dispensationes incertorum et procurationes legatorum sic et inde in[h]iatur, quod se ingerere ad talia improbe non solum a clericis sed ab ipsis secularibus testatoribus cognoscuntur. Propter quod in temporalibus dispensandis satis incipiunt fugere manus nostras; nam perpendunt, quod in nostris excessivis sumptibus nimium absorbemus, quod debet pauperibus indigentibus dispensari. — Item propter (**202r b**) adquirendam pecuniam sepe fiunt absolutiones usurariorum magnorum indebite et cum insufficientibus cautionibus et receptiones inepte talium ad sepulturas in tantum, quod multitudo civium Senensium in litteris, quas scripsit domino summo pontifici conquerens de iniquis iudiciis factis super fratres spirituales illarum partium de hoc mentionem fecit, asserens, quod ab illis solis addiscebant gravitatem criminis usurarum, non ab illis, qui eos punierunt, qui usurarios absolvebant et ad sepulturas recipiebant, quorum tamen male ablatorum nulla restitutio apparebat.

[Erwiderung der Communität — f. **23b**. Zur Widerlegung der hier wegen Annahme von Geld und des Eigenthumsrechtes erhobenen Anklagen verwerthet der Verfasser in ausgiebigster Weise sämmtliche Bestimmungen der päpstlichen Schreiben in Betreff des 'vir fidelis' und des Procurators. Das Eigenthumsrecht verbleibt den Gebern oder geht auf den Papst über, die Brüder erhalten nur die Nutzniessung der ihnen aus den Almosen gekauften Gegenstände. Wie weit er in dieser Wahrung der äusseren Legalität geht, zeigt folgende Stelle: 'Opponitur adhuc circa eundem articulum, quod fratres ducunt bursarios; respondetur, quod sicut pecunia in manu nuncii euntis ad locum propinquum pro re fratri necessaria erat in dominio dantis, ita et pecunia in bursa nuncii longe euntis cum fratribus vel sine fratribus. — Opponitur adhuc, quod fratres aliquando portant clavem capsule, in qua est pecunia; respondetur, si frater portat clavem aliquando, tunc portaret eam ut clavem capsule vel arche, in qua est pecunia aliena, cuius clavem commendavit dominus pecunie ipsi fratri, per hoc fratri nullum ius vel dominium acquirendo. Tamen quia species non esset decens, idcirco hoc reprehensibile iudicatur. . . . Opponitur adhuc, quod fratres in aliquibus locis petunt pecuniam per vicos vel in cipis et similibus; respondetur, quod fratres, qui egent pane, petunt a diversis personis, ut eis subveniant, et si homines tradant pecuniam alicui, qui eam convertat in panem vel aliam rem necessariam fratribus vel si in pariete vel cippo relinquerent, semper tamen ipsa pecunia esset dantis, donec sit conversa. . . . (**25a**) Adhuc obiicitur, quod fratres faciunt magnas pecunias servari pro libris scribendis et hedificiis construendis; respondetur, quod fratres sunt pauperrimi nec possunt habere libros nec pro eis servatur

pecunia inmodica, et rari et paucissimi sunt, pro quibus deposita habeantur. Et illi, pro quibus habentur, pecuniam non recipiunt, sed servans servat nomine dantis, ut dictum est, et hoc declaratio expresse ponit. . . . (25 b) Quod obiicit opponens, quod fratres videntur gloriari in sola privatione tactus pecunie; respondetur, ymo gaudent et merito multiplicis penurie consequentis, quia cum nichil habeant et helemosyne sint rare et raro pro eis conceditur pecunia et valde parva, sentiunt [a]) penurias multiplices. Secundo, quia ius et dominium semper est donantis, non potest congaudere frater, ut de suis divitiis gaudet dives, et sic temporalis vanitas est exclusa. Tertio, quia nullam actionem habet frater contra servantem, quomodocunque se habeat. Quarto, quia etsi daretur pecunia pro aliquo, non permittitur, quod servetur pro eo, nisi pro presenti necessitate vel de proximo yminenti secundum statutum capituli generalis.]

11. Sequitur: *Tamen pro necessitatibus infirmorum* etc. finis: *non recipiant*[1]). — Circa hunc articulum offenditur, quia nec ministri nec custodes nec per se nec per alios habent curam, ut sibi imponitur, de infirmis et de fratribus induendis, quin ymo e contrario oportet quod fratres alii cura superflua et indebita distrahantur ad procurandum[2]), quomodo eos delicate pascant et pretiose induant et in aliis eorum superfluis sumptuositatibus satisfaciant per encenia et alia, si volunt ab eis optatas licentias obtinere, et in ipsorum superfluitatibus multa expendant (?) et in [b]) aliorum fratrum, qui reputantur maiores; et in constructione superflua et excessiva edificiorum et aliorum curiosorum sepe illud [c]), quod deberet fratrum indigentium et infirmantium necessitatibus applicari. Et ex defectu cure predictorum sequuntur inconvenientia multa, quia quilibet frater, qui potest, providet sibi ipsi tam in infirmitate quam in sanitate de vestibus et aliis. Et ex hoc multi excessus particulares et laxationes et fraudes communiter sequuntur. Et qui impotentes sunt ad ista, in infirmitate sepe multas miserias patiuntur. Et ex hoc etiam sepe sequitur, quod fratres procurant familiaritates, per quas adquirant temporalia et executiones testamentorum et funera et alia et diversus et fallax modus [d]) questus introducitur et absolutiones et dispensationes incertorum indebite fiunt et

a) *Hs.* sentiunt] secundum. b) *In La fehlt* in.
c) *Ob zu ergänzen* effunditur? d) *Pa.* diversus fallaciarum modus.

1) L. c. cap. 4. 'Tamen pro necessitatibus infirmorum et aliis fratribus induendis per amicos spirituales ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire; eo semper salvo, ut, sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant'.

2) Ähnliche Klagen brachte schon Salimbene (Chronica ed. Parm. pp. 405, 407) gegen fr. Elias vor.

quasi omnia nostra officia ordinantur ad questum, et miris versutiis procuratur, quod semper habeant depositum pecunie pro predictis excessibus nutriendis.

12. Sequitur: *Et fratres illi, quibus gratiam* etc. *sectatores*[1]) — Circa istum articulum notandum, quod quatuor magistri exponentes regulam querunt, utrum istud sit preceptum, et respondent, quod sic; quod videtur eis ex forma dicendi et intentione sancti Francisci, quam in suo testamento[2]) expressit, ubi dixit: *Omnes fratres firmiter volo, quod laborent de laboritio, quod pertinet ad honorem.* Declaratio[3]) etiam valde se conformat predictis; nam supponit, quod fratres vacent studio et divinis officiis vel ministeriis vacantium se exerceant, nisi [a]) sint tam excellentis contemplationis, quod non sint a tam pio studio subtrahendi. Ad alios autem, qui se predictis modis non exercent, ne otiose vivant, predicta verba declarant extendi. O quam durus est hic sermo[4]) pro multis, qui in nullis predictorum se exercent, sed in discursibus vagis et verbis otiosis et vanis et in aliis truffis tempus suum multum otiose deducunt. De hoc gemit frater Bonaventura olim cardinalis in quadam littera[5]) missa toti ordini, in qua ponit X malos occursus, ex quibus gemit, quorum hic est secundus, de quo sic dicit: '*Occurrit quorundam fratrum otiositas, que sentina est omnium vitiorum, qua plurimi consopiti monstruosum quendam statum inter contemplativam et activam vitam eligentes non tam carnaliter quam crudeliter sanguinem comedunt animarum.*' A tempore autem illo tantum multiplicata est otiositas et cessavit occupatio virtuosa, quod oratio et devotio sic exulant a multitudine fratrum, quod valde rari reperiuntur, qui velint orationi studiose vacare non solum more patrum nostrorum, qui [*in*] oratione erant assidui, sed sunt multi, qui cum magna angaria sustinent indevote et aride, quantum apparet exterius, saltem horis canonicis interesse; et tanta facta est extraneitas ad orationes et vigilias et lacrimas et devotionis indicia, que etiam nostris temporibus habundaverunt in patribus et ita tacti sunt grossi in experientia divinorum; et maxime (**202va**) plures ex illis, qui presunt in nobis et qui plus super alios possunt, qui satis parum nove-

a) *Pa.* nisi] vel quod.

1) L. c. cap. 5. 'Fratres illi, quibus gratiam dedit dominus laborandi, laborent fideliter et devote, ita quod excluso otio, animae inimico, sanctae orationis et devotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deservire. De mercede vero laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant praeter denarios vel pecuniam; et hoc humiliter sicut decet servos dei et paupertatis sanctissimae sectatores'

2) Chronologia hist.-leg. I, 16. 3) Sbaralea Bullar. Francisc. III, 413

4) Vgl. oben S. 79. 5) Vgl. oben a. a. O

runt orationis virtutem et experientiam divinorum sepe despiciunt et deridunt tam in fratribus quam in personis simplicibus secularibus, quas deus vocat ad se per orationis studium et sentimenta divina; quin ymo eos retrahunt a predictis et nituntur in suis vanitatibus informare; et aliqui etiam eos cum multis molestiis persequuntur, maxime nisi velint communes relaxationes laudare. De otiositate multitudinis huius temporis et cursitationibus vagis et secularibus negotiis ad distractionem propriam mendicatis et de fuga orationis et devotionis et exercitii virtuosi magis flendum quam loquendum hiis, qui interiora nostra [a]) (?) conspiciunt. Nec prelati ista corrigunt nec seipsos ostendunt in hoc aliis in exemplum, ymo sepe vagi et garuli, otiosi et indevoti, delicati et relaxati in regimine et aliis officiis preferuntur, maxime si noverunt temporalibus habundare et prelatis offerre habunde. Item sepe, qui laborant in scribendo non recipiunt mercedem necessariam pro se et suis fratribus sicut humiles paupertatis sanctissime amatores, ymo sicut avari et cupidi mercatores ementes et vendentes in depositis reponentes et supradictis modis indebite expendentes, sicut supra X. et XI. articulo est expressum.

[Erwiderung der Communität. — f. 26a. Respondetur, quod omnis homo tenetur otium vitare, non tamen unica occupatione omnes. Si vero intendat opponens, quod precipiatur fratribus, ut in mechanicis occupentur, declaratio clare diffinit, de quibus occupationibus intelligatur et ad quos fratres hec exortatio, que non est hic preceptum, set informatio, extendatur. Quia occupantur in studio, non debent dici otiosi, nec qui serviunt studiosis. Quod vero non sit preceptum declaratio innuit satis clare, quia dicitur alibi (?) ubi utitur vocabulis exortationis et inductionis; et hec non sunt precepta, set [b]) exhortatio et inductio.]

13. Sequitur: *Fratres nichil sibi approprient* etc. finis: *rem*[1]) — Circa hunc articulum tam ex ipsomet textu regule, si quis diligenter inspiciat, quam etiam ex expressione beati Francisci et ex observantia patrum et ex determinatione papali est notandum, quod omnis proprietas et appropriatio cuiuscunque rei vel iuris est prohibita toti ordini et fratri cuilibet in speciali; et ideo omne ius privilegiorum, et maxime quibus possumus nobis rem aliquam vel iura vendicare, est nobis penitus interdicta, maxime per quod possimus cum aliquo litigare. — Contra hunc ergo articulum multipliciter fit primo, in speciali quilibet frater ut plurimum habet libros, tunicas et alia, quibus utitur, sive necessaria sive

a) *Fehlt in Pa.* b) *Hs.* scilicet.

1) L. c. cap. 6. 'Fratres nihil sibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem'.

superflua ita sibi applicata et appropriata perpetuo et ita tractat illa, procurat, servat, mutat, vendit, congregat et reponit in cella propria, etiam cum tanto affectu peculiari ferri videtur ad illa et ita accomodat cum difficultate et cum importunitate repetit, ac si sua propria essent et pluries cum magna distractione, sollicitudine, cura, cupiditate et avaritia per importunitates questuum adquiruntur et pluries mutua et debita contrahuntur pro hiis et similibus et quandoque pro vanis et superfluis expensis; et in tantum hoc vitium inolevit, quod quasi quilibet frater rerum suarum proprietarium se ostendit, et cum magna difficultate potest prelatus obtinere, quod, que habet superflua, tribuat indigenti, quin ymo reputaret se nimis iniuriatum et violentatum propter abusum communem omnis frater, cui per prelatum aliquid notabile auferretur. Expresse autem asseruit beatus Franciscus, quod qui vult esse verus frater minor, non debet habere nec libros nec aliud quid suo usui appropriatum exceptis necessariis vestimentis, unde nunquam voluit concedere, quod aliquis frater haberet librum aliquem ad suum proprium usum, quantumcunque a sibi karissimis instantissime fuerit requisitus, sed volebat quod libri ad divinum cultum et sacrarum scripturarum studium essent in communi et in illis addiscerent illi, quibus deus daret gratiam intellectus. Absit autem, quod pater noster beatus Franciscus intenderet, quod quilibet frater sibi salmas librorum conquireret vel sic sibi appropriaret et quod quando frater mutatur de loco ad locum semper post se salmam deferret, vel quod frater emeret sibi studium Parisiense[1]), sicut modo fit, vel quod frater sic in studiis paganicis occuparetur, studio orationis extincto, et quod talibus adquirendis sic sollicite insudarent.

Item videndi sunt tres modi, in quibus communitas fratrum contra expropriationem multum offendit: primo, quia fratres nunc sibi appropriant[2]) loca fratrum in terris, unde sunt oriundi, ut quasi illa loca suum proprium reputent monasterium et nolunt alibi morari, maxime si

1) Vgl. oben S. 74, Anm. 1.

2) Diese Auffassung der 'appropriatio' finde ich auch in einer aus der Zeit von c. 1320 stammenden Redaction der Ordensconstitutionen. Es heisst daselbst in der Rubr. 3: 'Postremo contra appropriationes locorum statuimus, quod ministri, cum visitant vel alias quando eis videbitur expedire, diligenter de huiusmodi inquirant vel inquiri faciant per custodes, et si quos tales invenerint de suis locis eos expellere teneantur. Dicimus autem appropriatores locorum, quibus, si dantur obedientie recedendi, procurant eas per preces secularium revocari; vel qui alios non de suis seu quos externos reputant subditos vel prelatos secum nolunt habere vel pacifice sustinere'. Es hatten also die Klagen Ubertinos eine gewisse Berechtigung.

sunt de magnis civitatibus, et vix possunt ibi sustinere aliquem extraneum, maxime in populo gratiosum vel prelatum super illum conventum, ex quo innumera mala sequuntur. Nam cum (202v b) ipsi sint solliciti, promovere illa loca temporaliter sicut propria domicilia, pro illis sunt solliciti sepulturas adquirere, loca mutare et edificare et excessus quasi omnes facere hic descriptos. Nec patiuntur ab aliis locis nostri ordinis vel ab aliis religiosis eiusdem civitatis in predictis excessibus superari, quin velint similia facere vel maiora. Et si aliqui valentes viri fratres extranei haberent gratiam in civitatibus illis et ea, que ad suas manus venirent, nollent secundum ipsorum voluntatem in talibus excessibus expendere, statim suscitant contra ipsos bellum et dicunt, quod stant ibi sicut dissipatores conventus. Et quia volunt locum replere ex se ipsis, sequitur, quod faciunt recipi inutiles, et hinc fiunt promotiones dampnose, lectores parum scientes, predicatores ignorantes, confessores non ydonei et sepe non maturi et prelati insufficientes, quia ante volunt habere terrigenam vilem quam extraneum valentem virum et probum. Hinc fiunt discursus inutiles et cursitationes per plateas et forum et vicos civitatis et associant se mutuo compatriote et sub tytulo visendi parentes circumeunt domos et contrahuntur familiaritates multe, que non pariunt fructum bonum. Unde et in aliquibus provinciis Ytalie attemptavit dominus frater Johannes[1]), cum esset generalis ad predictum abusum tollendum statuere, quod in conventibus non possent locari fratres nativi de terris ultra tertiam partem conventus, et nullo modo voluerunt substinere et exclamationibus fratrum compulsus est statutum illico penitus innovare. Hec appropriatio singulariter facit fratres in locis suarum originum introductores predictarum abusionum; et quia carnalis amor non spiritualis iunxit eos mutuo et pro invicem carnaliter zelant, idcirco multe inhonestates per illam viam occultantur et mutuo se defendunt, nisi quod aliquando divino iudicio maxime in locis, ubi sunt partes acute sicut in Ytalia[2]), cum parentibus suis carnaliter sapiunt et

1) Johannes Minio de Murovalle, Generalminister 1296 bis 1302, in welchem Jahr er zur Cardinalswürde erhoben wurde; er war ein entschiedener Gegner der Spiritualen.

2) Auch andere Orden sahen sich um jene Zeit gezwungen, dem selbst die Ruhe der Klöster bedrohenden Wogenschlag des wilden Parteigetriebes eigene Statuten entgegenzustellen. So finden wir im cod. 326. 7. XXXVII der Magliabechiana in Florenz Bl. 64b in den Acten der römischen Provinz des Predigerordens folgenden Beschluss des Provincialcapitels vom J. 1306: (Hec sunt acta capituli provincialis Senis celebrati an. dom. M° CCC° VI°. He sunt admonitiones:) . . . Item ad evitanda pericula, turbationes et scandala fratrum, que ex aliquorum malitia accidisse sentimus, providentes et

eorum divisiones sequentes mutuo se corrodunt; ex quo sequitur magnum scandalum secularium et ita parum confidunt de fratribus sicut de parentibus eorundem. Ex omnibus predictis et innumeris aliis malis, que sequuntur ex appropriatione predicta, videtur nobis multum utile, quod in terra sue originis non morarentur fratres conventuales, nisi forte in aliquibus casibus et ad minus ibi non posset esse prelatus aliquis nisi sub certis modis et evidenti utilitate.

Secundo modo offenditur contra predictam expropriationem, quia secundum nostre regule veritatem et etiam diffinitionem generalis[1]) capituli non possumus nec debemus aliquem convenire in iudicio pro re vel iniuria aliqua temporali; nescimus, quo dei iudicio et nostro vitio sint privilegia procurata, quibus possunt ministri et custodes certas personas nominare, qui ex ipsa nominatione auctoritate summi pontificis instituuntur veri procuratores et administratores yconomi, qui nomine ipsius romani pontificis et ratione ecclesie possunt de omnibus rebus, quibus fratres uti possunt et de omnibus, que fratribus relinquuntur, facere et agere sicut domini presentes; sub isto inquam pretextu sic sunt plene curie tam seculares quam ecclesiastice nostris litigiis et causis, quod sub tali privilegio durius repetimus et defendimus omnia, que ad nos pertinere videntur, quasi quam multi religiosi, qui habent proprium in communi. Nam licet actores principales nomine sint procuratores predicti, revera nos omnia facimus instigando, sollicitando, solutiones pro advocatis et notariis faciendo, et sepe ymo quasi semper, quando causa est ponderis, nostram presentiam in loco litigii exhibendo; clamamus ibidem contra adversarios immodeste, sicut facerent advocati. Et sic per talia privilegia evacuatur tota paupertatis regule nostre perfectio, de qua, quod nichil penitus habere possimus nec proprium nec commune, solo videmur nomine gloriari. Propter quod, cum tale privilegium regulam destruat,

---

precavere volentes, ne in posterum similia attententur in nostre religionis preiudicium et iacturam, in virtute sante obedientie precipimus, monentes primo, secundo et 3° in his scriptis, ut nullus frater terrarum rectoribus, officialibus seu quibuscunque personis aliis extra obedientiam nostri ordinis constitutis per se vel per alium verbo vel scripto procuret, quod ipse vel alius frater ponatur in conventu aliquo (65a) seu quovis officio aut admoveatur ab eis aut impediatur, ne libere possit esse in illis, sub quocunque particularitatis tytulo sive Guelfe vel Gibelline, albe vel nigre sive quocunque alio nomine seculariter nuncupetur. Si autem per aliquem fuerit contrarium attentatum ipso facto contra talem vel tales sententiam excommunicationis ferimus in his scriptis"; ausserdem werden noch andere Strafen verhängt. Vgl. Masetti, Monum. et antiq. ord. praed. Romae 1864, p. 281.

1) Vgl. oben S. 54, Anm. 2

esset penitus destruendum. Nam et devotio, ex qua nobis legata fiunt, extinguitur et mundus merito perturbatur ex modis talibus exigendi.

Tertio offenditur in avida receptione, procuratione sepulturarum et funeralium et maxime divitum et potentum, quoniam propter decretalem Benedicti[1]) pape ita recipiuntur a fratribus (203 ra), ac si in eis verum ius proprietatis haberent, et sic per causidicationem repetuntur et in iudicio exiguntur tam corpora defunctorum quam funeralium sicut illa, que sunt sub iure fratrum; in quibus aliquando multa sunt, quorum usus fratribus est illicitus, ut equi, arma et similia, que recipiuntur, ut vendantur, et excessivi panni et excessiva cere quantitas. Ex quibus etiam sequitur periculum symonie tam in sepulturis recipiendis quam in missis celebrandis pro pecunia et scandalum clericorum et vilis quedam et studiosa applicatio et distractio fratrum ad ista funera [a]), circumeundo villam ad corpora defunctorum associanda et querenda et ad processiones super sepulturas continuandas et multa similia, ex quibus impediuntur multa alia magis spiritualia. Propter quod patres nostri toto posse et fortissimo zelo respuerunt sepulturas a principio, quia cernebant impuritates innumeras sequi in ordine ex earum receptione. Nunc autem de recipiendis et procurandis sepulturis et maxime nobilium, potentum et divitum non est finis [b]). — Item offenditur circa hunc articulum in multis mercationibus, venditionibus et mutuis illicitis et modo illegitimo contractis per fratres vel ipsis [c]) instigantibus per procuratores. — Item in aliquibus locis sunt orti et viridaria nimis excessiva, ita quod ibi fiunt magne vinee, et vinum multum inde habetur, et fructus et olera magno pretio inde venduntur et pecunia convertitur in usus fratrum.

[Erwiderung der Communität. — Bezeichnend für den Standpunkt des Verfassers ist auch folgende Stelle aus der Antwort zu diesem Artikel . . . f. 26a Quod autem dicit, quod beatus Franciscus noluit, quod fratres haberent ad usum libros, sed in communi armario servarentur; respondetur, quod hoc non apparet ex regula, ideo non cogit eum, qui se ad servandam regulam obligavit.]

14. Sequitur: *Et tanquam peregrini* etc. finit: *confidenter*[2]). — Hunc articulum exponunt quatuor magistri[3]) et post eos multi alii magistri et

a) *La.* funera] infima.

b) *In La. fehlt* Nunc autem *bis* finis. c) *Fehlt in La.*

1) Die Decretale Benedicts XI. *Inter cunctas sollicitudines* vom 13. Febr. 1304 in Wadding ad. an. 1304, suppl. n. 1, § 14—18.

2) L. c. cap. 6. 'Et tanquam peregrini et advene in hoc seculo in paupertate et humilitate domino famulantes vadant pro eleemosyna confidenter'.

3) S. oben S. 55, Anm. 2.

capitula generalia dicentes, quod hic interdicitur fratribus omnis usus perpetuorum reddituum annuatim solvendorum et congregatio rerum in quantitate notabili pro providentia in futurum, et quod cibus et potus fratrum debet esse cotidianis mendicationibus adquisitus. Et sic servaverunt patres nostri et statuerunt servandum; unde nec cellaria nec granaria habuerunt et nunquam redditus annuos recipere voluerunt. Et beatus Franciscus fortissime horruit conservationem rerum in futurum; attestans, quia hoc tanquam paupertati evangelice contrarium in evangelio prohibetur directe. — Contra hoc fit nunc communiter; nam granaria et cellaria quasi communiter per ordinem habentur valde magna, et in vindemiis et messibus vinum congregatur et granum pro toto anno et aliquando in tanta quantitate, quod oportet illa vendi, et, ut vendatur, congregatur. Et in pluribus locis sunt redditus perpetui assignati super certis possessionibus et in aliquibus locis in tanta copia, quod quoad fratres ibi morantes mendicitas regule est quasi totaliter effugata. — Item sepe servantur deposita pecunie ad providendum in futurum, sicut satis dictum est supra; et fratres talia procurantes reputantur ordinis promotores, et qui contra ista clamant vel qui pro hiis congregandis ire nollent, tanquam superstitiosi persecutiones multas patiuntur et graviter puniuntur[a]).

15. Sequitur: *Hec est illa celsitudo;* etc. finis: *habere velitis*[1]). — Circa hunc articulum, in quo ex tanta expropriatione et sic stricta mendicitate, quam immediate in premissis articulis fratribus imposuit in aliis locis regule supra et infra descriptis, prorumpit beatus Franciscus in tantam commendationem sublimitatis regule nostre quoad altissimam paupertatem, ostendens, eam esse excellentissime fructuosam et quod ea nulla potest altior inveniri, alias nunquam summus pontifex substineret, quod sub bulla sua sic predicaretur altissima. Et cuivis patet, quod sine usu stricto rerum, hec commendatio falsa et frivola appareret. — Contra hanc paupertatem altissimam, cui secundum sententiam generalis capituli[2]) curiositas et superfluitas directe obviant, et articulos supradictos sunt multa edificia nostri ordinis, que sicut magistri nostri determi-

a) *Pa.* paterentur — punirentur.

1) L. c. cap. 6. 'Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos carissimos fratres meos heredes et reges regni coelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibns sublimavit. Haec est portio vestra, quae perducit in terram viventium. Cui dilectissimi fratres totaliter inhaerentes nihil aliud pro nomine domini nostri Jesu Christi in perpetuum habere velitis.'

2) In den 'Constitutiones Narbonenses' von 1260 in der Rubr. 3.

naverunt sint monstra nostre perfectionis[1]) et non habitacula pauperum, sed palatia apparent regum et in eis multipliciter paupertas infringitur, quia fiunt nimis alta, ampla, longa et curiosa. — Item cum secundum morem patrum nostrorum deberemus morari extra habitationem homi-
5 num, vicini tamen villis, nunc non solum in suburbiis sed in med[it]ullis civitatum, ubi est maior frequentia populorum et carestia domorum sepe accipimus loca nova, maxime in Ytalia, pristina loca aliquando pulcra et amena et bene edificata et spirituali quieti ydonea relinquentes, non parcentes de hoc scandalo cleri vel populi, ementes domos karissimas
10 (203rb) et pulcras ad diruendum et ibi consummantes inestimabilem quantitatem pecunie in edificando curiose et dilatando spatium loci. Et volumus ibi facere cimiteria, viridaria et claustra magna, ubi vix divites cives possunt habere domicilia satis arta. — Item pro nihilo ducimus unam pulcram et magnam ecclesiam diruere, ut possimus maiorem et
15 pulcriorem facere; et idem de dormitoriis, refectoriis et aliis domibus nostris, que cum sint pulcre et sufficientes, ymo excellentes, non solum pro profitentibus extremam paupertatem, sed etiam pro viris nobilibus et divitibus[a]), [cum] diruimus ea, ut alia maiora de elemosynis, quas deberent pauperes famelici comedere, erigamus. Hec certe non sunt opera
20 altissime paupertatis nec signa, quod sumus peregrini et advene in hoc mundo. Contra hoc fortissimum zelum ostendit beatus Franciscus, sicut patet in instituto et legenda[2]), ubi continetur, quod mandabat domos erectas dirui vel fratres exinde amoveri, et tamen erant vilissime et omnino quasi nichil presentibus comparate. Et statuta[3]) generalia et
25 patres nostri antiqui ista prohibent sub magnis penis, que quasi nunquam servantur; ymo qui plus offendunt in hiis, sepe plus aliis exaltantur.

Item contra hanc paupertatem altissimam est abusus et excessus effrenatus pannorum aureorum et sericorum in paramentis et aurifriza-
30 tiones excessive, curiose et care cum margaritis et aliis gemmis et excessus auri et argenti in calicibus et crucibus et turibulis et tabulis et aliis curiositatibus et ornamentis ecclesie, qui in multis locis tantus est, quod superat incomparabiliter magnas ecclesias cathedrales et monasteria ditissima et prelatos divites; in quibus ex pura vanitate sub specie
35 devotionis fatue a parvo tempore et[b]) citra est introductus excessus

---

a) *Pa.* et divitibus] dimmittimus. b) *Fehlt in Pa.*

---

1) So schon der hl. Bonaventura in seinem Leben des hl. Franz c. 7; wörtlich bei Peckham s. oben S. 60, Z. 30. 2) S. oben S. 65, Anm. 2.

3) Hiezu sowie zum Folgenden vgl. die Rubr. 3 der Constitutionen von Narbonne.

contra expressa statuta patrum nostrorum antiquorum, que omnia talia prohibuerunt. Et etiam novum statutum[1]), quod relaxat ista, in talibus exceditur et quasi in nullo servatur, quin ymo in aliquibus locis dicuntur esse calices de auro puro, ita quod unus constat 500[tis] florinis et vasa de argento ad portandum per chorum aquam benedictam et manubrium aspersorii de argento; et alia multa vanitatem et levitatem cordis et thesaurizationem ostendentia et odium altissime paupertatis. — Item contra hanc paupertatem est curiositas picturarum, celaturarum, librorum et vestium, suturarum [curiose] iocalium et cordarum[a]), que fratres habent, et superfluitas librorum curiosorum et appropriatio eorum et conservatio stricta et voluntas communicandi indigentibus a multis, qui raro legunt in eis; et modus vivendi prelatorum et maiorum nostrorum, de quibus dictum est supra; que omnia satis ostendunt paupertatem altissimam in plurimis effugatam et commendationnm et demonstrationem hic factam a beato Francisco reddunt vacuam et inanem. Nam vult regula et servaverunt primi patres nostri, quod in omnibus fugeremus mala mundi exempla et non essemus onerosi mundo et spoliatores aliorum pauperum, quibus superflua nostra debentur; et quod in omnibus facto et verbo ostenderemus mundi contemptum. Sed proh dolor in predictis excessibus videtur, quod volumus excedere universos.

[*16*] Sequitur: *Et ubicunque sunt et se* etc. finis: *spiritualem*[2]). — Circa hunc articulum nota, quod quia beatus Franciscus fratribus sic artam paupertatem et penuriosam imposuerat, nunc in hoc articulo voluit eis dare refugium ad omnia domesticitatis mutue et intime et tenerrime caritatis [*solatia*][b]), ut unusquisque frater cuilibet fratri de mundo indigenti suo adiutorio se sedulam matrem ostendat; cui caritati, quam imponit regula, nescirem, quod gradus tenerior possit addi. — Contra hunc articulum sunt scismata et divisiones et invidie et emulationes et ambitiones suis fratribus dominandi; et hec in tantum creverunt in aliquibus partibus, quod aliqui mutuo student se confundere et non nutrire. Et sic est dimminuta caritas et habundavit in multis carnalitas, quod fratres extranei pluries male tractantur et infirmi et sani. Et promotiones sive

a) *Pa.* suturarum et cordarum. b) Dies vielleicht zu ergänzen.

1) Ich verweise hierfür auf die aus der Zeit von c. 1320 stammende Redaction der Constitutionen, welche ich demnächst mittheilen werde.

2) L. c. cap. 6. 'Et ubicunque sunt et se invenerint fratres, ostendant se domesticos invicem inter se et secure manifestet unus alteri necessitatem suam; quia si mater nutrit et diligit filium suum carnalem, quanto magis debet quis diligere et nutrire fratrem suum spiritualem.'

ad studia sive ad prelationes[1]) carnaliter et non spiritualiter (203va) sepe fiunt et per astutas colligationes in capitulis et aliter per promotiones sibi invicem adherentium in via carnis fiunt, per quas promoventur sepe indigni et insufficientes, si sunt amici potentium; et digni et valentes, si reputantur emuli, repelluntur. Et sepe maligne et falsis calumpniis subiugantur et in derisiva materia nostrarum promotionum et conatibus, qui fiunt ad hoc per aliquos, magna inter nos demonstratur ambitio et extinctio humilitatis et caritatis et habituum perfectorum. Causa autem quare est tanta ambitio et sepe turbe inter fratres propter studia, maxime propter Parisiense, esse videtur, quia quasi ubique per ordinem soli magistri et lectores Parisini dominantur; et in multis provinciis, sive legant sive non, sunt exempti a divinis officiis et communibus laboribus fratrum et comedunt et bibunt in forestariis et infirmariis sicut volunt, quod deberet pauperibus compartiri. Et discurrunt per terras et per loca provincie, habentes unum fratrem servitorem et ubique recipiuntur egregie sicut domini. Et raro prelati audent eis negare, quod volunt vel eos redarguere, sed student eis communiter complacere. Et quia huiusmodi fratres ut plurimum statim post novitiatum mittuntur ad studia philosophie et postmodum in questionibus curiosis et studiis aridis occupantur et ab infantia in studiis generalibus a divinis officiis et humilitatis obsequiis eximuntur, et studium orationis et devotionis elongatur ab eis; quando postea sunt lectores et magistri non habentes fundamentum virtutum, non possunt quasi[a]) requiescere nisi aliis dominentur. Et ex hoc in multis provinciis oriuntur multe discordie et partialitates inter eos et sequela divisionis aliorum fratrum eis adherentium hinc et inde in tantum, quod in multis provinciis sunt divisiones aperte et capita partium manifesta et eorum sequele. Et quia communiter in magistris et lectoribus apparet plus de carnalitate et ambitione, et minus de humilitate et devotione et signis virtutum et quasi ab hiis oriuntur omnes nostre relaxationes, quia ipsi quasi soli regunt ordinem[2]) et sunt ministri et de corporibus capitulorum et ipsi plus honores mundi videntur appetere et velle temporalibus habundare, ideo semper ordo tendit ad yma. — Nec est mirum, si aliquibus fratribus spiritualibus displicet talis modus sciendi et ab ipsis retrahunt semetipsos; multum enim beatus Franciscus aliter sensit de modo studendi et suam voluntatem expressit

a) *Pa.* quasi] unquam.

1) Vgl, hiezu Salimbene, Chronica ed. Parm. p. 337 (vgl. auch p. 391), wo von der zumal bei der Wahl der in Paris zu Doctorierenden und der Generalminister hervortretenden Eifersucht zwischen den 'Gallici' und 'Italici' die Rede ist.

2) Vgl. oben S. 73, vgl. auch S. 57.

et ideo[a]) predixit, quod fratres per tales modos relinquerent vocationem suam, scilicet sanctam innocuam simplicitatem et dominam paupertatem. Nec ut ignorans et fatua simplicitate plenus ista ordinavit et dixit, ut multi vere fatui detrahunt sibi, sed plenus spiritu sancto ista predixit, asserens, quod erat a domino Yhesu Christo edoctus, et finem, quem predixit, nunc cum gemitu experimur. — Item defecit caritas non solum inter ambitiosos modis predictis sed ipsimet, qui adinvicem sunt divisi et in relaxationibus predictis volunt vivere, sic uniuntur contra fratres, qui vellent pro veritate regule zelare et predictis defectibus repugnare, quod nisi remedium apponatur, non possunt pacifice vivere inter eos, quia eos horrendis modis et dolosis fallaciis persequuntur et infamant eos mendaciter et vocant ordinis destructores, per quod videntur defectus suprascriptos ordinem nominare. — Insuper, quod peius est, fratres, qui vocati ad curiam obedientia papali et vinculo iuramenti artati zelum dei habentes pre oculis et puritatem regule et salutem animarum, responderunt veritatem ei, qui debet et potest nos corrigere et ordinem reformare, per litteras et per verba prelatorum nostrorum et adherentium eis diffamantur ut sacrilegi et destructores ordinis; et mine fiunt eis terribiles et mendacia eis impia imponuntur.

[Erwiderung der Communität. — **f. 27a.** Quod autem dicit, quod in ordine sunt ambitiosi; respondetur, quod tales repelluntur a promotionibus, quas ambiunt, ut ipse frater Ubertinus. Quia enim ambiebat, ut esset diffinitor, et fratres noluerunt eum in diffinitorem eligere, ideo recessit a consortio fratrum illius provincie et fecit se caput alibi ut alius Machometus.... Quod autem dicit, quod fratres vocati ad curiam per dominum papam molestantur; respondetur, quod eisdem helemosinis nutriuntur cum ceteris. Sed ipsi non sunt contenti nisi loca pulcriora, que magis aliis aliquando ex causa debentur, eis deputentur, et nisi eis lautiora cibaria ministrentur. — Dicunt etiam se gravatos, nisi permittantur abuti sua exemptione, qua dicunt se non obligatos alicui ad obedientiam. Ideo vadunt ad villam (**27b**) non petita licentia et vendunt libros sine superiorum licentia, veniunt ad curiam et morantur contra obedientiam. Contempnunt etiam in diversis partibus ordinis penitentias adimplere, recusant etiam obedire, sed de conventu ad conventum more solito transferuntur, opiniones erroneas et visiones fictas audacter modo predicant, minus ceteris operantes ceteros iudicant et condempnant; corda simplicium perturbando docent, non debere prelatis presentibus obedire, quia aliquorum de eis opinio, ut patet in eorum replicationibus[1]) XXI° articulo circa principium, est hoc, quod nullus est

a) *Pa.* ideo] omnino.

1) S. oben S. 95, Anm. 2.

professus, per consequens nec prelatus, qui dicit, usum pauperem in voti essentia non includi; et si isti prelati, qui modo sunt, deponantur et alii sustituantur, idem dicent, quia nolunt esse sub obedientie iugo. Hec autem omnia certa experientia certa docet. Si iis malis obvietur, reputabunt se gravatos. — Alia omnia, que opponit in eodem articulo, que in facto consistunt, vel sunt correcta vel non vera.]

[*17*] Sequitur: *Si quis eorum in infirmitate* etc. finit: *serviri*[1]). — Circa hoc offenditur crudeliter (**203 vb**), quia fratribus communibus et pauperibus et maxime extraneis infirmantibus pessime servitur, ita quod ministri, custodes et guardiani, qui debent habere curam, sicut dictum est supra XI. articulo, non habent diligentiam, et alii fratres per consequens longe minus. Propter quod compelluntur fratres providere sibi de depositis pecuniarum et aliis modis indebitis, de quibus dictum est supra.

[Erwiderung der Communität. — **f. 27b.** Respondetur, quod ministratur [*infirmis*] valde caritative et ut melius potest fieri secundum fratrum paupertatem, et deputantur semper speciales servitores infirmis.]

[*18*] Sequitur: *Et si qui fratres instigante* etc. finit: *expedire*[2]). — Hunc articulum exponens dominus Gregorius 9us[3]) dicit, ad manifesta tantum et publica pertinere, nichilominus vult, quod generalis minister tot instituat et constitui faciat per provincias, quot earum ministri viderint expedire, de maturioribus et discretioribus sacerdotibus, qui super reservatis audiant penitentes nisi suis ministris vel custodibus malueriut confiteri. — Hoc non bene servatur, ymo ipsis custodibus restringitur aliquando auctoritas absolvendi de servatis; et miseri fratres, qui ex infirmitate sua cadunt in aliquem casum reservatum ministro, non audent ad ipsos recurrere[4]). Ex quo sequitur, quod ruunt de peccato in pecca-

---

1) L. ci cap. 6. 'Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debeant ei servire, sicut vellent sibi serviri.'

2) L. c. cap. 7. 'Si qui fratrum instigante inimico mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad solos ministros provinciales, teneantur fratres ad illos recurrere, quam citius poterunt sine mora. Ipsi vero ministri, si presbiteri sunt, cum misericordia iniungant illis poenitentiam. Si vero presbiteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire.'

3) In dem mehrmals erwähnten Schreiben *Quo elongati a saeculo* vom 28. Sept. 1230. Sbaralea, Bullar. Francisc. I, 69.

4) Diesen Punkt berührte auch der General Gonsalvo von Valboa in den Ermahnungen, welche er, wie es scheint, bei Gelegenheit des Gen. Cap. von Assisi 1304 gleich nach seiner Erwählung ertheilte. 'Item quod non praecludant viam salutis per subtractionem confessionis necessariae, sed praeter

tum et per multa tempora remanent sepe sceleribus irretiti. Ministri etiam et custodes sic se habent indiscrete quandoque ad ipsos, qui ad eos recurrunt pro absolutione sacramentali, quod vel mutando eos de locis vel retrahendo a promotionibus, quas forte erant alias habituri, vel dubiis verbis aliquando loquendo vel alias per signa aliqua fratribus aliis notabiles eos reddunt, non sine magno animarum periculo et sigilli confessionis preiudicio. Et licet in hoc non omnes prelati sint culpabiles, quia tamen multi offenderunt aliquando in premissis et quia ad subditos tenent modos nimis austeros et dominativos et altos, maxime ad emulos et ad emulis coniunctos, ubi aliquando sunt divisiones provinciarum, tantus timor et verecundia vitiosa invasit subditos recurrendi ad ipsos, quod multi multis temporibus in suis miseris culpis iacent; maxime quia aliqui malevoli fratres prelati modos sagaces invenerunt deprehendendi iudicialiter eos, qui eis sacramentaliter confessi sunt.

[Erwiderung der Communität. — f. **27b**. Respondetur, quod confessores preter prelatos sunt deputati ad hoc, quamvis custodes et gardiani sufficere potuissent. Sigillum autem confessionis diligentissime observatur, et revelans, si inveniretur, durissime puniretur; nullum tamen adhuc novimus revelantem; ad hoc enim officium perfectius exequendum continue edocemur sacre theologie studio intendentes.]

[*19*] Sequitur postea de electione generalis ministri et capitulis generalibus et provincialibus[1]), ubi est notandum, quod licet generalis minister habeat plenitudinem potestatis in ordine, non videtur tamen expediens, quod possit ministros provinciales instituere vel destituere secundum voluntatem suam, quia sic posset se perpetuare et multa pericula sequi possent. — Item tantus excessus fit expensarum superfluarum in nostris capitulis in cibis et potibus et aliis ferculis excessivis, quod mala edificatio relinquitur ut plurimum in locis, ubi hec fiunt; et ubi fiunt statuta observande paupertatis et ab hiis, qui faciunt, primitus destruuntur. Nec dicatur, quod hoc faciant seculares, quia ipsi libenter consentirent fratribus et bene edificarentur, si aliud vellent, sed ipsi fratres eos ad ista inducunt sepe importunitatibus multis et mundanis eis honoribus allegatis. — Item fratres prelati, qui veniunt ad capitula quasi semper ducunt bursarios et plurimi vadunt equitando pompose et sic tabernas viarum, quando ad loca capituli vadunt vel redeunt, sepe replent malis exemplis, ita quod usque ad plures annos remanet memoria illis locis. Et alii fratres pauperes, qui vel nolunt vel non possunt ducere bursarios, vix

---

praelatos ordinent (die Ministri) alios confessores bonos et providos, qui possunt fratres delinquentes absque praeiudicio disciplinae absolvere etiam in casibus reservatis'. Chronologia hist.-leg. I, 39.

1) L. c. cap. 8.

possunt invenire necessaria, quia creduntur exemplo aliorum pecuniam secum ferre.

[*20.*] Sequitur: *Fratres non predicent* etc. finit: *contradictum*[1]). — Sequitur: *Quod sint examinata et casta* etc. finit: *sermonis*[2]). — Contra hoc fit multis modis: primo, quia in multis locis parum[a]) defertur prelatis in predicationibus. Licet habeamus privilegium sine eorum licentia predicandi[3]), tamen in illis privilegiis non cavetur de articulo isto regule, in quo fratribus prohibetur; et tamen non est securum contra votum facere ex privilegio, in quo de dispensatione voti mentio non habetur. — Item contra hoc fiunt sepe predicatores et confessores inscii et indiscreti et verbis incircumcisi et in vita plurimum claudicantes et sepe nugas et truffas et verba inutilia sermonibus immiscentes, ut merito eorum predicatio contempnatur, nec fit correctio debita nec solliciti sunt prelati, quod predictus articulus (204 ra) a predicantibus observetur. — Item multa ambitio est de sermonibus sollempnibus; nec attenditur sepe, quomodo melius hoc faciant et utilius animabus, sed nituntur plures singulariter appetere et se predicare non Christum. Et magna sepe[b]) oritur emulatio et invidia de predictis. Et hoc totum accidit, quia humilitas, caritas et devotio in multis exularunt, in quibus tanquam in spiritus sancti clibano decoquitur verbum dei, ut coctum et digestum ceteris ministretur.

[*21*] Sequitur: *Fratres, qui sunt ministri* etc. finit: *nostram;* et postmodum precipit subditis: *quod obediant ministris in omnibus* etc. finit: *nostre*[4]). — Contra hunc articulum offenditur, quia ministri in correc-

a) *In Pa. fehlt von* Contra *bis* Item contra hoc.

b) *Fehlt in La.*

1) L. c. cap. 9. 'Fratres non praedicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum'.

2) L. c. cap. 9. 'Moneo quoque et exhortor eosdem fratres, ut in praedicatione, quam faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et aedificationem populi, annunciando eis vitia et virtutes, poenam et gloriam cum brevitate sermonis.'

3) Nur kraft der Decretale Benedicts XI. *Inter cunctas sollicitudines* vom 17. Febr. 1304 und zwar nur in ihren eigenen Ordenskirchen und auf den öffentlichen Strassen und Plätzen. Wadding ad an. 1304, Suppl. n. 1, § 4.

4) L. c. cap. 10. 'Fratres, qui sunt ministri et servi aliorum fratrum visitent et moneant fratres suos et humiliter et caritative corrigant eos, non praecipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam et regulam nostram. — [Fratres vero, qui sunt subditi recordentur, quod propter deum abnegaverunt propria voluntates. Unde firmiter praecipio eis,] ut obediant suis ministris in omnibus, quae promiserunt domino observare et non sunt contraria animae suae et regulae nostrae.'

tionibus, quas faciunt, et alii prelati se habent sepe partialiter, corrigenda omittentes et non corrigenda[a]) ymo sepe laudanda aspere punientes, secundum quod sunt affectati male conceptibus contra aliquos et ad alios inordinato amore. Patet hoc in fratribus iniuste punitis pro materia et zelo paupertatis et observantia regule in provincia Provincie et in provinciis Tuscie, sancti Francisci, Marchie et Janue et in aliis multis locis[1]). Patet etiam hoc per contrarium in illis vilissimis hereticis, qui reperti sunt in provincia sancti Francisci[2]), circa quorum correctionem ministri et prelati alii fuerunt per multa tempora negligentes et ei, qui cum multo labore et periculo prudenter eos deprehendit et punivit, tales referunt grates, ut vos ipsi domini experimini, quia tales sibi persecutiones excitant et ipsum infamare impie non verentur. Pateret etiam clare, si fieret inquisitio, quod multi insolentes ex obsequiis, exeniis et familiaritatibus, quas habent cum maioribus, in multis excessibus cooperiuntur et substinentur et promoventur, et maxime si fortiter et partialiter adherent potentibus contra suos emulos. Sed hoc maxime contingit, quando tales fortiter impugnant et persequuntur fratres pauperculos zelantes pro regule puritate. Et sepe contingit, quod multorum deprehensio et digna punitio de criminibus impeditur, et aliorum confusio multum sollicite et astute et aliquando fallaciter et mendaciter procuratur. — Item contra predictum articulum precipiuntur sepe fratribus multa contra regule et conscientie puritatem, puta sequela predictorum defectuum, in quibus dicimus, quod a regula et a patrum nostrorum semitis deviatur, et compelluntur sepe ad illicita supradicta, ita quod in infinitis boni spiritus principia extinguuntur. Et si fortes sunt et perseverare volunt et resistere, male puniuntur ut inobedientes; cum tamen ex predicto articulo pateat, nec prelatos posse precipere contra animam et regulam nec teneri subditos obedire.

[Erwiderung der Communität. — f. 28a. Respondetur, quod de intentione nullus potest iudicare, quia hoc sibi retinuit deus. — Quod vero mali promoveantur et boni opprimantur, dicimus non esse verum, ymo quod malorum rigida fiat in ordine punitio, satis claret. — Quod autem exemplificant de punitis in provincia Provincie satis ostendit, quod ordo cum misericordia iuste punit. Quia cum essent inobedientes in preceptis per ordinem datis contra errores, ipsi contra illos errores

a) *In Pa. fehlt* et non corrigenda.

1) Vgl. oben S. 56, vgl. diese Zsch. II, 386.

2) Es ist hier offenbar die durch Ubertino ausgeführte Unterdrückung der Secte vom freien Geist gemeint, die durch einen gewissen 'frater Bentivenga' in der umbrischen Ordensprovinz Eingang gefunden hatte; vgl. Angelo in der 'historia tribulationum' in dieser Zsch. II, 131; vgl. weiter unten.

datas obedientias[a]) et excommunicationum sententias contempserunt et in erroribus defendendis suas facies firmaverunt in tantum, quod de illis unus post multas fratrum monitiones (28b), cum esset propinquus morti, dixit, quod vellet confiteri; in crastino clamans et eiulans: 'Heu dyabolus me decepit, quia dixi, quod vellem confiteri'; et sic absque aliquo sacramento est mortuus obduratus et per fratres, ut decuit, extra cimiterium est sepultus. Et tamen isti de secta hac istum predicabant sanctum et martirem gloriosum, quia passus est carceres pro libris fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] et eorum erroribus defendendis. Hec igitur et similia fuerunt cause punitionum pestifere huius secte, et non quia zelabant observantiam paupertatis. Similia attemptaverunt aliqui in Tuschia et in provincia beati Francisci sub pallio paupertatis. Ad has extirpandas fictiones ordo viriliter insudavit et multas tribulationes passus est et adhuc patitur, ut vitia et errores et ficta fantasmata extirpentur. — Quod frater Ubertinus dicit se oppressum, quia heresim extirpavit, non est ita, sed de consilio fratris Raymundi Gaufredi et fratris Bartholomei Sycardi et sociorum eorum fuit lata sententia contra eundem fratrem Ubertinum[1]), quod esset detinendus propter carnis immunditiam. Apparuit etiam contra eum de voto (?) heresis illorum, contra quos inquirebat, quorum aliquos sibi non ignotos socios suos sectarios excusabat et defendebat et dicebat sanctos viros, cum tamen longis temporibus ipsius fuisse familiares et qui per inquisitores subsequentes in dicto crimine culpabiles sunt inventi. Aliquos etiam, qui per ipsum ut fictum et simulatum detestabantur in predicta inquisitione dampnavit (?), quos modo relevavit ut innocentes dominus Cremonensis[2]). — Quod autem dicit prelatos ordinis fuisse negligentes de persecutione erroris in Valle Spoleti; respondetur, quod per processus potest ostendi diligentia prelatorum ordinis fuisse sufficiens et quod fervido[b]) zelo prosecuti sunt dictam pestem, quam cito eis innotuit.]

[*22*] Sequitur: *Et ubicunque sunt fratres, qui scirent*[3]), etc. finit: *fratrum.* — Circa hunc articulum notandum est, quod istud est immediate

a) *Hs.* in obedientias. b) *Hs.* ferenda.

1) Vgl. unten.

2) S. das Auftragsschreiben Clemens' V. an Bischof Rainerius von Cremona vom 1. April 1311 'Dilectus domini et pacificus Salomon' in Regest. Vatic. tom. 58, epist. 37 de curia, f. 280b bis 282a; ohne die Einleitung in Raynald ad an. 1311, n. 66.

3) L. c. cap. 10. 'Et ubicunque sunt fratres, qui scirent et cognoscerent, se non posse regulam spiritualiter observare ad suos ministros debeant et possint recurrere; ministri vero caritative et benigne eos recipiant et tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis et facere sicut domini servis suis; nam ita debet esse, quod ministri sint servi omnium fratrum.'

positum in regula post premissi articuli verba, in quo imposuit modum prelatis corrigendi et subditis obediendi. Dicunt autem predicti 4^{or} magistri[1]) regulam exponentes, quod regulam spiritualiter observare idem est, quod eam secundum suum rigorem servare sive secundum suam puritatem sive sine occasione ad malum. Unde 'non posse eam spiritualiter observare' potest intelligi secundum eos, aut quia non potest secundum suum rigorem servari littera regule per spiritum sanctum facta, vel quia non potest sine occasione proxima ad peccatum. Et ponuntur plura exempla, ut puta si non permittantur fratres vestimentis vilibus uti et austere vivere, sicut regula supponit et dicit; vel quia locus, in quo sunt fratres tales, habet proprietatem annexam aut curam animarum, ad quam ratione loci fratres necessario tenerentur; aut quia locus habet redditus annuos et proventus, aut ratione distractionis nimie in sepulturis pro temporalibus congregandis; vel propter questum pecunie et aliarum rerum inordinatos et prohibitos, sicut dictum est supra; vel propter periculum pestifere societatis aliquorum fratrum regule observantiam impedientium; vel propter periculum lapsus carnis datum ab aliqua femina, quod non potest commode nisi recedendo de loco vitari; vel propter moram continuam, quam sentit sibi periculosam in aliquibus curiis dominorum, in quibus, licet raro, cogantur aliquando fratres (**204rb**) per obedientiam commorari. In predictis omnibus capitulis et similibus, in quibus aliquis sentit sibi imminere periculum dicit regula, quod fratres non solum possint, sed quod debeant recurrere ad prelatos; et sicut aliqui ex nobis audierunt ab antiquis patribus, qui audiverant a beato Francisco et ab eius sociis, qui secum in conditione regule fuerant, una de principalibus causis, quare hic articulus sic fuit positus, est, quia beatus Franciscus previdit per revelationem divinam et expresse dixit, quod relaxatio transgressoria regule fieret circa articulum paupertatis et quod aliqui prelati transgressionem nutrientes fratribus vellent quoad illa tyrannice imperare illicita, quod ne fieret, voluit prohibere. Et ideo hic dicit, ministros esse servos et subditos, quia de hoc debet prelatus servire subdito, quod ipsum regulam promissam faciat observare. Et in hoc remanet subditus liber et dominus sue salutis, quia non potest sibi transgressio promisse regule per prelatum imponi, quin potius et potest et debet subditus prelato dicere: 'Tu debes michi servire et me regere ad regule promisse observantiam, non ad eius ruinam'. Et idcirco regula imponit hic prelatis magnam pietatem et familiaritatem, condescensionem circa subditos non solum in premisso casu, sed in omnibus aliis, in quibus subditi scirent et cognoscerent sibi imminere periculum. Dicit, quod

1) S. oben S. 55.

prelati cum magna caritate et consolatoriis [a]) . . . providere non solum in apertis malis sed in conscientiis scrupulosis debent multum pie subditorum infirmitatem portare. Contra hoc fit multum expresse a pluribus, quia ministri tam dominativos modos habent, quod fratres simplices pro quacunque necessitate vix ad eos audent accedere; nec se habent ad fratres sicut servi ad dominos, sed sepe sicut domini et preati magnifici ad miseros servos, in tantum quod non solum publice, sicut in predictis casibus audent subditi accedere ad eos, ut dictum est, sed in occultis lapsibus pro sacramentali absolutione vix confidunt sine vituperio ad illos posse habere recursum. Et si hodie aliquis accederet pro transgressionibus paupertatis predictis vix a periculo carceris vel a duris afflictionibus aliis tutus esset. Patet hoc maxime in punitionibus fratrum Thuscie, ubi pro zelo regule sunt puniti; patuit hoc in provincia Provincie in duobus fratribus, qui ex hoc, quod accesserunt ad ministrum pro predicto articulo viliter tractati sunt per suum ministrum scilicet fratre Pe[*tro*] Aychi [b]) et fratre Petro Raymundi de Falgueriis [c]), qui fuerunt sententiati, quod de ordine expellerentur.

[*23*] Sequitur: *Moneo vero et exhortor* etc. finit: *hic salvus erit*[1]). — Circa hanc admonitionem paternam, ubi admonet fratres, quod caveant a predictis vitiis, que a domino omnibus prohibentur, notandum est, quod inhibet nescientibus litteras curam litteras addiscendi et imponit eis attentionem et desiderium super omnia habendi spiritum domini et spirituale desiderium complendi sanctam professionem huius regule per operis inviolabilem observantiam, quod nullo modo esse poterit nisi per orationem puram et continuatam et per fortem patientiam et perseverantiam in adversis. Et quia modus studendi vanus et curiosus, de quo dictum est supra articulo 16., evacuavit in parte a fratribus multis spiritum domini id est humilitatem profundam, quia illi communiter sunt ambitiosi et superbi valde, ut supra satis patuit, et operatione exemplaria vacui et docuerunt ordinem causidicationibus intendere sub specie com-

a) *In beiden Hss. eine kleine Lücke.*

b) *Pa.* Ayssi. c) *Pa.* Falgariis.

1) L. c. cap. 10. 'Moneo autem et exhortor in domino Jesu Christo, ut caveant fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, cura et sollicitudine huius saeculi, detractione et murmuratione. Et non curent nescientes litteras litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere spiritum domini et sanctam eius operationem, orare ad dominum semper puro corde et habere humilitatem et patientiam in persecutione et infirmitate et diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt et arguunt; quia dicit dominus: 'Diligite inimicos vestros et orate pro persequentibus vos. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit.'

munis honoris ordinis, dicentes sepe, quando aliquid receperunt molestum, quod pro seipsis non turbantur, sed pro zelo honoris sui officii et status communis repugnarunt adversariis; — sub hiis inquam modis latentis superbie et iracundie sic fortiter zelant et impugnant omnes, qui eis molestias (204va) inferunt, ymo, quod peius est, sic impatienter ferunt, si non honorantur pre aliis, tanquam qui sunt per sapientiam lumen ecclesie, ut credunt, et per vitam exemplarem, quod totum fructum patientie effugarunt, et non solum non diligunt inimicos et persecutores et reprehensores, sed excandescunt modis, quibus possunt, in impugnationem fortissimam contra eos. Et non solum detrahunt persequentibus eos, sed omnes, qui eos non honorant et magnificant, reputant dei hostes et indignos omni ecclesiastica dignitate et mordent et dilacerant famam eorum, nisi quantum timor potentie ipsorum eos frenat. Propter quod concludimus, quod predictus abusus studentium, lectorum et magistrorum non solum quoad extrinsecos evacuavit admonitionem prefatam, sed etiam quoad intrinsecos fratres suos, facit eos superbos, ut velint preesse; vanagloriosos ut velint pre aliis in sermonibus et aliis locutionibus apparere; invidos, ut vix possint aliorum[a]) gratias sustinere; avaros tam de libris quam de aliis rebus; curiosos et sollicitos de hiis, que in mundo sunt; detractores et murmuratores de hiis, quos emulos suos putant. — Merito ergo spiritus sanctus per os beati Francisci interdixit curam talium litterarum in medio monitionis prefate. Non autem intendimus sanctum et ordinatum studium sacre scripture reprehendere, ymo potius defectus et abusiones huius temporis demonstrare, a quibus, si bene pensentur, procedunt ut plurimum omnia nostra mala. Et certi sumus, si oratio devota et excercitium vite virtuose precederet et comitaretur[b]) studium, quod et deus daret lumen sapientie fructuose et maior sequeretur utilitas animarum. Et hec fuit intentio beati Francisci et regule, quod fratres primo studerent quantum ad id, quod est per se et principale intentum: fundare semetipsos in vera humilitate et exercitio sancte orationis et ad suam informationem studerent in divinis scripturis et post per perfectionem propriam aliis prodesse studerent et prius in seipsis facerent quam[c]) docerent, postmodum vero illi, qui ex dono dei essent apti populis predicarent; et esset maior edificatio populi in exemplis operum et in sermone unius virtuosi, quam in multis, qui non videntur curare, quid faciant sed quid dicant. Et nunc videtur studium huius temporis ex abusu potius ad componendum verba apparentia quam ad perficiendum seipsos per virtutis opera ordinari; propter quod verbum dei populis vertitur in contemptum.

---

a) *So Pa.* b) *So Pa. La.* communicaret.
c) *Pa.* quam] quod.

[24] Sequitur: *Si qui fratrum* etc. finit: *ad mittendum*[1]). — Circa istum articulum nota, quod sapienter spiritus sanctus providit tam ex parte euntium subditorum quam ex parte mittentium prelatorum. — Contra hoc fit primo[a]), quia quandoque fratres graves et honorosos ad portandum ex defectu morum et non ydoneos ad fructum animarum et aliquando forte non integre vite mittunt ad partes infidelium, ut exonerent se de eis. Illi etiam, qui ibi sunt, modicum exemplum prebent pluries tam fidelibus quam infidelibus congregando pecunias et inter se litigando et prelationes super alios ambiendo et maxime illi, qui sunt Ytalici, qui fere ubique in terris illis volunt principatum super alios obtinere. — Secundo, quia viros ydoneos et aptos ad omne bonum tam ex dono nature quam ex dono gratie, si in fervore spiritus licentiam predictam petant, retrahunt et non concedunt eis, nisi aliquando tales essent contra affectionem ipsorum, ut longe sint, ne per eorum valorem pars adversaria prosperetur.

25. Sequitur: *Ad hec per obedientiam iniungo ministris* etc. finit: *observemus*[2]). — Circa hunc articulum notandum, quod plenam conservationem ordinis in perfecta observantia perfectionis evangelice et nostre regule et maxime quoad paupertatem et humilitatem et correctionem notabilium defectuum, si qui fierent in contrarium, ad conservandam quoque perfectam subiectionem et obedientiam ad ecclesiam romanam et ad fidei catholice firmam et stabilem certitudinem in ordine manutenendam Sanctus iste precepit peti in protectorem unum de sancte romane ecclesie cardinalibus[3]), maxime cum soli romano pontifici per generalem ministrum vice sui et omnium fratrum de ordine et nulli alteri episcopo vel prelato infra summum pontificem (**204vb**) obedientia vel subiectio promittatur.

---

a) *Fehlt in La.*

---

1) L. c. cap. 12. 'Quicunque fratrum divina inspiratione voluerint ire inter Saracenos et alios infideles, petant inde licentiam a suis ministris provincialibus. Ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint idoneos ad mittendum.'

2) L c. cap. 12. 'Ad haec per obedientiam iniungo ministris, ut petant ad domino papa unum de sanctae romanae ecclesiae cardinalibus, qui sit gubernator, protector et corrector istius fraternitatis, ut semper subditi et subiecti pedibus eiusdem sanctae ecclesiae, stabiles in fide catholica, paupertatem et humilitatem et sanctum evangelium domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus.'

3) Vgl. hiezu den interessanten Brief des fr. Philipp von Perugia in Wadding ad an. 1217, n. 6, handschriftlich in der Laurenziana S. Croce Plut. 27 sin. cod. 9, Bl. 201a.

Ex quo videtur, quod ex ipsa regula persone fratrum ab omnis alterius prelati obedientia sint exempte. Ne autem hec exemptio faceret fratres contra episcopos superbos et sub titulo spiritualis utilitatis ipsi se ingererent curis animarum et spiritualibus officiis, que de iure sunt episcoporum et curatorum, ad nutriendam concordiam ordinis ad prelatos, precipit regula, ut dictum est supra, quod fratres non predicent in episcopatu alicuius etc. Et idem debet intelligi de aliis, que ad curam populi pertinere noscuntur. Declaratio etiam domini pape[1]) dicit, quod hoc debet ad litteram observari de predicatione, nisi a domino papa pro salute populi aliud sit concessum. Sed quia dominus noster summus pontifex cura universali occupatur, rationabile fuit, quod tanto ordini unum de latere suo regula peteret ad predicta servanda. — Protector igitur talis zelare debet pro paupertate in ordine perfecte servanda et pro correctione excessuum contrariorum et pro humilitate, quam fratres ex statu habere debent et pro perfecta observantia perfectionis evangelice in regula incluse et pro fide catholica ac pro correctione perfecta omnium errorum et pro extirpatione errantium, si contingeret aliquem vel aliquos errantes in fide in ordine reperiri. Ergo summe advertendum est, quod protector ordinis sit talis, qui communem pacem nutriat in ordine et qui pro predictis sincerum zelum habeat. Si enim contrarium in eo foret, maximum periculum ordinis et ecclesie potest esse; aut si non haberet circa predictorum plenam observantiam purum et sincerum studium et affectum. Unde si contra paupertatem regule et contra veritatem perfectionis evangelice aliquid nimis laxum sentiret, in ruinam et laxationem toti ordini foret ac scandalum et in nutrimentum omnium predictarum laxationum et impuritatum. Si etiam quoscunque circa fidem errantes in ordine non curaret totis viribus cum summo zelo extirpare, aut si sub quacunque dissimulatione et negligentia vel conniventia super hoc pertransiret, non esset aliud nisi occasionem erroribus prebere et infectionem heresum in ordine nutrire. — Et ideo sanctissimo patri summo pontifici, qui habet de protectore isti ordini providere super hoc summopere est advertendum, ut talem instituat, qualis est necessarius ad predicta, sicut et de ordine tanto in puritate sua servando tanquam de excellenti membro ecclesie Christi sibi debet esse singularis cura, cum pater fratrum minorum sit ex ipsorum regula specialis, licet sit etiam omnium fidelium generalis. Et videtur satis conveniens, quod cardinalis, qui non fuisset de statu isto[2]) et non haberet affectum forsitan ad partialitates, quas in ipso ordine habuisset, poneretur ad correctionem huiusmodi faciendam, ne affectum suum partialem et non communitatem ordinis conservaret.

1) Nicolaus III in der Decretale *Exiit qui seminat*.

2) Vgl. unten die Erwiderung und diese Zsch. II. 379, Anm. 3.

Utilius etiam esset ordini ab alio protegi, quia ille, qui de nobis fuit, ex hoc ipso toto posse [a]) ordini tenetur. Insuper etiam utilius est ecclesie romane [b]) et intentioni regule consonum, ne ex carnali dilectione status possit latere ecclesiam romanam, si quid fuerit in ordine corrigendum, quod forsitan, qui de isto statu foret, satageret occultare. Et si ipse cum aliis relaxatus vixisset in ordine et minus bene sensisset de perfectione evangelii in regula contenta, non curaret ymo nollet de hoc correctionem fieri, sicut principio regula intendebat.

[Erwiderung der Communität. — **f. 29b.** Pro parte ordinis respondetur, quod reverendus pater et dominus Johannes divina providentia episcopus Portuensis, contra quem hic homo, non dico latenter invehit, set patenter; qui inquam dominus Portuensis est toti orbi note sanctitatis, debet respondere obicienti: 'Ego demonium non habeo, et vos frater Ubertine inhonorastis me'. Sed et nos, qui sumus in curia pro ordinis defensione, dicimus, ipsum dominum sacre theologie doctorem excellentem de perfectione evangelii sentire catholice, et scimus ipsum ad extirpandum errores, quos frater Ubertinus defendit, viriliter laborasse et etiam (?) ad dissipandam sectam pestiferam illorum, quorum frater Ubertinus est dux et caput; qui illas hereses defendunt, quod scilicet potest sine assertione dici, Christum viventem fuisse lanceatum, et divinam essentiam esse genitam et generantem, et usum pauperem esse de essentia voti cuiuslibet [c]) (?) profitentis paupertatem. Per quod dictum (**30a**) eorum sequitur, quod ecclesia romana tota est heretica et ipsi soli catholici, quia ecclesia dispensat in usu rerum et tamen in essentialibus voti predicat ecclesia non dispensandum; et tota ecclesia credit, plures esse beatos et veneratur ut sanctos, qui fuerunt de ordinibus ad prelationes assumpti et usum pauperem in prelatione non servaverunt, quia eis incumbebat ex cura commissa res ecclesiasticas dispensare. Tenuit autem predicta secta plurimos errores alios et defendit, contra quos, ut predictum est, predictus dominus Portuensis et in generalis ministerii existens officio et ex tunc laboravit. . . .]

Sequuntur articuli ex declaratione regule accepti, in quibus offenditur.

1. *Hii sunt illius sancte regule professores, que evangelico fundatur eloquio, vite Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis ecclesie apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur* etc. finit: *trinitatis*[1]).

---

a) *Fehlt in La.* b) *Fehlt in La.* c) *Hs.* licet.

---

1) In der Decretale Nicolaus' III. *Exiit qui seminat*, in Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 405a: 'Hi sunt illius sanctae regulae professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis

Quantum ad istum articulum sciendum, quod quidam temere contra articulum disseminant falso[1]), fratres minores non profiteri nec ex voto sue regule et professionis perfecte promittere illam perfectam vitam et regulam evangelicam, quam Christus servavit et apostolis suis secundum tenorem sancti evangelii servandam imposuit sub precepto; cuius contrarium articulus ipse continet de directo exprimens, quod hec vita et regula, quam promittimus observare, evangelico fundatur eloquio et exemplo vite Christi et apostolorum ac suis sermonibus et actibus roboratur, et quod Christus eam tradidit apostolis suis verbatim et exemplariter, quam etiam postmodum spiritus sanctus beato Francisco inspiravit.

2. Sequitur: *Unde nos ad fratrum* (**205ra**) *eiusdem ordinis conscientias plenarie serenandas declaramus, quod ex professione regule eiusdem fratres ipsi ad ea tantum evangelica servanda consilia sunt adstricti, que in ipsa regula preceptorie vel inhibitorie seu sub verbis equipollentibus exprimuntur*[2]). — Quantum ad istum articulum nota[3]), quod non solum tenemur ex professione regule, ut quidam fatui dicunt, ad obedientiam et castitatem et sine proprio vivere, sed etiam ad omnia consilia evangelica, que in regula preceptorie vel inhibitorie seu sub verbis equipollentibus exprimuntur.

3. Sequitur: *Ad omnia autem, que in ipsa regula continentur tam precepta quam consilia quam cetera ex voto professionis huius non aliter tenentur, quam eo modo, quo in ipsa regula traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum observantiam, que in eadem regula ipsis sub verbis obligatoriis indicuntur*[4]). — Quantum ad istum articulum nota, quod ex voto nostre professionis tenemur ad eorum observantiam, que in regula sub verbis obligatoriis indicuntur. Si autem verba sub simplici futuro modi imperativi posita, puta dicendo: *et habeant* unam tunicam cum caputio, vel: vestimentis vilibus *induantur*, vel: *faciant* divinum officium secundum etc., vel: *ieiunent* a festo omnium sanctorum, et similia non sunt verba obligatoria, tota regula dissipatur et quasi annullatur, quia fere tota est tradita sub talibus verbis, sicut et alie regule sanctorum patrum.

---

ecclesiae apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Haec est apud Deum et Patrem munda et immaculata religio, quae descendens a Patre luminum per eius Filium exemplariter et verbaliter apostolis tradita, demum per Spiritum Sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata totius in se quasi continet testimonium trinitatis'.

1) Vgl. oben S. 94 s.

2) Sbaralea, l. c. p. 407 a. 3) Vgl. oben S. 93 s.

4) Sbaralea, l. c. p. 407 a.

4. Sequitur: *Verum condecens fuit ei professioni, que sponte devovit, Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium et rerum sibi concessarum necessario usu fore contentam*[1]). — Quantum ad istum articulum dicunt quidam erronee[2]), quod nullus abusus rerum utibilium nec aliqua relaxatio quantumcunque effrenata in usu rerum est contra substantiam nostre professionis, cum e contrario dicat articulus, quod nostra professio omnium abdicat dominium et rerum sibi concessarum usu necessario est contenta. Pro quibus ponit frater Bonaventura, a quo illa verba accepta sunt, sic apologie sue cap. XI.[3]): *Verum ei professioni, que sponte devovit, Christum in extrema paupertate sectari, condecens fuit, universaliter rerum abdicare dominium artoque rerum alienarum sibi concessarum usu esse contentam.*

5. Sequitur: *Quin ymo necessariarum rerum usum tam ad vite sustentationem quam ad officiorum sui status executionem, excepta quod de pecunia infra subiungitur, moderatus usus per eorum regulam et veritatem omnimodam concessus est fratribus*[4]). — Quantum ad istum articulum disseminant quidam falso et erronee[5]), quod quantumcunque immoderatus usus rerum necessariarum tam ad vite substentationem quam ad officia nostri status executionem secundum regulam nostram non est fratribus prohibitus; cum e contra dicat articulus, quod solus moderatus usus rerum illarum fratribus est concessus.

6. Consequenter concludit sic: *Ex quibus omnibus satis claret ex regula, ad victum, vestitum, divinum cultum et sapientiale studium necessariarum rerum usum fratribus esse concessum*[6]). — Quantum ad istum articulum pari modo dicunt quidam falso, quod usus quantumcunque laxus rerum ad victum, vestitum, divinum cultum et sapientiale studium spectantium ex regula non est nobis prohibitus, cum e contra articulus contineat, quod rerum illarum, ut ex regula patet, solus usus necessarius fratribus est concessus et illum solum probare ex regula fore concessum fratribus, habet pro magno dominus papa in ipsa decretali.

6. Sequitur: *Omnium utensilium et librorum ac eorum mobilium presentium et futurorum, que et quorum usum scilicet ordini vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem et dominium in nos et romanam ecclesiam apostolica auctoritate recipimus, et ad nos et ad ipsam ecclesiam plene et libere pertinere hac presenti constitutione in perpetuum valitura sancimus*[7]). — Quantum ad istum articulum notandum, quod dominus papa non retinet sibi dominium nisi illarum, quarum usum fratribus licet

---

1) Sbaralea, l. c. p. 408a. 2) Vgl. oben S. 64, Z. 30.
3) S. Bonaventurae, Opera omnia, ed. Romana 1588, t. 7, p. 460.
4) L. c. p. 408a. 5) Vgl. oben S. 56.
6) L. c. p. 408b. 7) L. c. p. 409a.

habere. Cum autem, [*ut*] ex predictis articulis et ex sequentibus patet, usus superfluus rerum etiam nobis concessarum vel immoderatus sit nobis illicitus, nec possimus recipere quascunque res ad ullam superfluitatem, divitias seu copiam, que deroget paupertati vel thesaurizationem [*sapiat*] vel eo animo, ut ea distrahant fratres sive vendant nec sub colore providentie in futurum; si talibus per oppositum fratres contingat uti[1]) aut etiam rebus, quarum usum fratribus non licet habere, dominium illarum non transfertur ad dominum papam, ac per consequens talia sunt sine aliquo domino, vel fratres sunt proprietarii utendo illa vel turpiter abusores.

7. Sequitur: *Insuper nec utensilia nec alia, quorum usum* (205rb) *ad necessitatem et officiorum sui status executionem — non enim omnium rerum usum habere debent ad ullam superfluitatem, divitias seu copiam, que deroget paupertati vel thesaurizationem* [*sapiat*] *vel eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipiant nec sub colore providentie in futurum nec alia occasione; quin ymo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio et in usu necessitas; hoc autem secundum exigentiam personarum et locorum ministri et custodes simul et separatim in suis administrationibus et custodiis cum discretione disponant; cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio et nonnulle alie circumstantie plus minusve ac aliter providere requirant, ista tamen sic faciant, ut semper in eis et eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta*[2]). — Quantum ad istum articulum contrarium docent erronee illi, qui dicunt, quod preter pecuniam usus quarumcunque rerum fratribus est licitus. Item superfluitas et copia derogans paupertati, que in multis rebus est patens, utensilium et aliorum, quorum usum fratres habere possunt ad necessitatem et officiorum sui status executionem videtur esse directe contra articulum ipsum. Et ideo arguenda et amovenda[a]) penitus superfluitas tunicarum, librorum, paramentorum et omnium similium; item thesaurizatio pretiosissimorum paramentorum et pannorum aureorum et calices excessivi ponderis et pretii et similia; item receptio equorum in funeralibus et armorum et aliorum, que ut vendantur, recipiuntur; item proventus perpetui, qui recipiuntur sub colore providentie in futurum seu redditus et assignationes perpetue et granaria et cellaria, in quibus servantur bladus et vinum pro futuro distanti. Omnia enim predicta sunt contra expressum tenorem articuli ipsius. Item in disponendo de usu rerum necessariarum secundum loca et tempora et qualitates per-

a) *Beide Hss.* admonenda.

1) Vgl. oben S. 83. 2) Sbaralea l. c. p. 409 b.

sonarum ministri et custodes aliquando transcendunt limites paupertatis tam in seipsis quam in aliis, ita quod in eis et eorum actibus non reluceat sancta paupertas, prout ipsis ex eorum regula est indicta. Item omnis etiam superfluitas vel immoderantia quecunque in usu rerum est contra articulum ipsum directe.

9. Sequitur: *Ceterum cum in eadem regula sit sub precepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo, illudque fratres in perpetuum servare cupiant et illud iniunctum necesse habeant adimplere*[1]) etc. — Quantum ad istum articulum, in quo usus pecunie interdictus ex regula ostenditur, et modus circa pecuniarias elemosinas servandus prefigitur prolixe, erratur pluries, quia fratres, ut supra in XI. articulo est dictum, multum laxe et impure ac periculose se habent quantum ad usum pecunie; modum etiam hic expressum pluries et plurimi non servant, quantum ad omnia, que in eo continentur, nec servare curant, sicut ex regula obligantur.

10. Sequitur, ubi agitur de hiis, que fratribus legantur, sic dicit: *Declaramus, [ordinamus] et dicimus, quod si testator modum, secundum quem fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret, exprimat in legando, ut si legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum et similia verba in similibus proferret aut modos similes in loquendo servaret, a tali legato et eius receptione per omnem modum fratres abstineant*[2]). — Quantum ad istum articulum cavendum est, ne fratres talia legata recipiant; et si alicubi fit contrarium vel factum est, extirpetur. Item redditus annui legati fratribus vel res eis assignate, ex quibus tales proventus eis solvantur, contra istum articulum fore videntur, qui in aliquibus locis habentur. Secundum enim tenorem articuli conditione fratrum inspecta talia legata recipere fratribus non licet, in quibus ex possessionibus certi eis redditus provenirent. Et tamen hec corruptio nimium actenus invaluit, licet in parte sit extirpata per ministri generalis studium, non tamen totaliter et perfecte.

Ex predictis omnibus patet, quomodo usus pauper et artus seu moderatus includitur intra substantiam regule nostre et intra votum seu professionem ipsius[a]). Quod etiam sic explicamus[3]): usum pauperem, artum vel moderatum sic intelligimus includi in voto nostre regule et

---

a) *Hier endet La.; es folgt die früher (s. diese Zsch. II, 356) mitgetheilte Notiz über die verschiedenen Streitschriften: 'Producti sunt quoque etc.' Das Folgende entnehme ich Pa.*

---

1) Sbaralea l. c. p. 409 b. 2) L. c. p. 412 a.

3) Die ganze folgende Erörterung ist einer der unten genauer zu besprechenden Quaestionen Olivis entnommen. Vgl. auch diese Zsch. II, 400 f.

evangelice paupertatis, quod quendam rerum usum simpliciter reicit et interdicit, quendam simpliciter exigit, quendam sub rationabili circumstantiarum moderantia restringit. Reicit enim simpliciter usum pecunie, possessionum ac censuum sive reddituum. Exigit vero simpliciter in quocunque utibili extraneitatis aspectum et affectum, ut scilicet re, qua utitur frater minor, utatur ut simpliciter non sua. Sic enim omne ius et omnis iurisdictio temporalium est nobis ex regula interdicta, sic usurpatio sive de facto vindicatio omnis iuris. In hiis vero, que ad victum ac vestitum, divinum cultum et sapientiale studium spectant sub rationabili circumstantiarum moderantia usum artat et restringit, et hoc tam respectu presentis temporis quam futuri, quia personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, officiorum status nostri executio et nonnulle alie circumstantie plus minus ac[a]) aliter providere requirunt. Hanc autem moderantiam, que nichil aliud est, quam virtutis paupertatis medium non secundum rem sed secundum rationis adequationem sumptum, non intelligimus sic precise includi in voto nostre regule et paupertatis evangelice, quod omnis excessus et immoderantia sit mortale peccatum ac voti substantiam interimens, sed solum quando est talis et tanta, quod merito censeri debet enormiter ledere statum evangelice paupertatis; alie autem immoderantie tanquam peccata venialia ad transgressionem voti non aliter reducuntur quam peccata venialia ad transgressionem preceptorum seu prohibitionum sui generis reducantur. Premissa autem omnia tradidimus esse expressam sententiam beati Francisci in regula sua et domini Nicholai pape in sua declaratione, ut supra patuit, et fratris Bonaventure[1]) in sua apologia, fratris quoque Alexandri et fratris Johannis de Peccamo in libro de perfectione evangelica et fratris G[*uillelmi*] de Maro, qui fuerunt solempniores doctores et magistri nostri ordinis et fratris Hugonis de Dignone viri preclari in libro de finibus paupertatis. Et sic credimus sensisse beatum Franciscum et omnes antiquos patres nostri ordinis et capitula generalia usque ad tempora ista; sic etiam credimus sensisse Christum et eius apostolos, et credimus, quod ex verbis evangelicis et quam plurium sanctorum loquentium de paupertate Christi et apostolorum eius evidenter hoc patere possit[2]), que omnia sunt in promptu. Abhominabile autem falsum, blasfemum et erroneum reputamus dicere, quod nulla laxatio vel immoderantia in usu rerum, quantumcunque enormis et effrenata, sit contra substantiam voti nostre regule et evangelice perfectionis seu paupertatis. De hiis autem parati sumus, quando oportuerit pleniorem reddere rationem et dissolvere omnia frivola argumenta, que in contrarium adducuntur.

a) *Hs.* nec.

1) S. diese Citate oben S. 55 bis 66, 94. 2) So weit Olivi.

[Erwiderung der Communität. — f. 31a. Ad id autem, quod dicit, quod dicta per eum in articulis sunt dicta secundum intentionem beati Francisci et Bonaventure et quorundam aliorum; respondetur, quod intentio beati Francisci est illa, quam ordo sequitur in regule observantia secundum declarationes. Nam dominus Gregorius IX. in sua declaratione[1]) dicit, se assistisse beato Francisco in condendo regulam et eius intentionem habuisse et secundum suam intentionem regulam declarasse. Non ergo arroget quisquam melius scivisse intentionem beati Francisci quam romani pontifices, qui regulam secundum sancti intentionem se referunt declarasse. Dicta illorum magistrorum bene intellecta non dissonant a dictis declarationis domini Nicholai[2]), cui innitimur, etiam si discordarent. — Ad illud, quod dicit, quod usus pauper est de substantia voti nostri; respondetur, ut supra dictum est XXV° articulo, quod hec opinio heresim includit. Preterea in voto fratum minorum non continetur aliquid de paupertate nisi vivere sine proprio; nisi dicatur, quod per hoc, quod dicit regulam, intelligatur usus pauper, qui in regula est expressus. Utrumque autem istorum concedimus, scilicet et vivere sine proprio et servare usus pauperes eo modo, quo in regula sunt expressi. Aliud igitur non habetur ex voto de usu paupere preter dicta. — Insuper ad nichil tenentur fratres ex voto, nisi ad ea, que in regula obligatorie exprimuntur, ut dicit declaratio[3]) §. *Unde nos.* Quicquid igitur significet usus pauper, non tenentur fratres ad eius observantiam sub hiis verbis. Tenentur autem fratres ad usus pauperes, qui in regula exprimuntur eo modo, quo ibi exprimuntur. Unde etsi aliquo modo tene[*re*]ntur fratres (31 b) ad significatum usus pauperis propter verba alia posita in voto, quod tamen non est verum, adhuc nolunt votum factum sub aliis verbis claris ponere in hiis verbis obscuris, quia verba dubia et obscura reddunt conscientias perplexas et suscitant litigia inter varie exponentes. Acceptamus[a]) dicta verba, sub quibus vovimus et non ista.

Epilog. — Concludendo igitur dicimus, quod regule intellectum, quam dat ei romana ecclesia, dicimus esse verum, et secundum illum sensum observamus et proponimus dei assistente gratia observare; et si contra hoc aliquid factum esse doceatur, parati sunt prelati ordinis corrigere et ad statum debitum revocare. Insuper proponimus, quod isti, qui ab ordinis obedientia sunt exempti, sunt heresum defensores, quos ordo compescuit, quamdiu fuerunt in ordinis potestate, et quod dum

a) *Hs.* Exceptamus.

1) Sbaralea, Bullar. Francisc. I, 68.

2) Die Constitution *Exiit qui seminat*, Sbaralea, Bullar Francisc. III, 405 s.

3) Sbaralea, l. c. p. 407 a.

ipsi sub pallio sanctitatis vel paupertatis se ad curiam contulerunt, ordo clamavit contra hos errores et clamare non cessat. Attendimus enim periculum subversionis fidei, si liceat scripturam etiam sine assertione in dubium revocare. Sicut enim in dubium posset quis convertere dicta de vulnere laterali, sic et de incarnatione verbi, nativitate, passione et resurrectione posset etiam vertere in dubium; et sic omnia fundamenta fidei vacillarent. Sicut etiam per varias et sophisticas extorsiones posset quis canones erronee interpretari circa divine essentie ingenerationem, sic et circa personarum emanationem. Isti autem communicare[a]) generationem essentie divine predicant ac defendunt. Sicut etiam circa sacramentum matrimonii erronee docent, sic et circa alia posset quilibet erronee opinari.

Propter quod, ne concussiantur fidei fundamenta per sanctissimum et clementissimum dominum nostrum papam hiis erroribus, ne succrescant, celeriter obviandum. Nunc autem examinato ordinis statu, patet, quod non clamavimus contra hos errores, ut ora accusantium claudere-mus, sed ob hoc, quia novimus certa experientia, quod isti, qui propter defensionem dictorum errorum et plurium aliorum fuerunt puniti, nitebantur libros continentes dictos et plures alios errores defendere, ut libris excusatis et relevatis errores etiam excusare possent et docere; quia si vindictam obtinerent de catholicis punitoribus, tunc relevarentur[b]) ipsi erronei et errores. Idcirco, ne fides hanc iniuriam pateretur, quamvis cum magnis tribulationibus et angustiis clamavimus et clamamus et clamare non cessabimus, donec sanctissimo patri nostro summo pontifici rupto erroneorum ficto pallio paupertatis clare pateat, quod ad Christi, cuius est vicarius, honorem fidei defendimus veritatem et quod vere cum beato Francisco non ficte zelamus regule observantiam, quam vovemus, amen.]

Premissa omnia, sicut in conscientiis nostris iacet, tanquam vera respondendo tradidimus, per obedientiam sanctam requisiti a domino nostro scilicet pontifice romano et a dominis[c]) artati sub vinculo prestiti iuramenti. Et quia desideramus esse veri et legitimi filii beati Francisci et (**36b**) nos ipsos et omnes de ordine reformari ad perfectionis evangelice plenam observantiam, quam in regula promisimus; idcirco humiliter et instanter petimus a sanctitate apostolica perfectam observantiam nostre regule et evangelii Christi, prout in regula continetur, et secundum intentionem beati patris nostri Francisci, quam verbis et factis expressit, et planam exclusionem omnium defectuum predictorum.

Benedictum sit nomen domini Jhesu nostri in omni tempore seculi, amen.

---

a) *So die Hs.; ob nicht* convenire? b) *He.* revelarentur.

c) *Ob* cardinalibus *oder* auditoribus *oder beiden?*

c) **Die Erwiderung Raymunds und Bonagrazias auf die von Gaufredi eingereichte Beantwortung der vier Fragepunkte (c. Juni 1311).**

Wie ich oben erwähnte, begann der Austausch der Streitschriften mit der Beantwortung der vier von der päpstlichen Commission vorgelegten Fragepunkte von Seiten Gaufredis und seiner Gefährten. Nach Wadding[1]) wäre das erste Schriftstück von Seite der Communität die Erwiderung gewesen, welche Gonsalvo mit 14 Provincialministern dem 'rotulus' Ubertinos ertheilte (Viri religiosi). Dies ist ein Irrthum, denn nun wissen wir aus Raymunds Actensammlung[2]), dass diese Schrift in die Zeit des Concils gehört. Die erste Meinungsäusserung der Communität erfolgte vielmehr durch ein Actenstück, welches der Ordensgeneral mit vier andern Magistri der Antwort Gaufredis entgegensetzte. Ich kenne von demselben bisher nur die uns von Raymund[3]) verzeichneten Anfangs- und Schlussworte. Eine zweite Erwiderung gegen Gaufredis Antwort überreichten Raymund und Bonagrazia[4]) und diese Schrift kann ich vorlegen.

Das Datum besagter Entgegnung ergibt sich aus ihr selbst. Denn erstens heisst es in derselben[5]), die von den Spiritualen ertheilte Antwort sei schon vor fast zwei Jahren abgefasst worden; nun kann aber dies frühestens Ende 1309 geschehen sein, da ihre Berufung oder wenigstens ihre Ankunft an der Curie vor Ende September dieses Jahres nicht erfolgt sein kann[6]).

---

1) S. diese Zsch. II, 356. 2) S. oben S. 22, cap. 25.

3) Oben S. 19, c. 4.

4) Dieselbe wird von Raymund in seiner Actensammlung erwähnt; s. oben S. 21, c. 15.

5) S. hier unten S. 146, Z. 3.

6) Über das Datum der Berufung habe ich schon oben (s. diese Zsch. II, 359 s.) gesprochen. Seitdem konnte ich zur genaueren Beantwortung dieser Frage die Regesten Clemens' V. einer flüchtigen Durchsicht unterziehen. Ich komme daher noch einmal auf diesen Gegenstand zurück. — Schon aus dem früher Gesagten (Responsiones fratrum vocatorum per dominum papam apud Malausanam) ist klar, dass die Spiritualen entweder von Malaucène aus oder nach Malaucène berufen wurden. Ich bemerke nun, 1) dass die Verhandlungen nicht erst mit dieser Berufung begannen, sondern dieselbe erfolgte, als jene bereits geraume Zeit im Gange waren. Dies beweisen zwei Stellen der beiden letzten hier mitgetheilten Actenstücke. In denselben heisst es von

Hiernach würde die Abfassung der Entgegnung etwa auf den Sommer 1311 anzusetzen sein. — Ferner erwähnt Bonagrazia

der Beantwortung der vier Fragepunkte 'facta iam fere est biennium' (vgl. hier unten S. 146, Z. 3), ferner ist die Rede von der 'diutina mora iam duorum annorum et plus' der Verhandlungen (s. unten S. 193, Z. 9). Es muss also zwischen beiden Vorgängen ein Zwischenraum von ca. einem halben Jahr gelegen haben. — 2) Fragen wir nun: wann erfolgte die Berufung? oder nach dem oben Gesagten: wann war Clemens in Malaucène? Derselbe war sicher am 9. März 1309 von Poitiers her auf einem längeren Umweg in Avignon eingetroffen (Regest. Vatic. n. 56, f. 30b). Von hier begab er sich zwischen dem 11. u. 19. September 1309 in die bei Malaucène gelegene Priorei von Groseau (Regest. l. c. ff. 191b, 265b); zwischen dem 24. November und dem 1. December kehrte er wieder nach Avignon zurück (Regest. l. c. n. 57, ff. 1a, 3a). Im folgenden Jahre 1310 war Clemens bereits am 5. Juli in Carpentras auf seinem Wege nach Malaucène (Regest. l. c. ff. 115a, 180a, 106a), aber auch schon am 13. November wieder in Avignon (Regest. l. c. f. 204b). — Hiernach ist klar, dass die Berufung zwischen September und November 1309 erfolgt sein muss. Dies bestätigt Raymund in seinem Entwurf der Actensammlung. Nach ihm erfolgte die Berufung der Spiritualenführer auf Antrag der Procuratoren der Stadt Narbonne. Das Auftragsschreiben derselben ist vom 18. August 1309 datiert (S. oben S. 18, c. 1). — 3) Ohne Zweifel wurden den Berufenen die vier Fragen alsbald vorgelegt und von ihnen binnen Kurzem beantwortet, so dass wir die Beantwortung annähernd auf November oder December 1309 ansetzen können. Der oben mitgetheilte Ausdruck (fere est biennium) weist uns also auf c. September 1311 und um diese Zeit konnte man bereits von einer mehr als zweijährigen Dauer der Verhandlungen sprechen. Es müssen also die Verhandlungen schon im Sommer 1309 begonnen haben. — Hiefür sprechen ausserdem noch folgende Gründe: a) Bonagrazia verweist auf eine von der Communität in einem öffentlichen Consistorium am 12. April 1309 eingereichten Anklage. b) Von Verhandlungen vor der Berufung der Spiritualen sprechen die historia tribul. (s. diese Zsch. II, 133), Ubertino von Casale (s. unten S. 194, Z. 15) und die Exemptionsbulle vom 14. April 1310 (bei Wadding ad an. 1310, n. 3). — Diesen chronologischen Angaben scheint eine Stelle der Actensammlung Raymunds entgegenzustehen. An derselben heisst es von der früher mitgetheilten Erwiderung Ubertinos auf den Protest der Communität: 'et hanc obiectionem obtulerunt in concilio Viennensi' (s. oben S. 21, c. 20). Müssten diese Worte den Sinn haben, die Erwiderung sei erst auf dem Concil abgefasst worden, so wäre auch die hier unten an letzter Stelle abgedruckte Schrift, welcher wir oben jene zwei wichtigen chronologischen Angaben entnahmen, in die Zeit des Concils hinabzurücken, da jene Erwiderung in ihr citiert wird. Doch scheinen mir die Worte Raymunds zunächst nur zu besagen, die Erwiderung sei erst während des Concils (also

die Proteste gegen die Exemption[1]) sowohl den vor der Cardinalscommission als den bald darauf vor dem Papste wiederholten. Dieser letztere fand statt im Consistorium vom 1. März 1311. Andererseits findet weder die zweite Wiederholung des Protestes vom 3. Juli, noch auch die auf diese Proteste hin, wahrscheinlich im Juni 1311, von Ubertino verfasste Vertheidigung Olivis irgend welche Erwähnung. — Wir können also diese Entgegnung Bonagrazias annähernd auf den Juni 1311 ansetzen.

Zum Gegenstand seiner Erwiderung wählte sich Bonagrazia aus den verschiedenen[2]) von den Spiritualen eingereichten Antworten, allem Anscheine nach mit gutem Bedacht, die schwächste aus, nämlich diejenige, welche Raymund Gaufredi in seinem und seiner Gefährten Namen abgegeben hatte. Nach der Fassung, in welcher diese Antwort Raymunds von Bonagrazia eingangs seiner Entgegnung mitgetheilt wird, besonders nach dem Titel, sollte man glauben, dieselbe werde hier in ihrem ursprünglichen Wortlaut mitgetheilt. Doch gegen diese Annahme erhebt Ubertino in seiner unten folgenden Replik energischen Protest und spricht von Fälschungen und von böswillig verstümmelter Mittheilung ihrer Antworten.

Die hierauf folgende Widerlegung der in Bezug auf Lockerung der Ordensdisciplin vorgebrachten Anklagen ist von hohem Interesse für die Beurtheilung des von der Communität in diesen Fragen vertretenen Standpunktes. In vielen wesentlichen Punkten verschanzt sich dieselbe hinter die Legalität ihrer gemilderten Armuthsobservanz. Doch dabei blieb die Hauptanklage: der Abfall vom ursprünglichen Tugendideal des hl. Stifters unwiderlegt. Andern Vorwürfen gegenüber werden

nach dem 16. Oct. 1311) der Commission überreicht worden, womit recht gut bestehen kann, dass sie bereits im Sommer dieses Jahres abgefasst worden war. In dieser Voraussetzung lassen sich die Worte Raymunds vollkommen mit meiner obigen Chronologie vereinbaren. — So viel nach den bis jetzt vorliegenden Materialien über die Zeitbestimmung dieser Verhandlung und die Datierung der einschlägigen Actenstücke; hoffentlich werden bald weitere Funde das noch über ihnen schwebende Dunkel lichten, und meine Angaben ergänzen oder berichtigen.

1) S. hier unten S. 158, Z. 3.

2) Vgl. die Einleitung zum folgenden Actenstück und oben S. 18, c. 3.

die Thatsachen zugegeben und nur mildernde Umstände für dieselben angeführt; oder es werden den namhaft gemachten Missbräuchen nur die ihnen entgegenstehenden Ordensstatuten entgegengehalten, wodurch allerdings zunächst nur dargethan wurde, dass sie nicht vorkommen sollten, nicht aber dass sie nicht vorkamen. Kurz, der allgemeine Eindruck der Vertheidigung ist, wie mir scheint, kein sehr überwältigender.

Leider ist, soviel ich bis jetzt fand, dies interessante Actenstück uns nur im cod. A. 60 der Capitelsbibliothek von Padua erhalten. Derselbe lässt, wie ich schon früher bemerkte[1]), an Correctheit gar viel zu wünschen übrig. Es füllt Bl. 36b bis 43a.

f. 36b. Infrascripta dant et proponunt fratres Raymundus procurator[2]) et Bonagratia de Pergamo[3]) ad defensionem ordinis minorum in negotiis, que aguntur in curia romana constituti contra fratrem Ubertinum de Casali et sotios exemptos ab obedientia et iurisdictione prelatorum ordinis durante negotio questionis inter dictos Raymundum procuratorem et Bonagratiam nomine dicti ordinis ex parte una et dictos Ubertinum et sotios predictos ex altera, prout in littera apostolica ipsius exemptionis[4]) continetur, exorte super dumtaxat[5]) articulis traditis per sanctissimum patrem dominum Clementem papam V^m^ quondam[6]) fratri Raymundo Gaufridi, Ubertino de Casali et sotiis exemptis et contra responsiones ad ipsos articulos factas per ipsos fratres exemptos vocatos et super quibus articulis fuerunt certi cardinales

1) Vgl. diese Zsch. II, 365 und oben S. 91.

2) Raymundus de Fronciacho, der Procurator des Ordens am päpstlichen Hof s. oben S. 3, vgl. diese Zsch. II, 365.

3) Der vom Orden (d. h. der Communität) bestellte Vertheidiger s. oben S. 3, vgl. diese Zsch. II, 365, 134, 158; I, 542, 544 sowie hier weiter unten.

4) S. dieselbe bei Wadding ad an. 1310, n. 3.

5) Ein Punkt, auf welchen Bonagrazia allen Nachdruck legt; s. unten S. 145.

6) Raymund Gaufredi in seiner Lebensstellung als ehemaliger Ordensgeneral (1289 — 1295) — bei seiner Amtsenthebung bot ihm Bonifaz VIII. das Bisthum Padua an — die hervorragendste Persönlichkeit unter den Spiritualenführern starb bald nach dem Anfang der Verhandlungen, wohl noch im J. 1310, nach einem Gerüchte mit Guido von Mirepoix und Barthol. Sicardi durch Gift; vgl. diese Zsch. II, 133, 377. — Ob gemäss der l. c. p. 377 befindlichen Aufzählung nicht anzunehmen ist, es werde in der hist. tribul. l. c. p. 133 Barth. Sicardi mit Raymund von Ginhac verwechselt? — S. den conventualistischen Bericht des Fortsetzers Bernards von Bessa in der Zsch. f. kath. Theol. VII, 350, 351.

auditores[1]) dictis partibus deputati, prout in ipsa littera exemptionis dicitur; — quorum articulorum et responsionum factarum ad ipsos forma talis est:

Responsiones fratrum vocatorum per dominum papam apud Malausenam[2]) ad articulos per sanctissimum patrem dominum Clementem universalis ecclesie summum pontificem fratribus ad se (37a) vocatis de provincia Provincie[3]) traditos — respondet frater Raymundus Gaufridi pro se et suis sociis[4]) prout inferius continetur:

Ad primum articulum, de quo requirit sanctitas vestra, videlicet de illo nephandissimo errore spiritus libertatis, respondemus, quod nullum penitus scimus[5]). Sed supplicamus, quod contra ipsos, ubicunque sint, tota virtute procedatur ad eorum exterminationem. Et nos parati sumus secundum nostram infirmitatem nos ad hoc totis viribus exhibere sicut contra hereticos detestabiles et horrendos.

Ad secundum articulum, qualiter regula et declaratio Nicolai observetur, respondemus, quod quantum ad substantiam per communitatem ordinis dicimus observari, quamvis multe impuritates substineantur, que periculose valde a multis fratribus reputantur, et maxime ad illa, que tangunt paupertatem regule nostre, puta in edificiis quantum ad longitudinem, latitudinem et curiositatem. Et quamvis ipsorum edificiorum excessus posset ratione multitudinis fratrum, que a principio ordinis tanta non erat, aliqualiter excusari, nichilominus tamen tanti sunt excessus in aliquibus locis, quod non ex hoc sufficienter excusantur. — Sunt etiam excessus circa paupertatem in multitudine librorum, quam habent aliqui, licet pauci; et indumentos quantum ad longitudinem et pretiositatem, sed raro; et in numero ipsorum indumentorum, quamvis pro uno, qui inveniatur habundare in vestimentis, inveniantur plurimi, qui non habent ad suffitientiam. Sed in hoc magis videtur ledi paupertas, quia vix aliquis frater audet uti habitibus repetiatis vel mantellis vel habitibus despectis, quin a multis fratribus singularis et quasi super-

1) Vgl. diese Zsch. II, 361, Anm. 1.

2) Vgl. diese Zsch. II, 360, Anm. 2 u. oben S. 138, Anm. 6.

3) Ihnen wurde, wie es scheint, erst etwas später Ubertino von Casale beigesellt.

4) Dass jedoch ausser Ubertino auch noch andere der Berufenen ihre eigene Beantwortung der vier Fragepunkte einreichten, ersehen wir aus dem Eingang des folgenden Schriftstückes, wo Ubertino der Communität vorwirft: 'nec similiter respondent ad responsiones multorum fratrum vocatorum'.

5) Es sind die Provençalen, welche so antworten: es war ihnen also das Auftreten Bentivengas in Umbrien (s. oben II, 131) unbekannt geblieben.

stitiosus iudicetur et contempnetur. — Leditur etiam paupertas in vita excessiva aliquorum quantum ad acceptionem elemosinarum fratrum, que dantur pro personalibus necessitatibus a parentibus eorundem, quas prelati ordinis, ministri et custodes et guardiani accipi fatiunt, dum fratres privantur ex culpa vel moriuntur vel exeunt ordinem, cum tamen sit donantium, quandiu manet pecunia, sicut dicit decretalis domini Nicholai. — Leditur paupertas in modo recipiendi legata, que aliquando ab aliquibus per curiam in iuditio et per causidicationem nobis indebitam[a]) repetuntur, licet iste abusus quantum ad aliquas partes ordinis aliqualiter sit correctus. Sed constitutiones ordinis hec omnia multum irritant, si presidentes eas diligenter facerent observari.

Causa autem istarum impuritatum maxima est ex parte illorum, qui affirmant, usum pauperem non esse de substantia regule sive voti paupertatis evangelice, et adhuc amplius via laxationi parabitur, nisi huic pesti sive false opinioni debitum remedium per sedem apostolicam apponatur. Et quod ex voto obligemur ad usum pauperem, inter ceteras multiplices rationes movet nos: [et] sicut vovimus castitatem et obedientiam, sic et paupertatem; videmus autem quod faciens contra castitatem in quolibet actu facili, sicut in facili cogitatu carnali, non peccat mortaliter, sed solum in cogitatu vel aspectu vel actu enormi. Similiter fatiens contra obedientiam non quolibet actu peccat mortaliter; ut si dicatur sibi a prelato: Fatias sic, et non fatiat, sed solum in actu enormi, utpote si precipiatur sibi aliquid per obedientiam a prelato, et ut contumax peccat mortaliter; — sic dicimus fatiens contra paupertatem, pote si esset proprietarius cuiuscunque rei, sive si semper vellet ita laute vivere, quod omnino transscendit terminos evangelice paupertatis et statum fratrum minorum. Nescimus enim, ad quid prosit vovere (37b) virtutem et non tenere ad aliquem eius usum, ut vovere castitatem et non teneri ad usum castitatis, vel vovere obedientiam et non teneri ad usum obedientie; sic non videmus magnum meritum vovere[b]) paupertatem et non teneri ex voto ad aliquem usum eius.

Ad tertium articulum respondemus[1]), quod in libris fratris P[*etri*] Johannis nescimus nec credimus aliquos articulos erroneos contineri, propter quos fuerint merito condempnati et quin possint fratribus et personis aliis communicari, cum aliqui fere omnia eius scripta legimus; et si aliquando apparuerint aliquibus fratribus aliqui articuli dubii dictus frater P[*etrus*] Jo[*hannis*] se taliter declaravit, quod fratres illi, exceptis

a) *Hs.* indebita. b) *Hs.* vovere] non tenendo.

1) Für diesen Abschnitt verweise ich auf die demnächst folgende Studie über Olivis Leben und Schriften.

forte aliquibus eius emulis, remanserint contenti pariter et paccati; sicut in Avinione patuit de fratre Giraudo de Prato, cui generalis minister hoc commiserat; et Parisius in capitulo generali, ubi frater Raymundus Gaufridi presens fuit, in Avinione pronuntiatus minister et Parisius generalis existens, ubi et frater Raymundus de Guniaco[1]) presens fuit. Dictas autem declarationes fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] vestre tradidimus sanctitati. Si tamen quis vellet calumpniari aliqua eius dicta, credimus, quod, si fiat nobis copia et audientia prebeatur, excusabimus eum veraciter et habunde. Et nichilominus condempnationem librorum suorum exstimamus iniuste factam et in preiudicium ecclesie romane satis magnum.

Ad quartum articulum dicimus, quod communitas Provintie fuit gravata a XX annis inquisitionibus plurimis[2]), pro quibus fratres plurimi sunt puniti; que inquisitiones fuerunt in pluribus defective, videlicet interrogatoriis omissis et in aliquibus inquirentibus subrogatis partialibus et suspectis, in audientiis debitis non concessis, in testibus et scriptoribus non ydoneis, in penis criminalibus et gravibus absque culpis rationabilibus subsequutis; sicut sunt incarcerationes, actuum legitimorum privationes, exilia plurium de suis custodiis, et quod plus est de provintia, habitus ordinis spoliationes, librorum ablationes, inclaustrationes, certarum legum artationes, promotionum debitarum[a]) impeditiones, promotorum depositiones, excommunicationes et pene alie infinite. Que omnia patebunt, ut credimus, si fiat collatio penarum inventarum ad ea, que dicuntur in predictis inquisitionibus[3]) reperta. Fuit enim Provintia quibusdam gravaminibus lacerata, quorum primum fuit factum tam per fratrem Arnaudum de Rocafolio[4]) tunc ministrum quam per visitatores missos a domino Portuensi statim post generale capitulum Lugdunense[5]).

Omisso igitur primo articulo, super quo nulla prosus est questio inter partes, cum ordo seu prelati ordinis, iam est dudum, contra aliquos fratres numero VII, qui in provintia beati Francisci[6]) verba spe-

a) *Hs.* indebitarum.

1) Einer der einberufenen provençalischen Spiritualen; vgl. diese Zsch. II, 377.

2) Da diese Verfolgung in der Parteinahme für Olivi ihre äussere Veranlassung hatte, so verweise ich auf die Studie über Olivi.

3) Vgl. unten S. 183.

4) Wie aus dem 'Instrumentum appellationis Bernardi Delitiosi' erhellt, war fr. Arnaudus Prov.-Minister in der Provence c. 1300; vgl. diese Zsch. II, 388, aber auch oben S. 14, c. 32.

5) Nach der Chronica XXIV min. gen. (in der bibl. Angelica in Rom, ohne Signatur), f. 58b im J. 1299, nach Glassberger (Analecta Francisc. II, p. 108, 109) im J. 1298; vgl. auch oben S. 16, c. 44. 6) S. oben S. 142, Anm. 5.

ctantia ad dictum errorem dixisse dicuntur, per penam perpetui carceris cum tanta austeritate processit, sicut procedi potuit, non obstante quod ipsi fratres sponte redierint ad veritatis agnitionem et prorsus omnem errorem huiusmodi abiuraverint. Et super predictis domini pape ministerio ad inquirendum de novo et separatim (?) fixe, quod invenient, ex parte ordinis et ministri generalis legitime in predictis processum et de contingentibus et fatiendis nichil omissum.

Ad secundum articulum dicitur pro parte ordinis, quod utraque pars concordat in hoc, scilicet quod regula fratrum minorum et declaratio domini Nicholai[1]) pape super ea edita per communitatem ordinis observatur. Ex qua responsione iam facta deliberate[a]) coram domino papa per dictos fratres exemtos, liquido patet, quod ordinis communitas (38a) non transgreditur regulam et declarationem eius, sed eam observat quantum ad substantiam. Contra quam responsionem deliberate et ex certa scientia factam coram prefato sanctissimo patre domino Clemente papa venire non possunt nec aliquid de novo[2]) ipsi articulo superaddere[b]), cum per veram obedientiam adstricti, super ipso articulo plenam dicere veritatem, si aliter vel ultra dicerent, non essent velud contrarii et transgressores veritatis, quam ad plenum dicere per obedientiam debuerunt, audiendi, ut iura dicunt. Item non sunt aliqui recipiendi articuli, qui darentur per partem dictorum fratrum exemptorum, qui essent vel contrarii dicte responsioni facte ad ipsum primum articulum vel per quos numero (?) ex intervallo longi temporis adderetur ad ipsam responsionem et veritatem, quam tunc plene per obedientiam requisiti dicere debuerunt; tum quia non patitur forma commissionis facte per dominum papam magistris auditoribus deputatis, cum audiri debeant solum de hiis, super quibus iam controversia est exorta, ut in commissione continetur, et controversia non potest esse exorta super capitulis nondum datis; tum quia hii, qui sunt de ordine, non possent esse super hiis, que non sunt deducta in controversiam, ad respondendum provisi; tum quia tamquam varii (!) ab hiis, que sunt responsa per eos seu suppressores veritatis, quam plenarie dicere debuerunt, repellendi, ut iura dicunt.

Ad particulares autem obiectiones, que in ipsa responsione facta per dictos fratres exemptos super predicto II° articulo continentur, re-

---

a) *Hs.* de liberalitate (?). b) *Hs.* superaddens.

---

1) Die Decretale Nicolaus' III. *Exiit qui seminat.*

2) Wie aus der unten an letzter Stelle mitgetheilten Replik Übertinos erhellt, verwahrt sich hier Bonagrazia dagegen, dass Ubertino in einer zweiten Schrift (s. dieselbe oben S. 93 f.) der Communität weitere Übertretungen der Regel vorgeworfen hatte.

spondetur pro parte dicti ordinis. Et primo ad id, quod obiiciunt, quod in aliquibus locis dicti ordinis substinetur excessus in edifitiis, dicitur: iam fere biennium[1]) est, quod dicta responsio per eos facta fuit, et nunquam ostenderunt, quod deductum sit ad notitiam defendentium ordinem, que sint illa loca dicti ordinis, in quibus sint dicti excessus, nec per quos fratres facti sunt. Quia si magna et ampla edifitia facta sunt per seculares sicut Padue per communitatem civitatis et alios devotos homines in honore sancti Antonii vel in sancto Francisco[2]), — ubi etiam auctoritate privilegii sedis apostolice mandatur, quod certa pars oblationum convertatur in edifitiis[3]) in ipsa ecclesia ad decorem ipsius loci; — vel in aliis hec facta reperiantur a secularibus vel auctoritate sedis apostolice, quod ex secularium devotione in fundo vel superfitie (?) [a]) ecclesie romane ad honorem dei vel intuitu pietatis fit vel factum est, non spectat ad fratres tollere. Nam ut dicit lex: *Inmensum dare ecclesie vel pro deo mensura est;* et ut dicit Ambrosius[4]) ponitur XII. q. II. co.[5]): *Aurum nemo potest accusare, quia templum dei edificatum est vel quod humandis reliquiis fidelium spatia laxata sunt*; et hoc ibi ad licteram. Sed solum spectat ad ordinem fratres corrigere, qui in hiis excessus facere reperiantur. Certum est, quod ordo habet duras et fortes constitutiones contra fratres in edifitiis excedentes; et quod, si ad notitiam generalium ministrorum pervenerit, quod fratres in aliquibus locis excesserint in talibus, excessus huiusmodi punietur.

Si autem dicere vellent, quod sit excessus, substinere, quod fratres habitent in magnis et amplis et formosis edifitiis, hoc falsum est omnino; tum quia regula non prohibet, quin fratres non possint in amplis et magnis edifitiis habitare, quia in hiis rebus non usus pretiosarum rerum est in culpa, sed ipsa utendi libido, ut dicit Augustinus[6]) et ponitur XLI. d.[7]); tum quia ecclesia romana, cuius pedibus et dispositioni tota-

a) *Hs.* super fitte.

1) Die Antwort der Spiritualen muss also Ende 1309, vorliegende Entgegnung im Sommer 1311 abgefasst worden sein; vgl. oben S. 138, Anm. 6.

2) Ohne Zweifel der 'Sacro convento di S. Francesco' in Assisi.

3) S. dieses Privileg Gregor IX. vom 29. April 1228 in Sbaralea, Bullar. Francisc. I, 40; vgl. III, 22 s., besonders aber Angelus de Rivotorto, Collis paradisi amoenitas s. conventus Assisiens. historiae ll. 2, wo im 2. Theil das Bullarium sacri conventus. Vgl. auch oben S. 105, Z. 1.

4) S. Ambrosius, de officiis l. 2, c. 28; Migne PP. lat. t. 16, c. 139.

5) Can. *Aurum*. 70. C. XII. q. 2.

6) S. Augustinus, de doctrina christiana l. 3, c. 12; Migne PP. lat t. 34, c. 72

7) Can. *Quisquis rebus* 1. D. 41.

liter ex forma dicte regule subicitur dictus ordo, appropriavit sibi proprietatem et possessionem[a]) omnium edifitiorum et rerum, quibus fratres minores utuntur, usu simplici tanquam peregrinantibus derelicto, ut in declaratione domini Nicholai super ipsa regula edita continetur (38 b); et ideo cum habeant simplicem facti usum, non possent ea destruere, quia non possunt deteriorare vel deformare rem proprietarii. Conceditur igitur eis, quod in eis habitent quasi peregrini, qui transeuntes inpropriam domum quantumcunque pulcram non diligunt tamquam propriam, sed utuntur ea tanquam aliena. Quod pure (?) fatiunt fratres dicti ordinis, qui ad obedientiam prelati transitum fatiunt de domo in domum et loco in locum; nunc in pulcro loco habitantes, nunc in deformi et vili valde, cum certum sit, quod ordo communiter habeat vilia edifitia secundum fratrum multitudinem. Preterea habitationes et ecclesie fratrum ut plurimum fiunt per seculares ad laudem dei et cultum divinum ampliandum; quia etiam frequenter devotius celebratur et melius conveniunt seculares ad audiendum divina offitia in ecclesiis pulcris quam in deformibus; tum quia eadem vel similia edifitia erant tempore domini Nicholai, qui ipsam regulam declaravit et applicavit ipsa edifitia et ecclesias ecclesie romane, quantum[b]) ad proprietatem et possessionem[c]), fratribus concessa habitatione simplici. Ex quo innuitur, quod etiam de permissione sedis apostolice licet fratribus in huiusmodi edifitiis ecclesie romane quantumcunque pulcris inhabitare; et secundum regulam tenentur fratres in omnibus esse subiecti ecclesie. Nec est novum, si secundum varietatem temporum et propter multitudinem fratrum auctam maiores et meliores sint habitationes fratrum, quam essent tempore, quo fratres erant valde pauci et bonum ordinis nondum erat cognitum a mundo; sicut et in universali ecclesia, que postquam multiplicata fuit, aucta est, ut dicitur XII. q. II. c. *Futuram*[1]) in fine. Ymmo vir bonus potius respicit, aperte hoc opus esse divinum et non per hominum prudentiam, sed per Christum factum, quia opera Christi non defitiunt, sed semper profitiunt. Preterea edifitia et ecclesie frequenter conservant interiorem paupertatem et temperantiam, quia semper ut in ecclesia ad divinum cultum ampliandum convertantur relicta fratribus amore Christi parcimonia et maior abstinentia inter fratres[d]).

Ad id autem, quod obiitiunt, quod aliqui fratres in victualibus observatur[e]), licet pauci, excedunt in multitudine librorum et indumentorum quantum ad longitudinem et pretiositatem; respondetur, quod si intelli-

a) *Hs.* possessionum.
b) *Hs.* quam. c) *Hs.* possessionum. d) Sic! e) Sic!

1) Can. *Futuram* 15. C. XII. q. 1.

gant de seipsis, corrigant seipsos, cum exempti sint; si autem de aliis, exprimere debent[a]), qui sunt illi, quia super huiusmodi excessibus puniendis sunt per ordinem statuta edita fortia, et ad huiusmodi excessuum punitionem invigilant prelati, prout humana fragilitas sinit. Et esto quod aliquando in aliquo vel in aliquibus talibus fieret excessus, certum est, quod indiscretio aliquorum in tanta multitudine non debet ad omnes et singulos retorqueri; nam ut dicit Augustinus: '*Quomodolibet invigilet disciplina prelati, non potest omnes excessus particulares emendare, quia oportet, quod in quacunque universitate sint mali amixti bonis*'. — Preterea habere multos libros ad usum secundum conditionem fratris non est[b]) excessus. Et sanctus Augustinus, Jeronimus, Ambrosius et alii doctores habuerunt libros multos. Nam Augustinus de doctrina christiana[1]), et ponitur in decretis, ostendit, quomodo non potest intelligi divina scriptura sine aliarum scientiarum peritia. Et ideo cum secundum regulam fratres debeant populo predicare et eis immineat secundum regulam hec necessitas; si non predicare fabulas debeant, sed divinam scripturam, et hanc scire non possunt sine aliarum scientiarum peritia, et divine scripture et aliarum scientiarum non possit haberi peritia nisi cum multis libris; restat, quod sicut de perfectione regule est predicare, sic et multos habere libros, in quibus studeat, quid debeat predicare, precipue cum eos nullus frater habeat ut proprios, sed nec ut perpetuos, quod ad licteram servatur per totum ordinem, ut libros unusquisque reputet se habere ad usum tantum (39a) simplicem studii, et non ad proprietatem nec in perpetuum. Quod patet, quia ministri cotidie auferunt eos fratribus et aliis dant ad usum, quod non possent, si essent proprii fratrum vel etiam ad perpetuum concessi.

Et idem dicitur de[c]) multis tunicis, quas fratres habeant ad necessitatem, quia hoc non prohibetur in regula et declaratione; ymmo et regula dicit, quod in indumentis provideatur secundum loca et tempora et frigidas regiones. Et declaratio expresse concedit, quod de licentia prelatorum possint fratres habere plures tunicas. Ad id autem quod obiitiunt, quod vix aliquis frater audet uti habitibus repetiatis vel mantellis vel habitibus despectis, quin a multis singularis et superstitiosus reputetur; respondetur, quod hoc omnino est falsum, si[d]) intelligunt de multitudine communitatis ordinis; quia certum est, quod fratres in ordine veraciter paupertatem allegantes, diligentes et sectantes etiam in reverentia multi habentur. Et etiam falsum esse constat occulata fide, quia si inspitiuntur communiter fratres ordinis, aspectus clare osten-

---

a) *Hs. fehlt.* b) *Fehlt in der Hs.* c) *Hs.* ideo dicitur in. d) *Hs.* si] sed.

---

1) Prolog. Migne PP. lat. t. 34, c. 17.

dit, quod fratres communiter habent viles habitus et despectos et multi habent repetiatos. Maior pars fratrum non habere potest vestes etiam viles ad indigentiam sublevandam; ymmo etiam plurimi habent indigentiam femoralium, quibus uti debent fratres secundum regulam et ordinis statuta; nec conventus fratrum communiter in talibus possunt per omnes elemosinas, quas habere possunt ad indigentiam tollerandam, fratribus providere, quoniam habundavit iniquitas et refriguit caritas multorum, ut experientia docet religiosos mendicantes. Si autem indiscretio aliquorum in tanta multitudine aliquando excessit vel excessisse [a]) diceretur, non debet aliquorum delictum ad omnes nec ad singulos retorqueri, ut supra dictum est.

Est tamen attendendum, quod si aliqui fratres deportarent vestes a communitate difformes et confectas, et communem modum induendi fratrum iudicarent et condempnarent secundum formam concilii XXX. d. cap. *Si quis eorum* et cap. *Si quis per superbiam* et cap. *Si quis docet* et cap. *Si quis extra ecclesiam* et cap. *Si quis carnem* et cap. ultimo [1]), deberent ut superstitiosi iudicari et dampnari, quia teste Augustino de doctrina christiana [2]) et ponitur XLI d.[3]): '*Si quis rebus pretereuntibus restrictius utitur quam mores bonorum, cum quibus conversatur, exigunt, alios communiter viventes iudicans sive contempnans, superstitiosus est*'; quod tam de vestibus quam de cibis intelligitur, ut dicitur in principio predicte XLI. dist., quia in vestibus precipue convenire debent in bonorum communitate viventes ratione scandali vitandi, ut canones docent et mandant. Unde dicitur in eadem dist. XLI.[4]): '*Parcimoniam cum veste humili laudamus, confractis autem vestibus incedentes, ubi cum aliis, cum quibus degunt, nolunt convenire, reprobamus*'. Preterea regula dicit, quod fratres vilibus vestibus induantur. Quod verbum positivum (?) diligenter est attendendum; et ordinis constitutio dicit, quod vilitas attendatur in panno pariter et colore, non [b]) autem dicit vilissimis vel deformibus a communitate utantur; quia semper extremitates in communitatibus sunt valde periculose. Unde dicitur: '*Medium tenuere beati*'. Et beatus Franciscus in principio regule, ne aliquis dubitaret, si haberet vestes confractas, eas repetiare, post verbum illud: '*Fratres vestimentis vilibus induantur*', adiecit: '*et possunt ea repetiare*'. Nec hoc dixit precipiendo vel consulendo, quod si integras haberent, refractas et repetiatas portarent; sed permittendo, quod fratres possint confractas repetiare;

a) *Hs.* excessisse] excessive. b) *Hs.* non] nunc.

1) Can. *Si quis presbyter* 17. D 30.
2) Lib. 3, cap. 12; Migne PP. lat. t. 34, c. 73.
3) c. 1 D. 41. 4) c. 5.

quia utilius est, eas habere repetiatas quam confractas, et quia de talibus inter religiosos frequenter consueverunt iuditia fieri propter huiusmodi extremitates. Quia non tenentes medium in talibus, quorum usus non est in culpa, sed libido vitanda, sed latius (39 b) vel restrictius utentes consueverunt iudicare alios; ideo in regula [1]) consulitur bis, quod fratres alios non iudicent, sed unusquisque iudicet et despitiat seipsum.

Ad illud autem, quod dicunt in genere, quod leditur paupertas in vita excessiva aliquorum; nisi semetipsos respitiant, dicere debuerunt: quorum, et non vagari in talibus obiectione generali cum aliorum discrimine; quia quamvis ordini non sit datum confirmare fratres, quod non possint peccare, constat tamen, quod vigor ecclesiastice discipline in cohercendo delinquentes ita fortiter viget in ordine, sicut unquam viguit; et hoc satis fratres excedentes ipsis rerum experimentis cognoscunt et ordinis fortia statuta contra delinquentes edita manifeste demonstrant.

Ad id autem, quod obitiunt, quod prelati ordinis elemosinas relictas fratribus commutant sine beneplacito donantium, et quod accipi fatiunt eas, dum fratres ex culpa privantur elemosina vel moriuntur vel ordinem exeunt etc. — respondetur, quod dicere debuerunt, ubi hec acta sint et ad superioris notitiam deducta et non fuerunt correcta per superiorem. Quod si vellent dicere, quod omnes prelati hoc fatiunt, respondetur, quod non fatiunt sine consensu eorum, ad quos debet haberi recursus secundum declarationem. Et quamvis communiter a prelatis hoc aliter non fiat, non tamen propter hoc sequitur, quod esset excessus, prelatum recipere elemosinam intuitu pietatis et amore Christi fratri pauperi relictam, sicut fratribus semper debet intelligi esse relictum, mortuo fratre vel privato ex culpa et in pios usus pro anime offerentis remedio convertere. — Nec diceretur forte ob hoc in alios usus convertere, quam dans voluerit. Quia enim intuitu pietatis donans voluerit concedere elemosinam, si non revocat, semper in eadem voluntate perseverare presumitur, ut in usum pium convertat, in hac extimatione (?) fatienda succedere videtur prelatus, nisi voluntas offerentis mutata doceatur; licet hoc pro certo non asseratur, sed posset rationabiliter dubitari, et ideo temere non sunt talia ut flagitia reprehendenda. Item dicta obiectio non concludit ad aliquod crimen, quia solum dicit, quod prelati accipiunt et fatiunt ipsas elemosinas, quod nullum esset delictum, sed etiam opponentes, si accipi facerent, ut illis, qui obtulerunt, restituerent eas.

Ad id autem, quod obitiunt, quod leditur paupertas in modo recipiendi legata, que ab aliquibus in iuditio repetuntur etc. — responde-

1) Die Hauptstelle am Ende des 2 Cap.; s. oben S. 101, Anm. 2.

tur, quod si intelligunt, quod in hiis casibus, in quibus declaratio domini Nicholai concedit donata, legata, oblata vel concessa posse a fratribus licite accipi, quod procurator ecclesie romane, qui auctoritate privilegiorum summorum pontificum precipue dominorum Martini et Nicholai IIIII[1]) nominantur per ministros dicti ordinis, ut possint in iudicio repetere; in dictam declarationem et in auctoritatem summi pontificis impingunt et penas in ipsa declaratione contentas incurrunt. Et tales fratres in provintia Provintie sic dogmatizantes mandavit idem dominus Nicholaus per ministrum generalem dicti ordinis coherceri ecclesiastica disciplina, sicut patet in ipsis litteris domini Nicholai signatis[a]) de foris per b[2]); et etiam si sunt regule sue transgressores, que se spetialiter totum statum ordinis supponit in principio et in fine sedis apostolice dispositioni. (40a) Si autem intelligunt, quod aliqui fratres repetant legaliter in iudicio contra declarationem, ostendere debuerunt. Et verisimile est, quod hii, a quibus peterentur legata contra formam dicte declarationis in corpore iuris clausam, quam ignorare non licet, repetentes statim excluderent[ur] per huiusmodi iuris notoriam exceptionem. Et esto sine preiudicio, quod aliqui excesserint in hoc; dicitur, quod si intimatum fuerit generali ministro, vel ei ad quem punire spectavit huiusmodi excessus, punitus est. Preterea particularis defectus in aliquibus in corporis vel aliorum fratrum detrimentum retorqueri non potest. Certum est enim, quod per communitatem fratrum in hiis et in aliis, prout humana fragilitas sinit, dicta (?) et modus pena traditur observatus[b]).

Preterea, quod dicti exempti non possint modo quolibet improbare statum universitatis fratrum et modum et formam vivendi et regiminis quem ordo tenet communiter, patet per exceptionem, quam impetraverunt, et inmunitatem eis in ea concessam per papam (?), qua continue utuntur. In qua continetur, quod in dicto ordine dicti fratres exempti nominatim quantum ad loca, consolationes, gratias et studia et licentias et alia assueta ipsis et suis similibus dari in ordine a prelatis, sicut et ceteri fratres tractarentur; et quod in omnibus quantum ad consolatoria eis exibenda fiat sicut ceteris fratribus et sicut ante questionem motam fiebat. Ex qua exemptione et immunitate, cum fuerunt in locis humilibus, ubi consueverunt forenses morari, petierunt cellas in dormitorio fratrum de Avinione, sicut patet per instrumentum publicum ipsius pe-

a) *Hs.* signanter. b) Sic!

1) Das Schreiben *Exultantes in Domino* Martin IV. vom 18. Januar 1283 und das *Religionis favor* Nicolaus IV vom 22. November 1290 in Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 501 u. IV, 190.

2) Hierüber demnächst in der Studie über Olivi

titionis; et aliis consolatoriis gratiis uti volunt, sicut ceteri fratres et longe maioribus, ut experientia docet[1]). Cum igitur se petant tractari sicut fratres in eodem statu et modo vivendi et sub eodem regimine status et in eisdem gratiis et consolationibus, si status tam in edifitiis quam in aliis est damnabilis et illicitus et discrepans ab observantia regule et declarationis; sequitur, quod professio et desiderium eorum se ad invicem discrepant et ideo audiri non debent, ut dicit lex, que incipit: *Professi.* Nam non est quis audiendus, si reprobat vel impugnat id, ex quo fructum et bonum petiit. Cum enim dormitorium sit inter solempnia ordinis dormitoria, si non licet fratribus talia habere et habendo regule fit transgressio, cur petierunt importune et comminatorie in eodem dormitorio cellas, cum iacerent in eodem loco, ubi fratres alii forenses iacebant, et cur toto conatu nituntur amplecti factis, quod liberis iactationibus improbare nituntur, ut inter illos fictos religiosos computentur, de quibus veritas dicit: Dicunt enim et non fatiunt[2]).

Sed ut manifeste convincatur (?), quod mentita est iniquitas sibi et quod ordo minorum et communitas fratrum ipsius ordinis non solum servat regulam et declarationem prout regula et declaratio arctant, sed etiam quod strictius et longe strictius eam servent, quam verba regule et declarationis fratres coherceant, ex multis aliqua adducuntur in promptu, que sunt tam in ordine quam apud alios scientes [*vitam*] fratrum minorum. — Et primo, certum enim est, quod regula notoria[a]) loquens de calceamentis fratrum dicit concessive, quod fratres, qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta et per aliquem alium modum non prohibet fratribus calceamentis uti; quod quidem verbum 'necessitate' intelligi necesse est de necessitate non extremitatis, quia illa absque exceptione intelligitur ab omni lege excepta, sed de necessitate oportunitatis, scilicet que expedit secundum loca et tempora et frigidas regiones. Unde tempore magni frigoris uti possent secundum (40 b) regule verba; et tamen tota communitas ordinis ubique servat, quantumcunque sint frigide regiones et tempus[b]), quod fratres sani vadunt discalceati. Et per statuta[3]) ordinis inhibetur fratribus omnibus, quod non vadant consuetudinarie calceati, nisi ubi evidens necessitas fratribus innotescat et per prelatum fuerit approbata. — Item certum est, quod regula et declaratio non mandant seu

a) *Hs.* regula loquens de calceamentis notoria.
b) *Hs.* et tempore (?).

1) Diese Anschuldigungen erwähnt auch die 'historia tribulat.' s. diese Zsch. II, 140.
2) Matth. 23. 3.
3) Constitutiones Narbonenses von 1260 Rubr. 3.

precipiunt fratribus, quod cum habitu, cingulo et femoralibus dormiant. Sed constitutio[1]) ordinis, que ad licteram et ad unguem servatur per fratres, mandat, quod non dormiant fratres sine habitu, cingulo et femoralibus nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. — Item certum est, quod regula et declaratio non adstringant fratres ad ieiunium corporale nisi a festo omnium sanctorum usque ad nativitatem domini et in quadragesima maiori; aliis autem temporibus dicit regula, non teneantur fratres nisi VI[a] feria ieiunare; hoc autem strictius per fratres servatur communiter. Nam secundum constitutiones[2]) ordinis tenent[a]) et servant dicta ieiunia regule in cibo quadragesimali tantum et in eodem cibo quadragesimali servant vigilias Apostolorum et vigiliam sancti Francisci, ad que non tenentur nisi quadragesima maiori; et quadragesimale ieiunium incipiunt a quinquagesima. — Item regula vel declaratio non prohibent carnes comedere, super quo constitutiones[3]) ordinis multipliciter arctant fratres. — Item regula vel declaratio non indicit fratribus necessitatem silentii in aliquibus locis vel horis, ad quam constitutiones[4]) ordinis stricte arctant fratres. — Item regula non arctat, quod fratres non possint ire extra domum sine sotio eis adiuncto assignato per prelatum, unde in principio institutionis frequenter ibant fratres soli; ad hoc autem fratres per constitutiones[5]) nunc stricte arctantur. — Item multas alias austeritates circa vigilias et horas ad divina officia, studia et alia servant fratres, ad quas declaratio et regula non coarctant. Et in hoc videantur constitutiones superaddite, quas ponere prolixum esset.

Ad id autem, quod dicti fratres obiiunt exempti in fine dicti secundi principalis articuli dicentes, quod excessuum predictorum causa maxima est ex parte illorum, qui affirmant, usum pauperem non esse de substantia regule predicte sive voti paupertatis evangelice, — respondetur, quod si est causa predictorum excessuum, et hec causa cessat in omnibus provintiis dicti ordinis, in quibus ingnoratur[b]), quid sit hec verbalis altercatio de usu paupere, excepta provintia Provintie, in qua hec altercatio inter aliquos fratres ipsius provintie suborta fuit, quod in omnibus aliis provintiis cessat obiectionis effectus huiusmodi; et ita huiusmodi obiectiones excessuum videntur solum extensa ad fratres provintie Provintie super materia usus pauperis altercantes; et sic dicte obiectiones non impingunt in statum ordinis, de cuius defensione agitur. — Secundo respondetur, quod hec disputatio solum est verbalis[6]), nullum fructum

a) *Hs.* tenentur. b) *Hs.* inquiratur.

1) L. c. Rubr. 3. 2) L. c. Rubr. 4.
3) L. c. Rubr. 4. 4) L. c. Rubr. 4. 5) L. c. Rubr. 5.
6) Vgl. hiezu die einschlägige Stelle der Constitution Clemens' V. *Exivi de paradiso*, wo diese Streitfrage entschieden wird

in se habens nisi ostentationis, que inter homines imperitos et inanis glorie cupidos sepe contingere consuevit; quod sic probatur. Certum est enim, quod frater tenens, usum pauperem esse de substantia regule, aut includere intendit, fratres arctari per hoc solum ad tantum, quantum ex regula et declaratione arctantur et non plus; et in hoc casu quid opus est verborum uti foliis, quorum effectus nullus sequitur, cum ordo dicat et teneat, quod fratres dicti ordinis tenentur et arctantur ad omnia, que in regula, prout declarata est, exprimuntur et ad eorum observationem constitutiones ordinis cogunt districte fratres. Quia igitur introducitur hec superflua (41a) scilicet et verbosa disputatio, et non sufficit omnibus fratribus dicere, quod tenentur ad regule et declarationis observantiam, sicut declaratio prefata domini Nicholai aperte demonstrat, in qua etiam mandatur, quod per verba tortuosa et obscura non exponatur ipsa declaratio regule. Hec autem verba, scilicet dicere, usus pauper est de substantia sive essentia regule, adeo[a]) sunt obscura, quod etiam inter sapientes dubitationem pariunt et multo fortius apud minus sapientes vel novitios, quorum conscientie illaquearentur, si determinaretur, usum pauperem esse de substantia regule supradicte. — Si autem tenens dictam opinionem, quod usus pauper sit de substantia regule, intendit, quod per hanc determinationem fratres arctentur ultra quam regula et declaratio super verbis preceptoriis vel inhibitoriis clare exprimunt, cadit in penam declarationis et vult arctari fratres, ultra votum, quod fieri non potest sine voventium voluntate et assensu. — Tertio respondetur, quod hec opinio: usus pauper est de substantia voti perfectionis apostolice, quam asserunt dicti fratres exempti et eis adherentes, est falsa et erronea, impingens in statum universalis ecclesie; quod sic probatur.

Certum ist enim, quod substantialia sive essentialia adeo sunt annexa regule, quod contra eam nec summus pontifex dispensare potest seu licentiam indulgere; exemplum ponitur de abdicatione proprietatis et custodia castitatis. Et hec dicuntur in decretali: *Cum ad monasterium*[1]), in fine. Unde si usus pauper est de substantia voti perfectionis apostolice et a substantialibus non potest decedi, etiam per licentiam et dispensationem summi pontificis; sequitur, quod qui emisit votum perfectionis apostolice, non poterit assumi ad episcopatum vel prelaturam possessionibus et divitiis affluentem, ubi oporteat, sicut oportet episcopum et prelatum possessionibus et divitiis ecclesiasticis uti, quod [*est*] expresse contra capitulum XII. q. II. *Expedit*[2]), ubi expresse colligitur, quod assumpti de statu evangelice perfectionis, sicut ibi exemplum datur de Hylario

a) *Hs.* ideo.

1) c. 6 *de statu monachorum* x. III. 35.

2) Can. *Expedit* 13. C. XII. q. 1.

et Paulino ad episcopatum, possunt sine impedimento perfectionis evangelice, facultatibus et possessionibus ecclesiasticis licite uti et eas fideliter dispensare et ampliare. Impingit etiam dicta opinio in statum sanctorum pontificum, ut beati Gregorii et aliorum sanctorum, qui assumpti fuerunt de statu perfectionis apostolice ad apicem dignitatis pontificalis et usi fuerunt possessionibus et divitiis ecclesiasticis; et in statum universalis ecclesie, que pontifices sic assumptos et usos tanquam sanctos mandat in universali ecclesia venerari. Preterea, si usus pauper est de substantia perfectionis apostolice, cum certum sit, quod episcopi et pontifices, qui in locum apostolorum succedunt, teneantur ad conversationem et abstinentiam apostolorum, quorum loco succedunt, ut expresse dicitur XXXV. d. cap. *Ecclesie principes*[1]) in fine et XL. d. cap. *Non est facile*[2]); si conversatio et abstinentia consistat in usu paupere, per hoc concluditur, quod secta Valdensium dicit et Dulcinus, qui de ipsa secta fuit. Asserunt, quod in romanis pontificibus, cardinalibus et episcopis locum apostolorum obtinentibus non fuit salus ab eo tempore, quo possessionibus et divitiis amplissimis dotati fuerunt et usi. Quod si de statu perfectionis apostolice potest quis assumi ad prelaturas habundantes et uti divitiis; ergo usus pauper non est de substantia perfectionis apostolice, quia essentialia perfectionis sic sunt annexa, quod semper obligant et ubique et in quocunque statu.

Nec obstat, quod dicunt dicti fratres exempti, scilicet quod vovere paupertatem regule et non (41b) obligari ad usum pauperem non videtur magnum meritum. Et vere non obstat, quia adhuc actum voti paupertatis et regule sequuntur multi actus valde meritorii, sicut abdicare omnem rem temporalem et uti rebus ut non suis et non posse aliter vitam istam transire nisi mendicando vel per laboritium vel deliberate oblatis, qui triplex vivendi modus etiam regula et declaratione provisus est. Nec proprie meritum consistit in usu paupere rerum; nam et avarus, qui utitur rebus suis et ut suis penuriose et paupere, non meretur; et religiosus prelatus, qui utitur rebus pretiosis et divitiis ecclesiasticis virtuose meretur, quia in usu harum rerum pretereuntium non usus dives sed libido in culpa est, ut dicit Augustinus in libro de doctrina christiana[3]) et ponitur in decretis XLI.[4]) dist. Nec propter predictam conclusionem sequitur: ergo fratres minores possunt habere usum regalem vel laxum, quia, ut dicit Augustinus in dicto libro: '*Quisquis in usu rerum pretereuntium notabiliter excedit metas bonorum, cum quibus conversantur, flagitiosum est*'; et quia in huiusmodi rerum usibus con-

1) Can. *Ecclesiae principes* 4. D. 35.

2) Can. *Non est facile* 2. D. 40.

3) lib. 3, cap. 12; Migne PP. lat. t. 34, c. 73.

4) Vgl. oben S. 149, Anm. 3.

stitutiones ordinis satis fratres coarctant, quas si excederent, peccarent; et quia in multis regula fratribus usum vilem indicit, sicut uti vestimentis vilibus et non equitare, nisi manifesta causa et similia, in quibus usibus frater posset peccare mortaliter, notabiliter excedendo, quamvis hec non sint de substantia regule, quia nec papa tunc in hiis dispensare potest vel licentiam dare vel mandare, ut dictum est. Si enim papa mandaret fratribus vel concederet, quod proprium haberent vel uxorem ducerent, non posset frater hoc facere; si autem mandaret, quod equitaret vel panno non vili indueretur vel calceatus iret, posset; quia in omni voto, quod non est regule annexum essentialiter, auctoritas pape intelligitur excepta, ut iura dicunt; et in casu, in quo liceret equitare, certum est, quod frater posset sine peccato equitare in equo pretioso etiam regali sibi ad usum in necessitate concessa, dummodo alieno equo et ut alieno uteretur. Sic etiam posset mendicato et regio cibo uti, cum regula concedat fratribus, quod de omnibus, que apposita fuerint, liceat manducare secundum sanctum evangelium.

Circa autem tertium articulum[1]) et responsionem factam ad ipsum quatuor notanda sunt. Primum quod dixerunt, se non scire nec[a]) credere in libris fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] aliquos articulos erroneos contineri, quamvis aliqui eorum fere[b]) omnia eius scripta legerant. Secundum quod confitentur, se tradidisse prefato domino pape declarationes, quas dictus frater P[*etrus*] Jo[*hannis*] fecit contra sententias condempnationis librorum suorum. Tertium quod dicunt, quod si quis vellet calumpniari eius dicta, offerent se paratos, excusare ea veraciter et habunde. Quarto, quod fatendo condempnationem dictorum librorum, dicunt eam iniuste factam; in aliis autem petitionibus datis per eos, petunt ipsos libros tanquam catholicos relevari et fratribus communicari. — Contra quod prefati fratres Raymundus procurator et Bonagratia pro parte ordinis dicti proponunt, quod dicti libri continent varios et diversos errores in fide et moribus, qui errores habent sectas periculosas statui universalis ecclesie et fidei christiane, et quod ob hoc fuerunt combusti et destructi primo per dominum Jeronimum quondam generalem ministrum dicti ordinis, qui postea fuit Nicolaus papa IIII.; secundo per fratrem Bonagratiam, qui successit dicto Jeronimo in generali ministerio, (42a) vir multe sanctitatis, de concilio magistrorum et bachalariorum Parisiensium secundum statuta et privilegia ipsius ordinis errores multos in dictis libris dogmatizatos reprobavit et diversos processus fecit contra ipsam doctrinam et sectatores eius. Deinde post

a) *Fehlt in der Hs.* b) *Hs.* fere] fratres.

1) Für das Sachliche dieses Abschnittes verweise ich auf die Studie über Olivi.

multa tempora prefatus dominus Nicolaus papa IIII. audiens, quod huiusmodi doctrina superstitiosum schisma inducebat [*tam*] in provintia Provintie quam inter seculares, mandavit generali ministro dicti ordinis, qui tunc erat frater Raymundus Gaufredi, quod fratres dicte doctrine tanquam doctrine non sane coerceret ecclesiastica disciplina; et inquisitoribus heretice pravitatis in dicta provincia, quod contra conventiculas subortas impingentes in statum romanorum pontificum, fidem catholicam et ecclesiastica sacramenta procederent, prout in duabus litteris ipsius domini pape continetur. Et etiam idem dictus Nicolaus punivit ipsum fratrem P[*etrum*] Jo[*hannis*] pro excessibus suis in occasione predicta patratis. Qui frater Raymundus ad punitionem multorum fratrum sectatorum dicte doctrine predicta auctoritate processit. Postea vero dominus frater Johannes de Murro, qui dicto Raymundo Gaufredi in ministerio successit et nunc est episcopus Portuensis, intendens tunc pericula et scandala, que ex dicta doctrina et scriptis fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] [*oriebantur, precepit, ut*][a]) colligentur ubique per ordinem et comburentur, et excommunicavit omnes fratres utentes libris seu scriptis dicti fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] et ea habentes et tenentes scienter et dedit inquisitores ministros dicte provincie et Aragonie [et] fratrem Vitalem tunc lectorem Tolose et nunc magistrum in theologia ad inquirendum et puniendum fratres delinquentes in predictis; ut hoc patet ex litteris sive scriptis dictorum generalium et Aragonie et provintie Provintie ministrorum et ex scriptura, que 'notorium'[1]) appellatur et ex aliis dictis et gestis ordinis sumptis de archivis dicte provintie, ex quibus patere potest, quod dicta doctrina et libri fuerunt per ordinem rationabiliter dampnati, que probationes et iura et acta diligenter videantur.

Secundo proponunt dicti fratres Raymundus et Bonagratia nomine dicti ordinis contra dictos fratres exemptos, quod ex eo, quod ipsi fratres exempti tradiderunt in manibus pape declarationes sive scripta dicti fratris P[*etri*] Jo[*hannis*] continentes errores in fide et scientes, quod in dictis libris continentur, responderunt deliberate, non credere in ipsis libris articulos aliquos erroneos contineri, et quod obtulerunt se paratos defendere, si aliquis calumpniari vellet dicta ipsius fratris P[*etri*]; et ex eo, quod postea petierunt dictam doctrinam erroneam tanquam catholicam relevari[b]); et ex eo quod in consistoriis et coram auditoribus deputatis dictam doctrinam defendere et excusare [*studuerunt*] ut catholicam tam verbo quam in scriptis; et ex eo, quod dictam doctrinam dicunt et dogmatizant catholicam: — censendi sunt credentes. fautores et defensores heretice pravitatis.

a) *So ist wohl eine Lücke der Hs. auszufüllen.* b) *Hs.* revellari

1) Vgl. oben S. 16, c. 44.

Tertio proponunt et requirunt instanter, quod super extirpatione dicte doctrine et errorum et heresum, de quibus supra fit mentio in petitionibus oblatis pro parte dicti ordinis coram reverendis dominis Nicholao Hostiensi episcopo et Nicholao tituli sancti Eusebii presbitero cardinali[1]) et scriptis in actis factis coram eis, et que petitiones[2]) postea fuerunt facte, lecte oblate coram domino papa et sacro collegio cardinalium; procedatur et fiat, secundum quod di[c]tant canonice san[c]tiones; que petitiones diligenter videantur et examinentur et quas coram prefatis magistris in theologia tradunt et offerunt dicti fratres pro parte dicti ordinis supradicti.

Quarto proponunt et dicunt (42b), quod supra doctrina predicta et penitus occasione ipsius doctrine ante omnem alium questionis articulum delatum fuerit et questio mota, sicut apparet manifeste per scripturam propositionis et supplicationis et querele facte in consistorio publico[3]) die XII^{0} mensis aprilis MCCCIX^{0}; que diligenter videantur. Et quod, cum ipsa questio tangat fidem et preiudicialis sit et de sui natura preambula; ideo debet ante omnes alias questiones discuti et fine canonico determinari, ex cuius adventu apparebit, utrum fratres dicte doctrine sectatores, sint super aliis querelis contra prelatos ordinis vel ipsum ordinem audiendi vel eis audientia deneganda.

Contra quartum et ultimum articulum, in quo dicti fratres exempti conqueruntur de punitionibus factis tam de se quam de sibi adherentibus, respondent et proponunt dicti fratres Raymundus et Bonagratia nomine dicti ordinis, quod quamvis ipse punitiones facte non fuerunt per generalem ministrum, qui nunc est[a]) nec per presentem ministrum provintie Provintie, sed potius alique ex eis facte fuerunt[4]) per prefatum fratrem Raymundum Gaufridi, quando erat generalis minister, et alique de consilio fratris Guillelmi de Cornilione[5]); qui fratres R[*aymundus*] et G[*uillelmus*] easdem punitiones in dicto 4^{0} articulo expressas reprobare nituntur; tamen ipse punitiones fuerunt facte pro magna parte pro eo, quod ipsi puniti erant credentes, sectatores et defensores errorum conten-

a) *Fehlt in der Hs.*

1) Vgl. diese Zsch. II, 361, Anm. 1 und S. 367, Anm. 2.

2) Offenbar ist die in dieser Zsch. II, 365 s. mitgetheilte Berufung gemeint, welche in drei verschiedenen Formen vorgelegt wurde: 1) mit der Adresse an die beiden oben genannten Cardinäle (II 367, Anm. 2), 2) am 1. März 1311 an den Papst selbst gerichtet (II, 379), 3) am 4. Juli in der Wohnung des Cardinals Johann von Murro (II, 365).

3) S. oben S. 139, Anm. 4) Hierüber die Studie über Olivi.

5) S. diese Zsch. II, 377, Z. 2.

torum in dicta doctrina fratris P[*etri*] et quia erant superstitiosi et superstitiosas conspirationes et conventicula a) fatiebant contra predictum mandatum prefati domini Nicholai pape III^i^ et quia fuerant inobedientes et rebelles prelatis suis et erorres contra sanam doctrinam pessimos asserebant; licet etiam aliqui ex eis fuerunt puniti ex aliis causis et fuerunt iuste et recte facte et pro ipsis presumendum est; et si collatio culparum ad penas fiat, invenietur contra ipsos punitos rationabiliter fuisse processum. Et non intendo relevare partem adversam ab honere probationis sibi imminentis ad improbandas ipsas punitiones. Producunt et exhibent prefati R[*aymundus*] et Bo[*nagratia*] libros registri inquisitionum factarum et testium receptorum contra eos, qui dicere volunt, se iniuste punitos, ut citius de mendatio convincantur.

Ad id quod dicunt, quod in ipsis punitionibus non fuit servatus ordo iuris, respondetur, quod ille ordo servatus fuit, qui consuevit per ordinem in talibus observari secundum ordinis consuetudinem, et quod privilegium domini Bonifatii pape VIII.[1]) indulget dicto ordini, quod processus in ordine circa correctiones regulares non possint impugnari propter defectum solempnitatis iuris et quod ad robur eorum suffitiat, si sint secundum cursum solitum ordinis celebrati, ut in ipso privilegio continetur.

Item prefati fratres proponunt scilicet R[*aymundus*] et Bo[*nagratia*] dicto nomine contra predictos exemptos, quod ipsi impetraverunt dictam exemptionem tacita serie facti et tacitis predictis excessibus et tacitis litteris apostolicis domini Nicholai et tacito quod abiuraverunt multi ex eis errores in dicta doctrina contentos, ad quos postea redierunt; et expressis falsitatibus, que in dictis eorum responsionibus continentur; et suggesto mendaciter ipsi domino pape, quod multa erant in dicto ordine corrigenda, que correctione sedis apostolice indigebant, eo quod per prelatos ipsius ordinis remanent penitus incorrecta, cum tamen reverentia generalis ministri nec alii prelati ordinis fuerunt requisiti, ut aliquid notabile corrigerent, quod non correxerunt toto posse nec esset aliquid tale in ordine corrigendum, quod limam (43a) apostolice correctionis exposceret; et suggesto mendaciter, quod ex verisimilibus coniecturis timebant sibi imminere magna pericula a prelatis et subditis ordinis antedicti; — et quod ipsi exempti dicto exemptionis privilegio multipliciter sunt abusi, sicut in supplicatione[2]) coram domino vicecancellario

a) *Hs.* conventuales.

1) In seinem Schreiben *Ad augmentum continuum* vom 12. Nov. 1295 in Sbaralea, Bullar. Francisc. IV, 371.

2) Dieselbe ist mir unbekannt. Sind vielleicht hier die von Raymund in seiner Actensammlung (s. oben S. 19, c. 6) erwähnten 'petitiones' gemeint?

oblata pro parte dicti ordinis continetur, que supplicatio denuo coram prefatis magistris auditoribus offertur et super hiis omnibus petitur et humiliter supplicatur pro parte dicti ordinis salubriter provideri. Et licet, ut superius est probatum, non possint dicti fratres exempti ex forma dicte commissionis facte dictis [a]) magistris aliqua nova proponere, super quibus questio non sit exorta, nec aliqua contraria confessionibus suis; tamen si contingeret eos novos articulos dare contra ordinem vel prelatos vel fratres ordinis in communi vel in spetiali, petunt prefati R[*aymundus*] et B[*onagratia*] dicto nomine de omnibus hiis, que de novo darent, sibi copiam fieri et quod facultas rationabilis defensionis non negetur eisdem. — Et ad cautelam contra quasdam diffamationes falso factas per dictum fratrem Ubertinum coram domino papa et cardinali de generali ministro, cum dixit mendaciter, quod idem generalis acceperat pecuniam a fratribus privatis actibus legitimis, ut eos restitueret ad ipsos actus, et ad convincendum ipsum fratrem Ubertinum de hoc incredibili et nephando mendatio produxerunt infrascriptas litteras videlicet: [b]) — Item in eum casum, in quo contingeret, dictos fratres exemptos audiri super novis articulis, ut equalitas in iuditio observetur, offerunt predicti R[*aymundus*] et B[*onagratia*], nomine quo supra, infrascriptas inquisitiones et attestationes dudum contra dictum fratrem Ubertinum[1]) factas et receptas, super quibus petunt dicto ordini iustitiam exiberi, que in quodam [*rotulo*] [c]), quem offerunt, continetur.

Item contra predictos exemptos et alios adherentes in hoc casu dant et exibent registrum inquisitionum dudum factarum contra eos et testium contra eos receptorum, super quibus petunt et supplicant dicto ordini iustitiam exiberi.

d) Die Replik Ubertinos von Casale (c. August 1311).

Als im J. 1311 der Eifer, mit welchem die Vorbereitungen zum Concil betrieben wurden, die Entscheidung des grossen Streites immer näher rückte, drängten sich auch die Streitschriften in kürzeren Zwischenräumen. Um nur die hauptsächlichsten zu erwähnen, dreimal[2]) erhob die Communität ihren oben mitgetheilten Protest gegen die Exemption der Spiritualen in Form einer heftigen Anklageschrift gegen Olivi. Noch bevor sie dies am 4. Juli zum letzten Mal that, liess sie (im Juni 1311) durch Bonagrazia und Raymund die eben mitgetheilte Entgegnung[3]) auf die

a) *Hs.* dicte. b) *Der Brief selbst fehlt in der Hs.* c) *Fehlt in der Hs.*

1) Vgl. oben S. 27, c. 7, S. 119, 124, 130; vgl. auch diese Zsch. II, 150.
2) S. oben S. 138, Anm. 6; S. 158, Anm. 3. 3) S. oben S. 141. s.

Antwort einreichen, welche Gaufredi wohl bereits im November 1309[1]) auf die bekannten vier Fragen ertheilt hatte. Nun folgten die beiden entsprechenden Erwiderungen der Spiritualen, zunächst, wahrscheinlich bereits vor dem 4. Juli 1311, die von mir früher veröffentlichte Apologie Olivis[2]) als Antwort auf den Protest und bald nach dem 4. Juli nachstehende Replik.

Als Datum dieser Schrift habe ich schon oben[3]) annähernd den August 1311 nachgewiesen. — Als Verfasser bezeichnet in derselben Ubertino sich selbst[4]); es flossen ja wohl ausser einigen der ersten Beantwortungen der vier Fragepunkte alle von den Spiritualen eingereichten Streitschriften aus seiner Feder. — Auffallenderweise thut Raymund von Fronsac in seiner oben[5]) mitgetheilten Actensammlung dieser Schrift keine Erwähnung.

Auch hier wie in der Apologie Olivis zeigt Ubertino seine Überlegenheit über Bonagrazia. Sich fast durchgehends auf die Defensive beschränkend, beantwortet er Punkt für Punkt die Entgegnung des Letzteren, wobei er jedoch mehrfach neue Materialien einflicht. Mit herber Ironie beleuchtet er die 'septem supererogationes' und die 'constitutiones fortes' der Communität. Sein Standpunkt ist derselbe, wie in seinen früher mitgetheilten Schriften; und hier wie dort wird es ihm nicht schwer seine These zu beweisen: das freilich bis zu einem gewissen Grade legale Abweichen der Communität von der vom hl. Stifter durch Wort und That, in Regel und Testament den Seinen vorgezeichneten 'vita fratrum minorum'.

Von den früher eingereichten Schriften erwähnt er vor Allem die Antwort Gaufredis[6]) sowie seine eigene auf die vier Fragen der päpstlichen Commission[7]), ja aus letzterer nimmt er einige Stellen[8]) fast wörtlich in diese neue Schrift auf. Ferner citiert er seinen 'Rotulus'[9]) mit den 25 Verstössen gegen die Regel u. s. w., seine mehr die theoretische Seite des Armuthsstreites behandelnde Schrift[10]) *Super tribus sceleribus*, sowie auch den 'Rotulus diffamatorius' Bonagrazias d. h. den Protest vom 1. März

1) S. oben S. 138, Anm. 6. 2) In dieser Zsch. II, 377 ff.
3) S. oben S. 138, Anm. 6. 4) S. unten S. 162, 190, Z. 30.
5) S. oben S. 1 f. 6) Vgl. unten S. 162, Z. 16.
7) S. unten S. 162. 8) S. unten S. 177, Anm. 1 u. S. 178, Anm. 1.
9) S. unten S. 163, Z. 26; S. 167, Z. 29.
10) S. unten S. 189, Z. 30 und oben S. 45.

und 4. Juli 1311 und die auf desselben ertheilte Antwort[1]). Endlich verweist er die Auditoren auf mehrere von ihm und seinen Gefährten eingereichte Actenstücke: die Processe, welche in Umbrien gegen Bentivenga[2]) und seine sechs Gefährten und in der Provence und in anderen Ordensprovinzen gegen die Spiritualen[3]) geführt worden waren.

Auch diese Schrift Ubertinos fand ich bisher nur in der mehrfach genannten[4]) Hs. der Capitelsbibliothek von Padua cod. A. 60 ff. 42b bis 56b; von der Beschaffenheit des Textes gilt das oben Gesagte[5]).

(f. 43b) Declaratio fratris Ubertini de Casali et sotiorum eius contra falsitates datas per fratrem Raymundum procuratorem et Bonagratiam de Pergamo et sotiorum et procuratorum relaxationis ordinis et transgressionis regule et inordinati regiminis prelatorum opprimentium tirannice innocentes; quam declarationem donat predictus frater Ubertinus offitio sanctissimi patris domini nostri summi pontificis humiliter obediens ei, vocatus et requisitus ab ipso, ne talibus mendatiis possit involvi et impediri utilitas minorum ordinis reformandi.

Primo dicit, quod predicti infideliter recitant responsiones factas domino pape dupliciter: primo, cum ponant fratrem Ubertinum ex nomine, contra cuius responsiones[6]) dicunt se defendere, nullam eius responsionem ad aliquem articulorum tangunt nec recitant nec respondent ad illa, cum tamen simul cum aliis responsiones eius fuerunt date domino summo pontifici et auditoribus aliis datis ab ipso. Nec similiter respondent ad responsiones multorum[7]) fratrum vocatorum per dominos cardinales[8]), dominum scilicet Prenestinum et dominum Thomam, in quibus manifeste ostenditur, quomodo in articulis datis ordo reformatione indiget. — Secundo, infideliter recitant illam responsionem, quam scribunt, quia in aliquibus falsificant textum, sed in toto ipsorum depravant intellectum, quem expresse sciunt tanquam eis in fatie recitatum et expositum coram domino nostro summo pontifice et collegio cardinalium. Et intellectus ille ab eodem domino papa est receptus et est iste, quod frater Raymundus[9]) bone momorie pro se et suis sotiis in . . .[10]) communicante, fratrum non tyranniam presidentium et capitula ipsorum, qui per similes ipsorum fiunt, sed multitudinem fratrum inno-

1) S. unten S. 192, Z. 6. 2) S. unten S. 163. 3) S. unten S. 184, Z. 9.
4) Vgl. diese Zsch. II, 364, 376 und oben S. 91. 5) S. oben S. 91.
6) S. dessen Antwort oben S. 48. 7) Vgl. oben S. 51f.
8) Vgl. diese Zsch. II 361, Anm. 1.
9) Fr. Raymundus Gaufredi; vgl. oben S. 141, Anm. 6.
10) Ein Wort ist hier unleserlich.

centium, qui bene sentiunt de intellectu regule sue et in[a]) intelligentia voti sui credentes, se ex voto sue professionis ad arctitudinem usus rerum obligari tanto strictius ceteris, quanto altiorem paupertatem promittunt, et quibus displicent excessus presentes, licet ex aliorum consortio et abusu multas imperfectiones contrahant, in quibus leditur[b]) pura observantia.

Item de primo articulo spiritus libertatis, qui est periculosior omnibus, et de quo sic videntur responsione sua in securo transire, per omnia falsa dicunt. Nam nunquam per fratrem Raymundum et sotios responsum est, quod de hoc non esset questio, sed potius responderunt, quod ipsi nesciebant aliquos; sed ego[1]) sciebam et responderam (?) domino nostro plenarie veritatem. Et credentes, quod esset necessarium, supplicabant domino nostro, quod tota virtute contra eos procederetur, sicut patet in responsione tunc data; et in rotulo nunc dato magistris valde male recessum est per illos, qui ordinem regunt. Et quia coperiri videtur error in infectis et erroris exterminatores[c]) viri fideles gravati sunt et infamati; et quasi videtur quicquid factum est post punitionem principalium per me factam, dare obstaculum, ne possit per nuntios[2]) domini pape illius erroris diffusio inveniri, sicut in rotulo probabiliter declaratur.

De secundo[d]) autem articulo, sicut patet ex predictis fraudulenter respondent ad transgressionem regule (**44a**), que notoria est, non tam sophistice quam aperte false respondentes[e]). Nam propter hoc, quod non respondent ad data per me et multos alios de aperta transgressione regule; ac per hoc non sunt articuli novi illi, qui nunc dantur per nos, nec eis incogniti, cum copiam habuerunt, si voluerint iam a multo tempore. Nec etiam est preclusa via melius veritatem cognoscentibus et dolositatem male exponentium confessiones proprias declarandi et transgressiones, de quibus queritur, amplius exprimendi, cum tamen in veritate nichil amplius contineatur notabile in rotulo[3]) de articulis regule communiter confecto et approbato ab omnibus, quam in confessione fratris Ubertini et plurium aliorum data iam fere a biennio, continetur.

Ad responsionem primi obiecti dicunt multa notorie falsa: primo, quod non sit deductum ad notitiam presidentium, ubi sunt dicti excessus vel per quos facti. Nam paucissima loca sunt in ordine, ubi non sint tales excessus, et optime sciunt, qui sunt promotores talium excessuum et ipsos vocant promotores ordinis et patronos et talibus comictunt

a) *Hs.* et non in. b) *Hs.* leditur] reditur.
c) *Hs.* externum actores. d) *Hs.* de] declaro. e) *Hs.* respondetis.

1) D. h. Ubertino von Casale, der in dieser Schrift seine Persönlichkeit deutlicher hervortreten lässt; vgl. oben S. 51, Z. 30. 2) S. oben S. 124, Z. 26.
3) Es ist hier die von mir oben S. 93f. mitgetheilte Schrift Ubertinos gemeint; dessen 'confessio' ist ohne Zweifel oben S. 51f.

regimen ordinis. Et cum nullà edificia possint fieri sine dispositione provintialium ministrorum, cum non sit provintia in ordine, in qua non sint multi excessus edificiorum, ostendant ipsi unum ministrum, qui pro talibus sit digne punitus, quia nullum in ordine scimus, sed viticsos in hiis bene novimus exaltatos. Et licet possit poni verbi gratia de fratre Jacobo de Tundo[1]), qui propter excessus huiusmodi fuerat, licet non digne sed superficietenus punitus per generalem, tamen factus provintialis minister in provintia sancti Francisci de capitulo suo, cum tamen aliquis sit multum relaxatus in vita et non integre fame, sicut in rotulis est expressum. Item frater Manfredus Bonfi[2]), frater Johannes de Senis[3]), frater Andreas de Tholomeis[4]), frater Illuminatus de Florentia[5]) et plures alii in eadem provintia et in pluribus aliis provintiis possent poni exempla, in quibus actores talium per ipsum generalem dimittuntur domini provintiarum et patroni locorum, que sic excessive edificaverunt. Verum est, quod aliquando super aliquos fratres ex aliis causis sibi displicibiles facit aliquas punitiones, sed super illos, qui vere viam relaxatorum tenent, si aliquando ad defensionem sui aliquas punitiones fecit, statim apparent sophistice et non vere; quia in melioribus locis vel eque bonis ponit eos prelatos et dominos uno anno et sic post modicum tempus remittit eos secundum vota prima locis propriis dominantes.

Secundum falsum est in illa prima responsione, quod dicunt, quod seculares istud fatiunt in duobus locis in Assizio et in sancto Francisco [a])

a) *Man sollte hier nach oben S. 146, Z. 6* et in sancto Antonio *d. h. in Padua erwarten.*

1) Vgl. über ihn Sbaralea (Supplem. ad scriptores trium ordinum S. Francisc. p. 377), Terrinca (Theatrum Etrusco-Minoriticum. Florentiae 1682, part. 1), Papini Nic. (L'Etruria Franciscana. Siena 1779, S. 10), Bartolomasi Bonav. (Series chronolog. ministrorum provincialium prov. seraph. S. Francisci de Umbria. Romae 1824, p. 15). Er war allem Anscheine nach zuerst Provincialminister in Tuscien, wo er sich ohne Zweifel am Baue der mächtigen Kirche von S. Croce in Florenz (1294 bis c. 1320) betheiligte. Später stand er der umbrischen Provinz vor; 1311 finden wir ihn in Assisi, s. a. a. O. Ist er vielleicht unten S. 174, Z. 6 s. gemeint?

2) Ob Manfredus di Siena, der als Custos von Siena am 5. Juni 1316 Procuratoren für den Convent von Colle bestellt? Papini l. c. pp. 64, 56.

3) Papini l. c. p. 56 erwähnt für c. 1297 einen Johannes de Senis als Inquisitor in Tuscien.

4) Doch wohl kaum Andrea Tolomei di Siena, der c. 1344 Inquisitor in Tuscien war; s. Papini l. c. p. 57.

5) Wahrscheinlich. Illuminato Caponsacchi di Firenze, welcher zu Anfang des 14. Jhs. dreimal Custos von Florenz war. Papini l. c. p. 83.

dantes intelligere, quod fratres non sunt ista peccantes. — Istud est falsissimum et mendatio plenum ad generalem istorum excessuum excusationem relatum. Nam rarissime seculares se offerunt ad talia edifitia, quin ymo fratres cum multis inportunitatibus ista procurant et cum multo secularium tedio et malo exemplo et cum multis dolosis, fallacibus allegationibus semper procurantur et cum multis malis absolutionibus usurariorum et receptionibus eorum indebitis ad sepulturam, sepe cum scandalo cleri et malo exemplo populi et cum multa credulitate dispensationis incertorum et aquisitionis elemosinarum, que deberent pauperibus infirmis et mendicantibus erogari, pecunia procuratur ad talia monstruosa et scandalizosa scilicet edificia construenda. Et si quando aliqui seculares, quod valde raro est, se (44b) offerunt ad talia, multum edificarentur, si fratres responderent, se nolle, quia non condecet statum nostrum. — Et quod adducunt legem, quod in immensum dare pro deo mensura est, hoc est verum, quando ex parte est devota et discreta distributio in pauperes indigentes et in exaltationem ecclesie, quas deus voluit in temporalibus exaltari. Non tamen est debita mensura, quod pauperes querant ditari ex aliorum dono, et quod fratres mineres contra suum statum ex divitum devotione et aliorum indigentium defraudatione velint palatia fabricare, per quorum expropriationem et arctum usum rerum voluit deus tam ecclesiam(?) in temporalibus ditare quam secularibus christianis, quin [a]) omnibus infidelibus mundi contemptum et vite austeritatem per evidentiam operis predicare. Istis igitur in immensum recipere et cum dolis et cum ypocritalibus verbis superflua procurare, horrenda est transgressio non mensura.

Quod autem dicunt, quod ordo habet duras et fortes constitutiones contra excedentes in edificiis, quod generales ministri puniunt transgressores, dicimus cum dolore, quia sicut non servatur regula sic multo minus constitutiones. Nec verum est, quod generales vel alii puniant huiusmodi excessus, nisi forsitan fraudulenter modo, quo dictum est supra. Et quod non puniantur debite, patet per evidentiam facti, quia ubique huiusmodi excessus toto posse multiplicantur, et talia fatientes sunt illi notorie, qui in ordine plus possunt et ordinem regunt et in conventibus dominantur. — Si dicunt: 'Ubi sunt hi'? ostendant, ubi non sunt; nam nos dicimus, quod ubique, si possibilitas adest. Et quia istud sciunt vel scire compelluntur necessario esse verum, idcircho sequitur horrenda blasphemia in Christi evangelium et in sanctam romanam ecclesiam, quam [b]) subnectunt dicentes, quod, si quis vellet dicere, quod sit excessus, substinere, quod fratres habitent in magnis et amplis et formosis edifitiis, hoc falsum est omnino, tum quia regula non prohibet,

a) *Hs.* quin] quod. b) *Hs.* quod.

tum quia romana ecclesia approbavit sibi talia edifitia, ut videtur, ex certa scientia; quia tempore Nicholai III, qui hoc fecit, huiusmodi edifitia erant in ordine, ex quo concludunt, quod licet eis talia edifitia habere, et talia horrere est romane ecclesie non esse subiectum. O dogma degenerans a perfectione et pervertens Christi doctrinam et sibi ipsi turpiter contradicens! Nam si hi non sunt excessus, ut quid igitur contra non excessus gloriati sunt supra, quod ordo habet fortes constitutiones contra edifitia et puniunt transgressores, cum talibus repugnare, ut hic innuitur, videatur romane ecclesie non esse subiectum!

Quod dicunt, quod regula non prohibet — ymo plene et superplene prohibet. Nam paupertatem, quam imponit VI. cap.[1]), ubi loquitur, quod non approprient sibi domos et quod sicut peregrini et advene in paupertate et humilitate domino famulentur[a]), vocat celsitudinem altissime paupertatis, que omnino excludit excessus huiusmodi. Et ipsemet beatus Franciscus legislator huius regule per spiritum sanctum et auctoritate papali in suo ultimo testamento, quando vicinus erat eterne luci et veritate plenus, dicit sic: '*In habitaculis et ecclesiis, in quibus manere debemus sive sint facta sive sint fienda ita precipio firmiter, quod ubicunque sunt fratres, caveant sibi, ut ecclesias habeant et habitacula paupercula et omnia alia, que pro ipsis* (45a) *constituuntur, penitus non recipiant, nisi essent sicut decet sanctam paupertatem, quam in regula promisimus, semper ibi hospitantes sicut advene et peregrini*'. Et in legenda[2]) continetur, quod docebat fratres, ut pauperum more pauperculas casas erigerent. Item in capitulo de paupertate[3]) dicitur, quod mandabat domos erectas dirruere vel fratres exinde amoveri, si quid in domibus ratione appropriationis vel sumptuositatis appareret, quod paupertati non per omnia consonaret. Diffinitiones autem generalium capitulorum, que fortissima statuta contra edifitia fatiunt, dicunt, quod intra promisse regule substantiam includuntur ut plurimum ipsa statuta.

Et quod ad hoc adducunt verbum Augustini, quod non usus rerum, sed libido in causa est vel in culpa — potest dici, quod sicut usus rerum non est in culpa, ita nec dominium in hiis, que licite possident; quia tamen utrumque potest esse mali occasio et non minus ymo plus laxus usus rerum necessariarum, ideo modo debito utrumque per votum nostre religionis abicitur. Sed nunquam contra exemplum Christi et sanctorum

a) *Hs.* famulantes.

1) Vgl. oben S. 110, 114, 115.

2) So der hl. Bonaventura in seiner Legende cap. 7 nach dem gleich anzuführenden 'capitulum de paupertate' der vita 2a.

3) Nach der vita 2a des sel. Thomas von Celano (ed. Romae 1806, p. 175 s.) geschah dies in Bologna und an der Portiúncula-Kirche.

et perfectionem propriam cum tanta exspoliatione aliorum pauperum indigentium hec monstruosa edifitia sine libidine fiunt. Nam Christus dicit, quod non habet, ubi caput reclinet; et Chrisostomus[1]) exponens dicit: '*Audiant, quibus edificandarum domorum cura est, quos marmoree columpne delectant, quia filius hominis non habet, ubi caput reclinet*'. — Quod dicunt, quod romana ecclesia appropriavit sibi talia edifitia, falsum est, si respitiatur modus recipiendi in decretali *Exiit*. Nam recipit illa in proprietatem suam, quorum usum facti fratribus licet habere. Et alibi dicit, quod in usu rerum semper appareat necessitas et paupertas in eis reluceat. Igitur si monstruosa predicta edifitia sunt contra statutum, ymo quia sunt, ut patet, et alie res superflue et curiose, quibus abutuntur fratres, non transierunt in dominium pape per istum modum[2]), quia talium usum facti fratribus non licet habere, sed talium erunt proprietarii vel usurpatores.

Quod postea subnectunt, quod non possunt ea destruere, cum sint solum usurarii — o quam ridiculosa allegatio ista est! Nam cum dominus papa recipit ad dandum eis adiutorium regulam in paupertate melius observandi ac per hoc receptio talis dominii sit meritoria domino pape, quia est perfectioni talium pauperum oportuna, et solum propter hoc videatur recepisse dominium talium rerum; tunc possessio meliorabitur domino pape, quando destruuntur monstruosa edifitia contra professionem[a]) illorum, pro quorum salute accepit dominium; et deterioratur possessio eidem quantum ad fructum, quando edificant eam usurarii ultra de essentia perfectionis sue modum. Unde cotidie deteriorant domino pape possessionem, quando in loco proprietatis sue ad hoc retente, ut paupertas regule a fratribus minoribus observetur, edificant superflue et curiose et contra morem pauperum[b]) mundi contemptorum. — Quod autem dicunt, quod ipsi vere sicut peregrini transeunt de loco ad locum, videatur XIIII articulus regule[3]) in rotulo per nos dato et apparebit, quomodo hanc expropriationem et peregrinationem observant. — Quod subinferunt tanquam certum, quod fratres communiter habent vilia edifitia, hoc notorie falsum est, quia ubique vel habent excessiva vel nituntur habere. — Quod subnectunt, quod hec fiunt (45b) per seculares, iam responsum est supra.

Quod in spetiali coloratur de ecclesiis, que sunt ad divinum cultum ampliandum et devotionem excitandam et ad congregandum seculares, qui melius veniunt ad ecclesias pulcras quam turpes, ex inconsideratione

a) *Hs.* possessionem. b) *Hs.* pauperis.

1) In Matth. S. 20.
2) Vgl. oben S. 83. 3) S. oben S. 110f.

vocationis sue ista producunt. Nam intentio beati Francisci, ut patet ex primis locis ab eo receptis, fuit, quod loca fratrum minorum essent solitoria et spiritus et animi quieti[a]) et silentio apta et a rumore secularium separata et ideo extra habitationes villarum constructa, sic tamen vicina, quod possent fratres accedere ad parochiales ecclesias ad proponendum cum voluntate prelatorum populis verbum dei. Nec volebat nec intendebat, quod fratres habitarent in medio civitatum et ibi domos civium destruerent et facerent magna viridaria et innumeram pecuniam consumerent, que deberet[b]) pauperibus erogari, ad fatiendum amplissima loca, ubi nobiles cives [*vix*][c]) possunt habere habitacula arcta. Nec fuit intentio beati Francisci, quod loca fratrum essent continue plena secularibus et ecclesie mulieribus, que inde magis otiositati et confabulationi vacant quam spirituali profectui, ut patet cotidie operis per effectum. Nam pro predicatione, confessione et oratione valde parum[d]) more ipsorum ibi cum fratribus de tempore occupatur. Et esto quod diceretur, quod propter predicta conveniunt, voluit beatus Franciscus, quod ista fierent in ecclesiis curatis propter hoc ordinatis; et quod ecclesiuncule fratrum essent pro ipsis fratribus quiete orantibus et divina celebrantibus, non pro rumoribus congregationis ibidem; et quod ipsi fratres essent talis sursum actionis in deum, quod non curiositatibus edificiorum sed magnalium Christi operum traherentur in deum. — Quod autem sic intenderet beatus Franciscus quoad omnia, que in ista responsione ipsum dico intendere, licet multa pateant per regulam et testamentum et legendam ipsius, omnia tamen patent per sua verba expressa, que per sanctum virum Leonem[1]) eius sotium tam de mandato sancti patris quam etiam de devotione predicti fratris fuerunt solempniter conscripta in libro, qui habetur in armario fratrum de Assizio et in rotulis eius, quos apud me habeo, manu eiusdem fratris Leonis conscriptis, in quibus optime beati Francisci intentio quoad paupertatem regule declaratur contra omnes abusiones et transgressiones, quas isti colorare nituntur. Et non sunt nec fuerunt solliciti prelati huius ordinis, sic illum librum de intentione patris sui diffundere, sicut privilegia de recipiendis funeralibus et de instituendis procuratoribus ad temporalia causidice per litigia procuranda; quin ymo, quod nephas est cogitare, in provintia Marchie et in pluribus aliis locis testamentum beati Francisci mandaverunt districte per obedientiam ab omnibus auferi et comburi[2]). Et

a) *Hs.* spiritu aliquieti (?). b) *Hs.* deberent.
c) *Fehlt in der Hs.* d) *Hs.* parum quid (?).

1) Vgl. hierüber oben S. 53, Anm. 3.

2) Über die Verbindlichkeit des Testamentes entstanden schon früh Zweifel und Zwistigkeiten, wie uns die Constitution *Quo elongati a saeculo* Gregor IX. vom J. 1230 zeigt.

uni fratri devoto et sancto, cuius nomen est N. de Rocanoto[a]) combuxerunt dictum testamentum super caput suum. Et toto conatu fuerunt soliciti, annullare scripta beati patris nostri Francisci, in quibus sua intentio de observantia regule declaratur. Nec possunt quomodolibet sustinere, quod fratres de intentione dicti patris ad observandam regulam informentur, (46a) quoniam potius et informantes et audientes vocantur ordinis destructores, nutrientes vero litigia causidica promotores.

Mirum certe, cum litigia causidica iudicantur magne imperfectionis in secularibus christianis, quomodo cum tanta anxietate per ipsos, qui se dicunt in perfectione super cherubim evolasse, ad hec fatienda contra proprium statum privilegia extorqueant. Et certe istud est retro aspicere ab aratro iam assumpto et ineptum fieri regno dei.

Intentio etiam beati Francisci patet in ecclesiis, quas edificavit suo tempore, que valde parve sunt et non curiose, et tamen ita fortes, quod videtur[b]), quod usque ad diem iuditii durarent[c]). — Nec valet, si dicatur, quod habebant tunc paucos fratres, quia sicut ipsimet confitentur, ipse per spiritum propheticum vidit multiplicationem fiendam, et ita, si voluisset facere solum pro presentibus non fecisset tante durationis. Preterea non est verum de loco sancte Marie de Portiuncula, quod pauci fratres illuc convenirent, ymo multo plures conveniebant, quam nunc in aliquo loco de ordine; et omni anno fiebant ibi capitula et de tertio in tertium generalia[1]) et aliquando, sicut et dicitur in legenda, usque ad ultimum fratrem convenisse dicuntur. Nec tamen unquam voluit permittere beatus Franciscus, quod ibi fierent edificia nisi pauperecula, licet dominus papa et cardinales et divites seculares, ymo ipsum commune Assisii ad construenda talia absque fratrum sollicitudine se offerrent. — Quod concludunt, quod in talibus excessibus opera Christi non defitiunt, sed semper profitiunt et quod vir bonus hic aperte prospicit, lacrimosis clamoribus est deflendum[d]). Nam ista non sunt opera Christi quantum ad viros talis perfectionis, si Franciscus et eius regula sunt opus Christi. Possunt igitur dici potius opera Antichristi maxime colorationes et defensiones defectuum predictorum, quos bene representat Anthiocus prophanator templi, qui interpretatur salentium (?) paupertatis; et de perditionis (?) filio dicit Danihel[2]), quod in copia rerum occidit plurimos.

a) *Ob* Recanate? b) *Hs.* videntur.
c) *Hs.* durarentur. d) *Hs.* deflentes.

1) In der von Honorius III. 1221 gutgeheissenen Regel wurde festgesetzt, dass die Gen. Capitel, die anfangs jährlich stattgefunden hatten, nur mehr jedes dritte Jahr sich versammeln sollten. Vgl. die Legenda trium sociorum cap. 16. 2) Dan. 8, 25.

Nec valet, quod adducitur de ecclesia, que in paupertate incepit, in deliciis habundat; quia ecclesia est unum corpus ex diversis statibus tanquam ex diversis membris compositum, unumquodque institutionem suam debet, sicut membrum complexionem propriam, conservare. Unde apostoli qui paupertatem voverant, nunquam fuerunt divites. Nec prelati huius temporis promittunt paupertatem apostolisimpositam a Christo, nunquam voluerunt esse imitatores perfectionis Christi penurie. Et ideo nichil, quod dicamus de regula nostra, ut isti malitiose infra dicunt, ut videtur, ad eos contra nos provocandos, in prelatos impingit. Debet ergo iste status suam paupertatem primariam a beato Francisco institutam indeclinabiliter tenere et dimittere alia membra ecclesie secundum eorum exigentiam divitiis habundare, alioquin sequeretur, quod ista perfectio posset servari acquisito dominio et usu rerum omnium, que sunt mundi, ut sicut ecclesia in aliquibus membris suis mundum possidet sine culpa, sic et isti possunt effici omnium mundialium possessores. Quod si hoc intendunt, finaliter habeant sibi, dummodo dimittant nobis tanquam filiis beati Francisci legitimis paupertatis altissime dulcissimam ipsam amantibus portionem.

Quod autem dicunt, quod tempore domini Ni[*colai*] erant in ordine, ac per hoc recipiendo proprietatem et commendando statum videtur autenticasse predicta, miror, quod voluntas improba suos defendendi excessus (**46b**) sic ipsorum intellectum excecat, si credant predicta. Nam sicut dictum est supra[1]), districte sibi appropriat ea sola, quibus fratres usu facti solius licite uti possunt. Nec sic voluit omnes defectus fratrum, quos sciebat, in decretali arguere singilatim omnes; idcircho sequitur: ergo approbavit eosdem. Et tamen, si quis diligenter attendat, excessus talium plenarie reprobavit, dum dicit, quod in omnibus, quibus fratres utuntur, semper appareat quoad dominium omnimoda abdicatio et in usu necessitas; et quod prelati pro se et subditis sic fatiant, quod in eis et eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout eis ex regula invenitur indicta[2]). Unde predictos defectus sui temporis sibi cognitos, quantum ex se fuit non solum non[a]) autenticavit, sed fortissime arguit et restrinxit, sicut patet in littera fratis Bonegratie[3]) tunc generalis ministri missa per ordinem universum: in qua inter cetera continetur, quod dominus Nicholaus tunc dixit sibi et ceteris ministris,

a) *Fehlt in der Hs.*

1) S. oben S. 167, Z. 12. 2) Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 409.

3) S. dieses Rundschreiben in der Chronologia hist.-leg. I, 31. Glassberger (Analecta Franciscana II 93) theilt nur den Anfang mit. Dasselbe ist von Viterbo, in Glassberger vom 21. Sept., in der Chronol. vom 8. Oct. 1279 datiert.

quod usque ad cicinnos sui capitis turbaretur, si fratres in observanda regula non essent in posterum cautiores, cum mordentes eos de inobservantia sic excommunicationis ligaverit sententia dura. Per quod patet, quod ex tunc reductione ad observantiam indigebant. Data vero relaxatis securitate per sententiam huiusmodi et expositionibus dilatativis, quos fratres dant declarationi ad suas voluntates pro libitu nutriendas, secuta est ex tunc tanta distructio observantie regularis contra tamen intentionem piam summi pontificis, quod medela data per ipsum fratribus convertitur in venenum, dum ex obscuritate latini a simplicibus non intelligitur et a maturioribus depravatur, sicut patet in tota responsione ista et in aliis dictis eorum, in quibus semper eam allegant ad suos colorandos[a]) excessus, licet, si bene consideretur, in nullo patrocinetur eisdem. Non sine causa pater sanctus Franciscus conscius futurorum plenus spiritu sancto mandavit in testamento suo, quod sine aliqua glosa regula servaretur, que habet latinum clarissimum et simplicissimum volentibus observare.

Quod ultimo dicunt, quod excessus edificiorum deserviunt parcimonie quia relicta fratribus non in cibis sed in edifitiis convertuntur, multiplicem habet calumpniam. Nam quoad maiores non est verum, quod propter hoc voluerunt perdere unum bolum, sed potius data occasione, quod fatigantur in talibus et refici plus propter hoc indigent, magis secure et habunde nutriunt gulam suam et ex suis particularibus familiaritatibus procurant sibi mitti encenia et ex suis spetialibus depositis fatiunt ea fieri et dicunt, quod parcent conventui aggravato et pauperculos fratres et sepe infirmos contra regulam spoliant suis necessitatibus pretextu huiusmodi, ita quod non in parcimoniam sed in crudelitatem impiam ex uno latere et in gulosam lasciviam ex altero excessus huiusmodi convertuntur. Et esto quod dicerent verum, alio modo viris perfectis est acquirenda parcimonia, quam de elemosinis pauperum monstruosa edifitia erigendo. Quomodo frater Bonaventura et generale capitulum sui temporis de ista materia senserunt, audite quid continetur in eorum littera[1]) per ordinem missa in hec verba: '*Nam frequentia discursus, importunitas questus viles nos et graves effitiunt, pro eo scilicet, quod dum nolumus esse* (47a) *contenti et edifitia sumptuosa conamur erigere, vilia, summo studio queritantes nobilia, per incuriam perdimus, cum murorum curiosa constructio in destructionem generet morum et edifitiorum ad excelsa porectio prostrationem pariat animarum*'. Et in alia littera[2]), ubi X occursus transgressionis nostre regule enumerat, dicit sic: '*Occurrit edifitiorum*

a) *In der Hs. im Text* colorandos] celebrandos, *aber am Rand in alter Schrift* aliter: colorandos.

1) Vgl. oben S. 60, Anm. 3. 2) Vgl. oben S. 79, Anm. 1.

constructio curiosa et sumptuosa, que pacem fratrum inquietat, amicos gravat et hominum perversorum iuditiis multipliciter nos exponit.' Et in fine dicit, quod professio nostra impugnatur evidenter in omnibus supradictis. Frater etiam Johannes de Pychano dicit in libro de perfectione evangelica, quod edifitia nostre religionis sunt monstra nostre professionis. — O quam dissimilis est hec indocta doctrina zelo primorum patrum conantium extirpare mala ne crescant (?), cum isti nitantur ea ostendere esse bona ac pro hoc totis conatibus prosequenda. Et ideo in hoc articulo et in aliis est notandum tanquam summum malorum, quod alii status defectus confitentur, si quos habent, et gemunt sub eis; hii vero nituntur trangressiones sue regule et dissipationes sui status verbis fallacibus perfectiones ostendere.

Ad obiectionem de excessu indumentorum et librorum dicunt, quod exempti corrigant semetipsos, — hoc non est respondere, sed falsum certum ingerere. Nam constat, quod, licet aliqui de exemptis rapiantur a flumine transgressionis presentis et in medio positi infectorum infitiantur et ipsi in aliquibus ab aere pestilente ipsorum, tamen omnes exempti et eis adherentes cognoscentes importabilem lapsum, qui modo est, gemunt et clamant reptantes manibus et pedibus exire de fluvio submersionis presentis, licet in pluribus excessuum regentium ordinem inundantia non permittat. Nam et in domibus transgressoriis eos morari oportet, cum non habeant alias; et indumenta de panno pretioso portare, sicut induuntur aliquando fratres de panno deformi a regula per suos prelatos. Sepe cum fratribus, cum quibus utuntur, condescendentes exterius ad similia, partim ut habeant pacem cum eis, partim rapti lapsu consuetudinis prave, coacti necessitate egritudinis sere (?); sive sic fatiant sive sint aliqui, qui vigore spiritus in medio perversionis (?) tante velint erecti [a]) stare et observantiam regule demonstrare; primi a relaxatis [b]) vocantur homines voraces, sicut Iudei de Christo dicebant; alii quasi demonium habentes, quod Iudei inferebant Johanni, et sic tam condescensionem conformitatis ad eos quam separationem a suis lapsibus nituntur semper verbis detractatoriis maculare. Nam certum, quod multi ex predictis fratribus rigide vivunt et secundum regulam in victu et vestitu aspero, libros sibi appropriatos non habent[1]), cum tamen possent plus ceteris, si vellent, in huiusmodi abundare. Et plures ex eis puniti sunt,

a) *Hs.* erepti. b) *Hs.* relaxantes.

1) Auffallend ist, dass selbst fr. Raymund Gaufredi sich durch ein eigenes päpstliches Schreiben ermächtigen liess, seine Bücher (quosdam libros tuo usui deputatos, quos pro maiori parte fuisti ab amicis tuis et parentibus consecutus) den Conventen von Aix und Marseille zu schenken. Sbaralea, Bullar. Francisc. IV, 374.

quia nolebant excessus transgressorios regule sequi, de quo exempla sunt plurima, quibus universus ordo respondere non poterit, in provintia Tuscie, Janue, sancti Francisci, Marchie et in provintia Provintie et in aliis multis locis[1]). Et licet in aliquibus mendaciter et in aliquibus dolose alias causas producant, tamen multi sunt ab eis crudeliter ex sanctitate et zelo et observantia regule puniti, contra quos non possunt fingere aliud criminale.

Quod vero dicunt, quod si de aliis fratribus dicimus, quod excedant, exprimere debuimus, — respondemus, quod in responsionibus nostris bene expressum est, quod prelati, lectores, confessores, predicatores et alii, qui possunt (47b) temporalibus habundare communiter ista fatiunt; et si peterent nomina, oporteret plura millia describi. — Quod dicunt, quod generales ministri et prelati ista corrigunt, quando sciunt, — respondemus, quod ipsi, ut plurimum, sunt istorum auctores malorum et non puniunt conformes vite sue, sed nituntur extinguere omnes, qui volunt a suis relaxationibus deviare, nisi essent aliqui, qui abstinentes ab istis exterius, omnem relaxationem prelatorum et predictos abusus discretionem et rationabilem prudentiam nominarent; quod utique nostro iuditio non potest fieri nisi ex horrenda ignorantia sui status vel execrabiliter mentiendo. In provintia etiam Mediolanensi dicitur de voluntate ministri generalis ordinatum, quod nullus frater induatur, nisi de panno, qui apud eos vocatur Mediolanensis; et notorium est, quod ille pannus tam albus quam crisus melior, qui fiat in Ytalia, communiter in illo genere reputatur. In provintia etiam Tuscie prohibitum est sepe fratribus portare tunicas de Romandiolo et habentibus sunt ablate. Similiter in provintia sancti Francisci ablati sunt fratribus habitus viles et in provintia Januensi similiter et in aliquibus concisi sunt in frusta habitus, ne possent eos portare. Et fratri Gervasio inhibitum est, ne villam intraret cum habitu de vili panno; et tamen certum est, quod predictarum tunicarum vilitas vix ad vilitatem regule et priorum patrum observantiam appropinquat. Preterea, quomodo punient prelati excessus istos, cum ipsi eos statuant et nituntur in responsionibus suis ostendere, quod non sunt excessus nec in regula prohibentur. Quin ymo detestabiliter infra cum multa impudentia dicunt, quod in multis plura fatiunt, quam eis in regula imponatur; de malis utique verum est, quod multa contra regulam fatiunt, sed de bonis utinam tantum facerent, quod posset sine totali perfectionis destructione aliqualiter tolerari, et esset tolerabile malum et in huiusmodi taceremus.

Quod vero sepe adducunt ad velamen legentium, quod ordo habet duras constitutiones et fortes, una responsione eliditur: quod talia ypocritaliter stant in scriptis maxime quoad observantiam paupertatis, quia

1) Vgl oben S. 88, Anm. 1.

non servantur et transgressores non puniuntur nisi viliter et apparenter, ut dictum est supra, vel nisi quando contra emulos sanctificatur bellum per prelatos ex constitutionibus predictis. Secundo, quia in prelatione ponuntur per generalem ministrum illi, qui sunt plus culpabiles. Contra illa, que scribit, exempla sunt innumera et in promptu in provintiis superius nominatis. Et in capitulo provintiali Tuscie fecit legi multa instrumenta proprietaria et simonyaca[a]), in quibus plures fratres horrende lapsi fuerant et verba contra illa vitia et illos fratres ex nomine horribilissime sublimavit; et dum audientes expectarent, quod ipsos, ut digni erant, exemplariter[b]) puniret, punivit unum ex eis, ministrum provintialem instituit alias multum insuffitientem et iuvenem lapsum et inexpertem, de quo iam horribilia sua provintia clamat, et hec est provintia sancti Francisci[1]); alios[c]) in ministerio dimisit, de quo etiam multitudo sue provintie proclamat, et est provintia Bononiensis; alios facit custodes et guardianos; et sic puniuntur in ordine paupertatis transgressores. Hec sunt in promptu[d]) ad probandum, quia multitudo fratrum diversarum provintiarum petunt instanter, quod auctoritate domini pape mitterentur viri zelantes pro puritate observantie regule vel quomodo aliter insuspecti, (**48a**) et invenirent horrenda, quomodo viri dissipatores regule singuli super alios dominantur. Et hic etiam si vultis testes in presenti recipere, plurima probabunt.

Quod autem dicunt, quod non est contra[e]) regulam vel declarationem iste excessus tunicarum et librorum, aperte falsum est. Quod habunde probamus, primo per verba regule et declarationis, secundo per verba expressa sancti Francisci et observantiam patrum primorum. — Nam regula [dicit][f]), quod quando novitii recipiuntur, quod si habent bona temporalia, ea studeant pauperibus erogare; et parati sumus ostendere, quod intelligat de pauperibus mundi et non de conventibus fratrum[2]). Et postea dicit regula, quod concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio et cingulum et braccas et caparonem usque ad cingulum, nisi [*ab*] eisdem ministris aliter iudicatur; et istud 'nisi' ad solum caparonem refertur, ut scilicet quando novitii intrantes ordinem essent nobilis status, possent ministri, si eis videretur, eis dare ex tunc tunicam habitus sine caparone, quod idem est quod probationis caputium. Et illud 'nisi' nunquam aliter fuit expositum, quod ex regula tribueretur hic ministris auctoritas aliqua plura de bonis suis quam expressa sunt fratribus novitiis concedendi. — Postea dicit regula, quod finito anno promittant vitam istam et regulam observare, et quod illi,

a) *Hs.* simoyca. b) *Hs.* vel puniret. c) *Hs.* aliis.
d) *Hs.* improntu. e) *Fehlt in der Hs.* f) *Fehlt in der Hs.*

1) S. oben S. 164, Anm. 1. 2) Vgl. oben S. 97.

qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, qui voluerint habere; quod dicit: non cogantur habere inferiorem nisi velint. — Postea dicit, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, hoc est dictum, quod tam superior tunica habitus quam inferior sit de panno vili. Et qualis vilitas intelligatur ab eo declaratur, cum dicitur, quod possit repetiari de saccis et aliis petiis cum benedictione dei; per quod datur intelligi, quod inter pannum et saccum debe esse conformitas vilitatis, licet etiam alia de causa loquatur regua de repetiatione. Nam quia regula non concesserat nisi habitum et inferiorem tunicam volentibus, ad volendum, quod fratres possent prov dere[a]) necessitati defensionis a frigore cum paucitate vestium et pauco panno, concedit repetiationem sive de panno novo sive de veteri sive de sacco Quia enim fratres ex regula debent esse spirituales et austeri, et tamen cum hoc discreti, ne seipsos occidant nec nimium ad corporis fomenta relaxent, ideo de repetiatione sic fuit intellectum et a fratribus multo tempore observatum, sicut nos, qui scribimus, occulata fide perspeximus; quod scilicet fratres, qui volebant habere nisi habitum et timebant, ne sufficeret eis pre frigore, maxime in spatulis et pectore, ponebant unam petiam sive de panno sive de sacco, sive novam sive veterem super habitum vel infra, ante et retro ad modum foderature suentes usque ad cingulum vel sicut necessitas eorum requirebat. Licet enim paterentur in una parte corporis frigus, nolebant tamen propter hoc inferiorem tunicam recipere, sed illi parti, in qua patiebantur, per talem repetiationem succurrerunt. Et beatus Franciscus et sotii communiter super habitum exterius repetiationem saccinam portabant usque ad umbilicum ante et usque ad renes retro, buscum tunice sacco operientes. Sic nos ipsi vidimus fratres antiquos portare. Et hoc fuit factum, quia aliquis timet frigus in stomaco (48b) et non sic alibi, et iste repetiabat ante et non retro; aliquis timet frigus in capite, iste repetiabat caputium et de[b]) aliis partibus corporis est notandum. Item quia aliqui debiles non poterant evadere cum solo habitu, concedit regula tunicam inferiorem volentibus, unam scilicet. Et quia etiam aliqui fratres cum duabus predictis vel propter debilitatem corporis vel propter asperitatem temporis vel propter frigiditatem regionis non possent evadere, idcirco concedit regula, quod tam inferiorem quam superiorem tunicam possint fratres repetiare modis predictis, ut sic et necessitas habeatur stricta et superfluum resecetur. — Quod sic intellexerit beatus Franciscus et sic servaverit patet in legenda[1]), ubi sic dicitur: '*Unica tunica, corda et femo-*

a) *Hs.* ad volendum providere, quod fratres possent necessitate.

b) *Fehlt in der Hs.*

1) In der Legende des hl. Bonaventura cap. 7.

ralibus dives hiis usque ad mortem contentus fuit'. Et in testamento[1]) suo dicit sic: '*Illi, qui veniebant ad recipiendam vitam id est ad ordinem, omnia, que habere poterant, dabant pauperibus et erant contenti tunica una intus et foris repetiata, qui volebant, cum corda et bruccis et nolebamus plus habere*'. Hec ibi. Et dicit hoc, quia licet regula inferiorem tunicam [*permitteret*] a), tamen primi ex fervore solo habitu erant contenti. — Patet igitur, quod repetiatio hic intelligitur quasi per modum foderature ad necessitatem stricte habendam et ad vilitatem saccinam mundo in habitu demonstrandam, in signum, quod in corde despicabiliores et viliores de mundo isto deberent se fratres reputare et in signis extrinsecis hanc humilitatem mundo ostendere, sicut in nostris primis patribus apparuit evidenter. Et non intelligitur solum eo modo, quo infra male exponunt, quod concedit tunicam repetiare, quando est fracta et non habet aliam meliorem; nam de hoc nullum poterat esse dubium, quando licet cuilibet pauperi, sed de primis modis poterat dubitari.

Ex premissis igitur plura concluduntur, primum est, quam strictissime regula vult fratres temporalibus uti. Secundum, quod regula non concedit vestes mutatorias sive in habitibus sive in inferioribus. Tertium est, quod ex quo regula venientibus ad ordinem non cedit nisi predicta de propriis divitiis; quod multo minus vult concedere fratribus, quod habeant plura de divitiis alienis. Sed quia interdum oportet fratres lavare tunicas, voluit, quod essent alique in communi, plures vel pautiores secundum quantitatem fratrum, quibus etiam pro necessitate uterentur infirmi. Et ideo dicit in alio capitulo regula, quod de fratribus induendis ministri et custodes solicitam curam gererent secundum loca et tempora et frigidas regiones, ut scilicet modis predictis de tunicis et de repetiationibus providerent. Quartum, quod, cum beatus Franciscus sciret, quod novitii et professi erant futuri clerici, et fratres sui deberent populo predicare, vitia et virtutes, penam et gloriam verbis examinatis et castis et deberent divinum offitium facere secundum ordinem romane ecclesie, ex quo breviaria habere possent, nunquam tamen regula concedit novitiis de bonis suis libros vel aliquid aliud quam predixi, nec alicui professo concedit aliud quam novitiis est concessum (49 a). Licet igitur offitium divinum supponat usum breviariorum et predicatio scientiam et scientia studium et studium usum librorum, non tamen propter hoc sequitur librorum appropriatio et sic in tanto excessu multiplicatorum per singulos fratres, sed solum usum talium in locis fratrum pro communitate conservatorum, quod a principio fuit per beatum Franciscum et

a) *Fehlt in der Hs.*

1) Mancherorts gedruckt, so in der Chronologia hist.-leg. I, 15.

sotios observatum, qui in libris communi usui deputatis dicebant offitium et studebant.

Et quia aliqui vivente beato Francisco iam inceperunt particulares libros ad usus proprios acquirere, idcirco beatus Franciscus cepit eos fortiter arguere, dicens, hoc esse contra regulam. Nec unquam voluit alicui concedere, licet a multis, quos tenere diligebat, fuerit multoties propulsatus; sicut patet de fratre Richerio de Marchia[1]), qui fuit nobilis valde et sanctus et beato Francisco dilectus, qui requisivit eum de ista questione in hec verba: 'Dic michi pater intentionem, quam habes modo et credis habere usque in diem mortis, ut possim certificari de intentione tua prima et ultima, utrum nos fratres clerici, qui tot libros habemus, possumus illos habere, quamvis dicamus, quod non sint nostri.' Cui respondit beatus Franciscus: 'Dico tibi frater, quod hec fuit mea voluntas et est prima et ultima mea intentio [*quod frater nichil*] debet habere nisi vestimentum, sicut regula nostra concedit nobis, cum cingulo et femoralibus'; et ibi multa ponit, ostendens, quod hec fuit et est intentio dei de observantia paupertatis regule a fratribus, sicut sibi a deo fuerat revelatum. — Et ponitur ibi exemplum de quodam provintiali ministro[2]), qui petebat a beato Francisco de intellectu predictorum et respondit ei, ut dictum est supra. Tunc minister dixit ad eum: 'Quid fatiam ego, quoniam habeo tot libros, qui valent quinquaginta libras'; hoc dixit volens habere de beneplacito suo. Cui beatus Franciscus respondit: 'Frater nec debeo nec possum venire contra conscientiam meam et perfectionem sancti evangelii, quam professi sumus'; et nullo modo voluit concedere. Unde ille minister multum factus est tristis. Quod videns beatus Franciscus, cum magno fervore dixit ad eum in presentia omnium fratrum: 'Vos fratres minores ab omnibus vultis videri et vocari observatores sancti evangelii, et in operibus vultis habere loculos'; et multa ibi dicit asserens, quod ex revelatione dei acceperat, quod [*hec esset*][a]) intentio domini nostri Yhesu Christi de evangelio a fratribus observando. Et multa sunt ibi, in quibus ostendit, quomodo volebat fratres quoad studium conversari. — Item alia vice, sicut ibi legitur[3]), quidam novitius valde dilectus beato Francisco ei semper fuerat infestus, quod sibi concederet psalterium habere. Et importunitate victus dixit ei: 'Vade et fatias de hoc, sicut dixit tibi minister tuus'. Quo dicto post modicum beatus Franciscus revocavit novitium illum ad se et

a) *Fehlt in der Hs.*

1) Hiezu und zum Folgenden vgl. oben S. 75, Z. 3.

2) Speculum l. c. f. 8b; vgl. die vita 2a des sel. Thomas von Celano ed. Romae 1806 p 177.

3) Speculum l. c. f. 10a.

genuflectens dixit ad eum: 'Mea culpa, mea culpa, frater; quoniam quicunque vult esse frater minor, non debet habere nisi tunicas, sicut regula sibi concedit, et femoralia, et qui necessitate coguntur, possunt portare calceamenta'. Et ibi sequitur, quotquot petebant ab eo de hoc, semper hoc et non aliud reportabant. Ibi etiam sequitur, quomodo fortissime detestabatur, quicquid fiebat in contrarium et quomodo per illam viam venirent ad relaxationes tales, quod essent hominibus seculi in obproprium, et quod compellerentur reverti ad perfectionem et vocationem suam. — Hec omnia scripta sunt per manum fratris Leonis in libro, qui est Assizii et in rotulis, quos habemus, ut superius est expressum. Ex quibus patet, quod (49b) intentio regule et beati Francisci omnem appropriationem librorum exsuffiat.

Fuit ergo intentio eius, quod in communi essent libri ad divinum cultum et sapientiale studium, et quod fratres, quibus daret deus aptitudinem intellectus in illis legendo et alios instruendo proficerent, ita tamen, quod magis esset principalis intentio et occupatio orationis quam studii, et studium orationem dirigeret et oratio studium illustraret. Et certum est, quod tales melius et scripturam intelligerent et populis efficacius predicarent in virtute spiritus veritatem. Et licet essent pautiores numero, essent fructuosiores merito et exemplo. Non enim erat sua intentio, quod fierent tot predicatores, qui privati orationis studio et divino gustu cartabellando discerent sermones compositos, quos proferrent aliis velut pica[1]). Et audeo dicere, quod tanta multiplicatio predicatorum, qui habet parum de spiritu mundi contemptus et experientia divinorum et exemplaritate operum, facit vilescere populis verbum dei, quin ymo dicunt, quod non curamus nisi verba componere curiosa.

Declaratio autem non videtur contra predicta de libris. Nam nunquam dicit, quod frater aliquis habeat aliquem librum suis usibus spetialiter assignatum, sed dicit, quod ordo et fratres possunt habere usum facti librorum, qui sunt ad divinum cultum et sapientiale studium oportuni. Et ubi de usu tali loquitur, dicit ad paupertatem etiam secundum intentionem regule tam in appropriatione quam in recto usu servandam[2]) quod (?): '*non*[3]) *omnium rerum usum habere debent ad ullam superfluitatem, divitias seu copiam, que deroget paupertati vel thesaurizationem* [*sapiat*] *vel eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipiant; nec sub colore providentie in futurum nec alia occasione, quin ymo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio et in usu necessitas. Hoc*

1) Vgl. oben S. 76, Z. 2.

2) Diese Einleitung findet sich in diesem Zusammenhange nicht in der Constitution *Exiit qui seminat*.

3) Sbaralea Bullar. Francisc. III, 409.

autem secundum exigentiam personarum et locorum ministri et custodes simul et separatim in suis administrationibus et custodiis cum discretione disponant, cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio et nonnulle alie circumstantie plus minusve ac aliter provideri requirant. Ista tamen sic fatiant, quod semper in eis et eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta.

Item infra dicit, quod generali et ministris coniunctim et divisim de dispositione usus librorum et aliarum rerum, quarum usum licet fratribus habere, ordinare concedit; ex quo forsitan vellent concludere aliquid, quod talem modum appropriandi sibi usum librorum decretalis concederet auctoritatem generali et provintialibus fratribus concedendi. Sed hoc videtur falsum. Nam hoc, quod hic dicit predictis concedere, debet intelligi sicut in superiori capitulo, ubi ex intentione loquebatur de usu facti, quomodo fratribus licet vel non licet; expressit, quod sic disponant generalis et provintialis de usu librorum, quod semper in fratrum actibus paupertas sancta reluceat, prout eis ex regula invenitur indicta. Et cum ex superioribus pateat, quod regula talem appropriationem et usum librorum singularibus fratribus non concedit, patet, quod nec decretalis intendat concedere; aliter contra regulam per predictos posset concedi. — Nec valet, si dicatur, quod papa sciebat, quod sic fratres abutebantur de facto, quia in decretali, licet noluerit publicare fratrum defectus, non tamen ex hoc fore licitos decernebat. Et superius est ostensum, quod intendebat non laxare, sed defectus (50a) corrigere, quos invenit. Esto tamen, quod intenderet aliqualiter fratribus singularibus concedere de licentia predictorum appropriationem usus librorum contra intentionem beati Francisci et regule, ut preostendimus, quod nullo modo credimus; nunquam tamen hoc potest trahi, ut videtur ex littera decretalis; et esto quod traheretur aliqualiter et obscure, non tamen propter hoc possunt defendi et colorari excessus, qui circa ista in rotulo[1]) describuntur, quod scilicet quilibet frater tantam librorum sarcinam[a]) sibi appropriet et ubilibet secum ferat. Nec est verum, quod dicunt, quod fratres non habeant libros sibi concessos ad vitam; quin ymo hoc est notorium, quod nulli fratrum liber sibi concessus aufertur nisi pro crimine; et si contrarium fieret (?) de potestate absoluta, reputaretur iniuriosum et inconsuetum gravamen.

Voluit ergo dicere decretalis, quod secundum qualitatem locorum plures essent libri vel pautiores in locis, et secundum qualitatem personarum et offitiorum eis impositorum plures de libris communibus eis pro tunc concederentur ad usum; et finitis offitiis et cessantibus ne-

a) *Hs.* partinam.

1) Vgl. oben S. 110, n. 13.

cessitatibus de usu predictorum librorum, ad armarium commune redirent, ut possent aliorum fratrum usibus applicari; quod nequaquam fit, ymo contrarium. Nam senes et decrepiti et fratres sepe otiosi et in aliis quam studiis occupati habent magnas salmas, quos tenent clausos et sibi appropriatos; et vix unus liber ab alio fratre potest haberi mutuo ab eisdem, nisi sicut haberetur ab alio extranei status. Et sic eos tenent, donec a morte solvuntur. — Parum igitur valet exemplum de Augustino, Ambrosio. Jeronimo et aliis doctoribus; primo, quia ipsi non erant professi regulam fratrum minorum; secundo, quia non erant sic vitiosi ut predicti in appropriatione ipsorum; tertio, quia ipsi erant magis indigentes libris quam fratres predicti, de quibus loquimur.

Si autem, sicut sepe fatiunt, quando de suis excessibus arguuntur, dicerent, nos exponere regulam et declarationem contra decretalis sententiam, ac per hoc nos sententiam excommunicationis incurrere; — respondemus, quod hoc non est verum, ymo nude intentionem regule et decretalis exprimimus. Et esto quod nunc domino summo pontifici inquirenti a nobis de observantia regule et decretalis et de intellectu ipsorum diceremus, quod declaratio aliquando dilatat[a]) regulam vel regule contradicit, propter hoc nullam incurreremus sententiam duplici ex causa: prima, quia insanum est dicere, quod ipse intenderet excommunicare respondentes successoribus suis, vel etiam conquerentes, quod male ipsa decretalis exponeretur, vel quia ipsa a fratribus non servatur. Secunda est, quia in principio negotii, quando dominus summus pontifex requisivit nos et voluit nos ista persequi ad habundantem cautelam petivimus ab eo licentiam, quod non obstante sententia in[b]) declaratione contenta nos possemus loqui libere et scribere in responsionibus nostris de decretali et regula et intentione patris nostri, prout expediens videretur.

Ipsa etiam declaratio[1]) loquens de tunicis fratrum, quod intentio regule est, quod fratres non utantur pluribus tunicis quam una cum caputio necessitate cessante, nichilominus declarat, quod [*de*] licentia ministrorum et custodum pensatis necessitatibus et aliis circumstantiis, que secundum deum et regulam attendende videntur, pluribus uti possunt. Et sic patet, quod decretalis, licet dillatet, satis tamen stricte loquitur. Et hoc, quod dicit, dicimus non servari, quia nec in vilitate nec in paucitate[c]) nec in latitudine nec in longitudine tunicarum ea, que dicit regula in concedendis (**50b**) huiusmodi licentiis, attenduntur, quando de pretiosis pannis superius et inferius et multis tunicis mutatoribus tam in habiti-

a) *Hs.* dillactat. b) *Hs.* et] in. c) *Hs.* paupertate.

1) Sbaralea l. c. p. 413.

bus quam in aliis fratres multi multa superfluitate utantur. — Et si dicatur: 'Qui sunt hii'? respondemus quod prelatii et alii superius expressi, qui possunt temporalibus abundare; et hii, qui non possunt tantum facere, sufficit ad offensam, quod, quantum possunt, habundare nituntur.

Quod vero dicunt, quod maior pars fratrum vestes suffitientes habere non possunt, quia habundavit iniquitas et refriguit caritas; — respondemus, quod falsum est, quod maior pars fratrum non habeat vestimenta plura quam regula concedit; ymo paucissimi sunt preter illos, qui voluntarie adherent observantie regule, quin habeant inferius plures tunicas et de bono panno. Verum, quod videntes prelatos et alios duces suos habere tunicas pretiosas et multas et ex abusu, qui introductus est, quod fratres habent de tunicis, quot habere volunt, illi qui procurare possunt, et quia defitientes spiritu non asurgunt ad asperitatem regule observandam, licet habeant superflua secundum rigorem regule, conqueruntur tamen, se necessariis indigere et excessus non corrigitur in talibus et vix etiam reputatur. Nam in conventu Januensi, que est terra satis callida, guardianus quidam dixit in capitulo fratribus, quod concedebat cuilibet duos habitus et V tunicas inferiores; 'et si quis, ait, pluribus indiguerit, dicat michi et dabo sibi licentiam liberalem'. Hoc gratia exempli dictum sit; nam iste reputatur de promotoribus ordinis, et similes sunt multi, qui in talibus procedunt laxatis habenis et hii presunt in ordine. — Dicimus ergo, quod non est verum, quod maior pars fratrum non habeat indumenta secundum artitudinem regule, ymo quasi nullus est, qui non excedat numero tunicarum. Parum tamen habent aliqui, quia prelati et alii potentes tanta consumunt in seipsis et in predictis excessibus, quod sepe indigent alii propter inequalitatem et inmisericordiam eorundem. Quod autem refriguit caritas secularium ad dandum, hoc facit rapacitas et mala exemplaritas ipsorum predictorum. Nam ubi vident exempla spiritus et fratres suam regulam servare velle, adhuc liberales talibus comprobantur.

Quod dicunt postea, quod fratres non prohibentur viles portare tunicas, istud est falsum, quia vilitatem superius ex regula expressam reputant singularitatem superstitiosam et quasi scismaticam, cum illa tam[*en*] sit vera communitas, quam communis regule institutor ordinavit. Et illa capitula, que allegant de dictis sanctorum in decretis posita, que singularitatem arguunt a communitate difformem, intelligant de communitate bene servante suam perfectionem, et de singularitate, que ex erronea superstitione procedit; sicut Augustinus arguit Manicheos, vel que procedit ex despectu et iudicio boni et integri status communis in observantia promissorum. Absit autem, quod aliquis sanctus redarguat vel reputet singulares illos, qui se restringunt et nolunt sequi relaxa-

tiones et transgressionibus statuum corruptorum[a]), alioquin oportet condempnari totum electorum decursum, qui semper separant se ab infectione malorum et semper sunt et fuerunt ut pauca grana tritici in medio magni cumuli palearum et ut pauca grana auri in medio arene et ut pauce plancte fructifere in medio nemoris sine fructu. Illud autem, quod isti reputant singularitatem monstruosam (**51a**) et scandali in habitibus vix appropinquat ad vilitatem, quam communiter imponit regula, ut dictum est supra.

Quod vero adducunt de admonitione regule de non iudicando fratres, qui relaxate vivunt, regulam ab hiis, qui eam observare volunt, male applicant. Nam ille admonitiones de non iudicando alios, quos vident mollibus et coloratis indutos uti cibis et potibus delicatis, manifeste ad extrinsecos referuntur, qui non tenentur austere comedere vel induere sicut fratres.

Quod postea respondent, quod dicentes, legata et temporalia non posse repeti in iudicio secundum privilegia summorum pontificum per procuratores romane ecclesie, sententiam decretalis incurrunt et nichilominus sunt sue regule transgressores, — false et inepte respondetur. Nam nos non dicimus, quod romana ecclesia non possit statuere, sicut sibi videtur circa legata fratribus relicta, sed dicimus, quod fratres sub tali privilegio et per tales procuratores causis et litigiis [*se immiscent*][b]) et ipsos fratres inducere et pungere tales procuratores ad huiusmodi litigia exercenda et solutiones facere in dictis causis pro advocatis et notariis et fratres presentialiter ibi apparere et insolenter pro procuratione temporalium ibidem secularium more clamare, quod hic est apostatare ab expropriatione sue regule et mundum male edificare et privilegiis ipsis abuti; que privilegia venenum regule sunt et causa ruine, preter tamen piam intentionem pontificum concedentium. Deberent igitur formaliter aboleri et ea sicut contraria regule refutamus. Et sic intellexerunt ea esse contraria generalia nostra capitula antiqua. Unde in capitulo Argentine[1]) celebrato ordinatum fuit ex conscientia predicta, quod fratres non uterentur privilegiis supradictis; nunc autem, qui plus

a) *Hs.* coreptorum.

b) *Ein solches Verbum ist hier zu ergänzen.*

1) Dies Decret des Strassburger Capitels (1282) konnte ich bisher nicht auffinden. Dass ein solches wirklich erlassen wurde, scheint mir folgendes Decret des Ordenscapitels von Mailand (1285) zu beweisen: 'Item placet capitulo generali, quod privilegio domini pape Martini (s. dasselbe in Sbaralea, Bullar. Francisc. III, 501) de nominandis procuratoribus provincie possint uti. Caveant tamen de multiplicandis litibus et quod nichil fiat contra ordinis honestatem'.

de talibus litigiis fatiunt, reputantur ab eis maiores ordinis promotores. — Et ob id, quod subinferunt de sententia decretalis, quam dicunt incurrere talia litigia aspernantes; respondemus, quod ex hoc apparet, quam dampnosa sit observantie regule illa sententia. Quia, sicut apparet, fit relaxatis fratribus dampnationis statutum (?), ut non permittant ad se verbum aliquod iuste reprehensionis accedere; quin ymo de omnibus transgressionibus suis dicunt: 'Hec sunt nobis licita per decretalem et vos sententiam excommunicationis incurritis, qui detrahitis decretali'; ac per hoc iuxta verbum Jeremie[1]), qui scripsit: '*Eam dedit eis scutum cordis et commisse iniquitati laborem suum*'.

O quam dure sententie per tyrannos huius ordinis contra sanctos fratres sunt date solum ex hoc, quod nolebant confiteri, quod communis relaxatio in recipienda pecunia et in aliis congregationibus temporalium et repetitionibus causidicis, sicut fratres communiter fatiunt, esset plena observantia regularis. Nam in provintia Marchie[2]) compulsi sunt fratres iurare, et qui noluerunt propter conscientiam nephandi periurii, sententiati sunt tanquam heretici perpetuo carceri in abstinentia dura; et prohibitum est, ne quis librum ad legendum nec breviarium ad dicendum offitium procuraret nec aliquis loqueretur eisdem sub excommunicationis pena, ipsemet, qui eis ministrabat, nec audiretur eorum confessio et mortui carerent ecclesiastica sepultura; et si quis hanc iniquam diceret fore sententiam, tanquam ipsorum fautor simili sententia puniretur. — In provintia etiam Provintie apud Villam francam de mandato istius generalis ministri[3]) Raymundum Aurioli (**51b**) et fratrem Johannem Primi[4]) modo et causa infrascriptis mandavit et dampnavit. Requirebat enim ab eis, quod confiterentur, quod usus pauper vel arctus vel moderatus non includitur in substantia voti paupertatis vel regule nostre, quia regula et declaratio non dicunt expresse istud vocaliter. Et ipsi responderunt, quod hoc nullo modo confiterentur, quia licet regula et decretalis non dicant hoc vocaliter, tamen realiter hoc sepe dicunt, ut credebant; nec aliquo modo volebant diffinire contrarium, sed diffinitionem huiusmodi summo pontifici reservabant. Ex hoc, nullo alio crimine reperto in eis nec etiam apparenter imposito, fuerunt crudeliter per manus Saracenorum fabrorum, quos fratres ad hoc vocaverunt, duris compedibus stricti et in arcto carcere clausi et fame et aliis crudelitatibus taliter tractati, quod frater Raymundus Aurioli ibi crudeliter est

1) Thren. 3, 65.

2) Hierüber ausführlich die historia tribulat., s. diese Zsch. II, 301 s.

3) Gonsalvo von Valboa 1304—1313.

4) Vgl. hierüber Ubertino in seiner Vertheidigung Olivis, s. diese Zsch. II, 386, 300, 384.

occisus et, quia revocare noluit, tanquam hereticum eum privaverunt sacramentis et ecclesiastica sepultura; et frater Johannes Primi usque ad mortem deductus, vix cum penis evasit. Item frater Pontius Bautugati[1]) vir excellentissime sanctitatis in carcere Nemausi fuit ab eis crudelissime interemptus. Multi alii fuerunt incarcerati et crudelissime tractati, alii libris, habitibus, provintiis, actibus legitimis [*privati*][a]) et aliis duris penis fuerunt afflicti in provintia Provintie, Marchie, Tuscie, beati Francisci et in aliis multis locis, sicut probatum est legitime in attestationibus[2]) datis per fratrem Raymundum Gaufridi et per fratrem Guidonem de Mira Pice dominis cardinalibus auditoribus, et sicut etiam probatio est in promptu, ymo notoria, si dominus papa voluerit indagare; quod est maxime flebile, in tali statu fratrum fore toties et tam crudeliter, reperiri.

Quod postea impingunt in exemptos, quod petunt tractari sicut ceteri fratres, non est excusatio sue transgressionis sed calumpnia fraudis. Nam dominus papa cognoscens relaxatorum furiam contra eos propter veritatem, quam proferunt viriliter et constanter, eis providit[b]), quod donec ipse de reformatione ordinaverit, tractentur sicut ceteri fratres; non est contra ea, que sunt per ipsos confessa, quia nullus propter papalem obedientiam debet quibuscunque privari. Nec est contra regulam, si fratres subditi de excessibus dolentes et non valentes habere apta habitacula secundum regulam, petant[c]) cellam in dormitorio excessivo, quod tamen vellent esse non factum, ex quo non possunt alibi habere locum quietis. Et sic fuit in fratribus, quos hii maligni dilacerant. Qualiter autem tractaverunt, testes sunt egritudines et mortes[3]) quam plurium ipsorum, in quibus tot et tales crudelitates sunt facte a multis et multis modis, quod eorum parcentes pudori eas silentio contegamus.

Ad illud, quod postea subdunt[4]), quod non solum servant regulam et declarationem, prout regula et declaratio arctant, sed etiam quod strictius et longe strictius eam servant, quam verba regule et declarationis fratres coarctent, et quod sic strictius a fratribus ordinis communiter observatur, — dicimus, quod miramur, gemimus et scindunt pre amaritudine corda nostra, quod cum tanta impudentia coram Christi

a) *Fehlt in der Hs.* b) *Hs.* providerit. c) *Hs.* pectant.

1) Über ihn ausführlich die historia tribul. s. diese Zsch. II, 300, vgl. S. 384.

2) Vgl. oben S. 51, 144.

3) Hier ist wohl das Gerücht von der Vergiftung des Raymund Gaufredi, Guido von Mirepoix und eines Dritten angedeutet; s. die historia tribul. in dieser Zsch. II, 133, u. oben S. 141, Anm. 6.

4) Vgl. die eben erwähnte hist. trib. S. 138 s.

vicario sic aperte in magnum vituperium regule et contra salutem propriam nituntur in oculis omnium quantumcunque simplicissimorum, qui vitam ipsorum conspitiunt et latinum regule et declarationis intelligunt, vere se inverecundos libidine se mendaciter iactandi ostendunt. In VII supererogationibus ultra regulam, quas subnectunt (52a) prima est de calceamentis, de quibus constat, quod non conceduntur in regula nisi hiis, qui necessitate cogantur. Et nota, quod dicit: '*necessitate cogantur*'. Quod exponentes 4^{or} magistri, qui de mandato generalis tempore Aymonis generalis ministri exposuerunt regulam scilicet frater Alexander de Alis, Johannis de Rupella, frater Robertus de Bastia[a]), frater Rigaldus, olim Rothomagensis archiepiscopus, dicunt[1]), '*quod non calciari est forma vite nostre, calciari vero est dispensationis regule in necessitate; et videtur, quod omne, quod ad calceamenta pertinet, dispensationis est, aut minoris ut in soleis, aut maioris ut in soleis et caligis truncatis sine pedalibus, aut maxime ut in sotularibus et caligis*'. Hec illi. — Diffinitio etiam generalis tria dicit, quod ab institutione nostri ordinis de forma habitus est, sine calceamentis incedere; et necessitas coactiva non intelligitur nisi sit valde stricta, ut scilicet ratione persone, quando est infirmus; ratione loci et temporis, sicut quando in asperrimo frigore haberent per montes et nives transire. Nec dicitur necessitas in homine sano commune frigus yemale, quia si semper in yeme calceamenta concederet, parum vel nichil prohibitio calceamenti de austeritate vel perfectione haberet. Christus et apostoli, a quorum incessu nudis pedibus et consilio evangelico prohibitio regule nostre de calciamentis manavit, non ibant calciati in yeme et nudis pedibus in estate. Beatus etiam Franciscus et sotii fundatores nostri semper nudis pedibus sine soleis ambulabant, donec fuit in pedibus vulneratus stigmatibus sacris. Regula etiam ut patet ex supradictis nunquam in pedibus aliquid concedit nisi necessitate cogente. Patet igitur, quod aliquid portare in pedibus nisi necessitate cogente est rigorem impositum regule relaxare. — Ubi est ergo gloriatio impudens, regule depravator, quod multo strictius servas regulam in nuditate pedum, quam ipsa imponit? Numquid, quia omnes communiter maxime prelati et delicati, de quibus est sermo, soleas habent vel scarpas de delicato corio cum curiosis suturis, et communiter ad modicam intemperiem aeris ponunt sibi caligas et centones et calciamenta pro libito; vel quia communiter in yeme tui sani iuvenes caligas portant truncatas et intra domum centones; et quia tui optimates vadunt valde bene in yeme calciati, bene scribis in con-

a) *Hs.* Basia.

1) Vgl. oben S. 56, 100, n. 6.

stitutionibus tuis, bene scribit et regula tua! Sed isti institutores et rectores ipsi sunt principaliter destructores. Non igitur in hiis vel in aliis tuis inspitiantur scripta sed facta. Hec igitur est tua prima supererogatio, in qua austeritatem regule sic stricte transcendas!

Secunda est, quam adducis, quia dicis, quod regula non mandat, quod fratres dormiant vestiti sive quod non iaceant nudi; sed hoc ex constitutionibus[1]) prohibetur, [*ne sine*][a]) corda et femoralibus fratres dormire presumant. O falax supererogatio! Dic michi tu relaxate cetus, qui has calumpnias in regula ponis, ubi tibi regula aliud temporale concedit, nisi duas tunicas, cingulum et braccas? Ubi ergo sunt culcitre, matheratia, linteamina, coopertoria delicata, in quibus tibi liceat absque transgressione regule lascivire? Que etiam religio concedit fratres suos in nuditate iacere, quin potius sic est annexus habitus religioso, ut etiam secum in sepultura ponatur. De patribus tuis legitur, quod nuda humus erat lectulus laxato corpusculo, cervical lignum vel lapis et universaliter fratres priores (**52b**) attendentes, quod nichil concedit nisi predicta et de lecto mentionem non facit, intellexerunt, quod ex hoc lectum deberent habere asperrimum; propter quod vilia stramenta palearum et lodices[2]) pauperculas vel mantellos pro operimento habebant. Et tu te iactas, quod valde strictius, quam dicit regula, servas, quia in nuditate prohiberis (?), non ex regula, ut falso dicis, sed ex tuis constitutionibus, lascivire. Utinam saltem ad aliquid intentionis regule et priorum patrum austeritatem attingeres, sine quod te de supererogatione iactares!

Tertio dicis, quod superaddis ieiuniis regule, quia duos dies maiori quadragesime a quinquagesima incipiendo adiungis et ieiunia regule in cibo quadragesimali observas et vigilias apostolorum et sancti Francisci, ad que, ut dicis, ex regula non teneris. Dilatasti multum filacteria tua et solum venisti ad tres dies, duos ante carnis privium secularium et vigiliam sancti Francisci, de quibus potes regule improperare. Magna fecisti et multum ex hoc tibi regula ipsa tenetur. Non blandiaris tamen tibi, quod ultra obligationem regule fatias, si ieiunia regule, [*que*][b]) in cibo quadragesimali intelliguntur, observas; licet hoc ipsum in pluribus locis et a pluribus fratribus violetur, sicut melius ipse nosti, qui facis. Nam communiter imposita ieiunia solempniter in cibo quadragesimali intelliguntur, et in partibus, ubi fuit constructa regula[3]), non nisi qua-

a) *Fehlt in der Hs.* b) *Fehlt in der Hs.*

1) In den Constitutionen von Narbonne von 1260 Rubr. 4.

2) Haarige Decken, s. Ducange Supplem. Diefenbach.

3) D. h. in Umbrien.

dragesimaliter ab omnibus communiter ieiunatur. De vigiliis apostolorum non credebam, quod deberes pro gratia vendere regule, cum ad illas teneantur universaliter christiani, ubi tamen abusus secularium ad ova et caseum se relaxat, eos in illis partibus assotias ad predicta. Parum igitur inveniris hic pro austeritate largiri.

Quarto te iactas, quod regula et declaratio non prohibent fratres carnes comedere, super quo fratres constitutiones ordinis[1]) multum arctant. Constitutiones possunt, si volunt, arctare atramentum et cartam, que dentes non habent, sed ora fratrum a comestione carnium parum videmus retrahi. Fratrum carnes non comedant ullo tempore. Tantus tamen excessus comestionis carnium communiter est ubique, ubi possunt habere, maxime prelatorum et maiorum in spetialibus conviviis extra conventum, quod pro magno freno in multis provintiis, per quas generalis transitum facit, ordinat, quod sani fratres in eodem loco fratrum carnes non comedant bis in die. Ex quo arguunt saltem semel in die licere[2]). O quam bonum tacere perdidisti, quando te iactas, quod per tua statuta supererogas regule, que abstinentiam carnium non imponit. Male intellixisti tue regule austeritatem, que te monendo, quod non iudices homines, quos vides mollibus vestimentis et coloratis indutos uti cibis et potibus delicatis, non solum esum carnium sed etiam quorumcunque delicatorum ciborum te supponit et imponit minime habiturum, alioquin otiosa[a]) admonitio foret, quod non iudicares alios, de hiis, que tibi libere concedebat. Non igitur solum esus carnium intra loca fratrum sed aliorum delicatorum ciborum est tibi consuetudinarie interdictus, cum cibus tuus ex regula non laxus (**53a**) esse debeat sed austerus; et plus esset regulam multum velle habundare in magnis piscibus quam paupercule comedere de leguminibus et carnibus salsis.

Quod vero dicis, quod ex regula non obligaris ad silentium sed ex constitutionibus tuis, ut omittamus, quomodo tue constitutiones[3]) silentii male servantur, noveris, quod multo plus dicit regula habentibus oculos mentis de vero silentio quam quecunque constitutiones adiuncte. Nam indicit studium orationis continue, dicens[4]): '*Non curent nescientes litteras, litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum dei et sanctam eius operationem; orare semper ad deum puro corde*'. Ex quo patet, sicut dicit legenda[5]), quod regula voluit evange-

a) *Hs.* occiosa.

1) Die Constitutionen von Narbonne Rubr. 4.
2) Vgl oben S. 153.
3) In den Constitutionen von Narbonne Rubr. 4.
4) In der von Honorius III. bestätigten Regel cap. 10.
5) Vita 2a des Thomas von Celano, ed. Romae 1806, p. 234.

licum a fratribus servari silentium, ut videlicet ab omni verbo otioso caverent. Nam[a]) propter periculum lapsus noluit[b]) hoc imponere sub precepto. Si attendant, quantum devotio et oratio et quies mentis et oris a fratribus exularunt, parum gloriari potes, quod supereroges regule, sed multum contristari. Et parum videris intelligere et minus servare de vero regule intellectu.

Sexto te iactas, quod multum supererogas regule, quia per constitutiones tuas frater non vadit solus extra domum, quod tamen, si ex regula non prohibetur, hoc nulli intelligenti potest pro austeritate computari, nisi illi, qui vellet esse ribaldus, quin potius ad magnam consolationem et honorem vertitur fratri, quod habeat sotium eiusdem intentionis secum adiutorem et consolatorem in omnibus factis suis et qui eum diligat, serviat et nutriat sicut mater filium suum, sicut utique fratri suo ex impositione regule facere debet frater. Ire igitur sine sotio potius esset austerum religiose menti, sed cum sotio solatiosum est cuique valenti. Unde et homines valoris sotios congruos pro[c]) suo honore pretio magno conducunt. Pater etiam noster beatus Franciscus a principio fratres communiter binos misit, nec ibant soli nisi necessitate cogente.

Septimo dicis in genere, quod multas austeritates circa vigilias et horas ad divina studia et alia servant fratres astricti a constitutionibus, ad quos declaratio eos et regula non coarctant, et remittis ad tuorum statutorum lecturam. Tibi respondi supra de tuis constitutionibus, quod attendantur non verba sed facta; nam in scriptis remanent testes transgressionis inolite. Miror autem cum regula ad divinum offitium secundum ordinem romane ecclesie fratres astringat et continuum studium orationis et operis laboriosi indicat et austeritatem cibi et potus et vestitus imponat; — et vix est aliqua virtus alta, ad cuius cacumen non suos provehat professores; — que sunt ista supererogantia inania, de quibus hic septenario stolido gloriaris? Multum fuit tua depressa regula, que sic tuis insanis supererogationibus servatur.

Hec sunt tue predicationes, quas facis tuis proselitis, quos duplo te, ut dubito, filios gehenne constituis in transgressione regule, quam depravas. Et eo ipso, quod dicis per consequens, quod fratres non possunt obligari ad illa, cum non possit prelatus ad plus ligare subditum quam ex regula implicite vel explicite est promissum, quod forsitan vos relaxati intelligentes et sicut (53b) dictum est, perfectionem regule deprimentes non curatis continue graves constitutiones facere et quasi nullam in opere observare. Non talia de constitutionibus patres nostri,

---

a) *Hs.* Nam] Non. b) *Hs.* noluit] voluit.
c) *Hs.* quod.

quin potius dicit antiquus prologus[1]) constitutionum in generali capitulo editus per fratrem Bonaventuram, quod fratres non debent reputare gravem sarcinam huiusmodi statutorum, quia ut plurimum intra promisse regule substantiam includuntur. Vere cetus relaxate malum tue iactantie septenarium reperisti in tue confusionis signum, quo probaris more dementis Samsonis in Dalile sinu dormire, ubi ligaris tam VII nervis humantibus (?) tue infectionis antique, quam septem funibus novis prave adinventionis superaddite, et VII crines capitis tuorum internorum contemptuum vitio plectuntur tue intentionis depravate in intentione regule. Et timeo, ne totaliter abradantur et exoculeris (?) ad molam ducaris et fias obproprium inimicis tuis per totalem separationem regule et vite (?)[a]) ab imitatione paterna (?); quod deus te avertat ab hoc malo sopore, quo dormis in sinu tue transgressionis defendende, quam diligis, misericorditer excitando. Nam licet amarum sit, audire te dicentem, presentem tuam transgressionem sufficere ad salutem; importabile tamen . . .[b]) nec digna vituperatio invenitur ad hoc, quod tu presumas dicere, quod ultra statum sublimissime regule, ad cuius cacumen secundum te perfectio nulla alia pertingit, tanta te supererogasse repereris, cum tamen non possis veraciter ostendere, te ipsam regulam secundum intellectum verum et institutionem institutoris ipsius, quam verbis et factis expressit, plenarie observare. Et utinam hoc posses suffitienter et non esset enormis transgressio evidenter!

Per supradicta patet responsio ad illa, que contra veritatem usus pauperis moderati vel arcti adducunt. — Et quod dicunt, quod de hoc non est altercatio nisi in provintia Provintie, falsum est, quia ubique per ordinem inter fratres volentes observare regulam et predictos relaxatos regulam destruentes hec pugna versatur et omnium malorum sentina est illa nephanda doctrina, qua docent, nullum moderamen in usu rerum includi in paupertate altissima sancti evangelii et regule nostre. Et quia in alio tractatu[2]) per nos dato, qui incipit: '*Super tribus sceleribus Damasci*' plene responsum est ad materiam istam, idcirco omittitur modo. Ibi enim ostenditur, quod error predictus repugnat sancto

a) *Hs.* vite] nomine. b) *Ein Wort unleserlich.*

1) Es werden hier in etwas freier Weise zwei Sätze des Prologs der Constitutionen von Narbonne combiniert: 'Nequaquam igitur superfluunt morum observantie regulares, quia non solum ad spiritualis vite concordiam, decorem et custodiam suffragantur, verum etiam ut in pluribus intra perfectionis et puritatis regule promisse substantiam includuntur. . . . Si quis autem gravem reputat sarcinam huiusmodi statutorum, hoc cogitet apud se, quod iuxta Apostolum (ad Hebr. 12, 11) omnis disciplina' etc.

2) Vgl. oben S. 45.

evangelio et vite Christi et apostolorum et ipsorum doctrine, innumerabilibus dictis sanctorum videlicet Augustini, Jeronimi, Ambrosii, Gregorii Magni, Gregorii Nazanzeni, Hilarii, Basilii, Theophilacti, Anselmi, Hugonis de S. Victore, Rigardi et omnium, qui exponentia super evangelia fecisse dicuntur, et quod omnium regularum et decretorum et decretalium elidit finem et structuram; et quod frater Bonaventura, frater Johannes de Pichano[1]), frater Alexander de Alis, frater Robertus de Bastia[a]), frater Rigaldus olim Rothomagensis archiepiscopus, frater Guillelmus de Mara[2]), frater Johannes Galensis solempnes doctores ordinis nostri, magister Henricus de Gandavo et plures alii sacre theologie doctores apertis reprobationibus hunc (**54a**) errorem elidunt. Ibi etiam ostenditur, quomodo destruit in toto intellectum et habitum decretalis et regule et respondetur dolosis et falsis allegationibus, quas error ille adducit; et ostenditur evidenter, quod usus pauper sine moderamine in usu rerum in substantia voti inclusus in nullo repugnat statui ecclesiastico vel prelatico, ymo multum decorat et adiuvat ipsum.

Quod autem dicunt, quod hec fuit verbalis disputatio, quia si intendimus dicere, quod fratres, sicut dicit regula et decretalis[b]), hoc non negant, ut dicunt; si autem eis plus imponere voluimus, aberramus, — ex dictis patet responsio. Nam quam male exponant et intelligant regulam et decretalem ex insaniis (?) eorum supradictis evidenter ostenditur; et ideo necessarium fuit ostendere fratribus et mundo per eorum doctrinam seductoriam[c]), quod regula et declaratio est tota plena paupere usu et exclusione abusus rerum, sine quibus votum expropriationis solum est trufatile et inane et nichil penitus valens ad fugam vitiorum et promotionem virtutum.

Ad id[3]) autem, quod de doctrina fratris P[*etri*] detrahunt, respondemus, quod esto quod aliqua corrigenda vel dubia contineantur in ea, dicimus, quod semper placuit et placet, quod per summum pontificem ad quem solum spectat dictum negotium, decidatur. Et licet ego frater Ubertinus in nullo tangar iis, que allegant, quia illas responsiones[4]) non dedi, tamen ita

a) *Hs.* Basia.

b) *Hier ist in der Hs. offenbar eine Zeile ausgefallen; doch ist der Sinn aus S. 153, Z. 35 s. oben klar.*

c) *Hs.* seducto.

1) Vgl. oben S. 60, Anm. 5.

2) Über ihn und die Folgenden s. oben S. 55—62, 94.

3) D. h. in Betreff des dritten Artikels.

4) Vgl. oben S. 162, 163, wo Ubertino gleichfalls hervorhebt, dass die von der Communität im Auszug mitgetheilte Beantwortung der vier Fragepunkte, nicht von ihm herrühre.

parum realiter tanguntur et socii mei; et isti sicut falsi homines, de quo doleo, falsificant responsionem eorum. Nam non dicunt, in dictis libris nichil falsum vel dubium contineri, sed nichil tale dicunt se scire in eis vel credere, propter quod fuerint merito condempnandi et quod possint fratribus vel aliis communicari. Et hoc probant, quia Parisius in generali capitulo[1]) lectis declarationibus fratris P[*etri*], quas ipsi domino pape tradiderunt, remansit capitulum paccatum et contentum, et libri ipsi libere dimissi communicari volentibus; et quod existimant condempnationem librorum iniuste factam et in preiudicium romane ecclesie satis magnum, cuius correctioni per modum realis recursus contra persecutores supposuerat libros suos. Certe hic non video aliquid male dictum nec favorem parans heresi vel errori. Nam illa, que imponunt sibi, non inveniuntur ponderis notabilis per magistros[2]) visis suis dictis nisi in tribus articulis, scilicet de essentia divina, de anima rationali et de vulnere laterali; in quibus et in omnibus aliis positionibus et intentionem persone purgant ab omni heretica pravitate et in ipsismet tribus articulis varii et dubii conceptus ipsis magistris occurrunt. Esto ergo quod in illis tribus articulis minus bene dixisset, non propter hoc fuit tanta librorum utilitas condempnanda et maxime per iudices temerarios et non suos, nec propter hoc deberet in aliis librorum ipsorum copia fidelibus denegari.

Item falso imponunt nobis, quod nos obtulimus defendere opiniones eius vel cuiuscunque alterius et falsificaverunt responsionem. Nam non dicunt[3]), quod velint omnes eius opiniones defendere, sed quod excusabunt eum veraciter et habunde; et ad hoc nos non oportet laborare (**54b**), quia nullus nisi ipsi, qui excandescere contra ipsum ex magna furia se ostendunt, impingunt in ipsum. Item in hiis, in quibus seipsum declaravit, non optulerunt se addere quid de novo; si tamen alia eius dicta vellet[a]) quis calumpniari, que non continentur in scripto dato domino pape, credebant, quod si fieret eis copia, excusarent efficaciter et habunde. Ubi ergo dicunt[4]): *aliqua eius dicta*, falsificant, quia in responsionibus istorum stat: *alia eius dicta*. Nec mirum si hic falsificant, quia stupendo et horribili dei iudicio super eos vix in tota ista concertatione ex eorum ore egreditur verbum verum.

---

a) *Hs.* vel.

---

1) Dasselbe tagte um Pfingsten 1292; vgl. oben S. 144 und die demnächst folgende Studie über Olivi.

2) Es sind wohl hier die drei Theologen gemeint, welche den mit der Leitung der Verhandlungen betrauten Cardinälen beigegeben waren; vgl. diese Zsch. II, 361, Anm. 1, 658. 3) Vgl. oben S. 143, 144.

4) Vgl. oben S. 144, Z. 7, wo hienach '*alia*' zu lesen wäre.

Ad malignas autem detractiones eorum circa materiam istorum librorum et quomodo doctrinam sancti viri et nos alios mentiuntur, quod fuerit per Nicolaum 4^m damnata et quod littere eius hanc doctrinam contingunt et ad erroneas appellationes eorum et rotulum[1]) maleficum et diffamatorium, de quo hic mentionem faciunt, coram domino papa et cardinalibus per responsionem[2]) eis factam plenarie sunt confusi, et patet responsio in libello dato de hoc et ideo omittatur[b]).

Ad id, quod dicunt de iniquis iuditiis[3]) veniatur ad limam et plenarie ostendemus, sicut et iam proposuimus domino pape et collegio et probavimus in scriptis per multitudinem testium receptorum a dominis cardinalibus auditoribus, quod pro veritate regule servande et pauperis usus plus[a]) quam ccc^os fratres in diversis partibus privaverunt libris, locis, custodiis et provintiis, actibus legitimis et offitiis ordinis et habitu et multos ex eis durissimis carceribus manciparunt et quosdam ex eis viros sanctissimos, quod dictu nephas est, in crudelibus carceribus fame, ferro et vermibus in propriis fecibus cruenti carnifices occiderunt. O quam diuturnum et durum bellum intestinum fuit istud, in quo ignorante mundo extrinseco caro transgressionis istius ordinis concupivit adversus spiritum; et cum tot mendatiis et tyraniis et crudelitatibus iuditiorum fuerunt zelatores regule suffocati, quod sanguis innocentium per eos in carceribus fusus et crudelitates penarum et opprobriorum illate legitimis filiis Francisci beati clamaveruut et clamant ad dominum; quo audito deus movit mentem sui vicarii ad inquirendum de transgressione regule et tyranni huius miserabilis status.

Et si quis diligenter inspitiat, istud est opus[b]) et non hominis, qui compatitur vite sue destructe et stupendo prestigio, quod isti relaxati diu fecerunt in oculis mundi tam monstruosam catervam malorum et transgressionum, sicut descripsimus in responsionibus nostris, ostendentes mundo cacumen perfectionis tam alte, quod ad eam nulli unquam alii pervenerunt. Et testem invocamus deum in animas nostras, quod valde parum exprimimus etiam eius, (55a) quod est de persecutione crudelissima, quam patitur et diu passa est vera regule observantia inter eos, et viri spirituales portaverunt et gemuerunt. Et quod modo loquantur et publicent ista sanctissimo pontifici, hoc requirit excessus malorum, qui iam importabiliter ascendit, et summi pontificis obedientia, qui hoc dei inspiratione requirit, volentis ea notificare mundo et vitam evangeli-

a) *Hs.* committatur. b) *Hs.* quod plus.

c) *Ob*: opus dei et non hominis *zu lesen?*

1) Mit diesem Ausdruck bezeichnet Ubertino in der Regel den früher mitgetheilten Protest der Communität; vgl diese Zsch. II, 379, Z. 16.

2) S. dieselbe in dieser Zsch. II, 377 s.; die betreffende Stelle S. 389, Z. 9.

3) Dieselben betrifft der vierte Fragepunkt.

cam, quam cum multo explanavit sudore, de tyrannide liberare. Et inveniunt dementationes, in quas eos tradit, sicut apparet intelligentibus, quia in toto isto processu semper eos fecit confusionem propriam eligere; et sic semper iverunt de malo in peius, istud precipitando negotium et totum committendo uni advocatello[1]) quasi novitio in dolis causidicis enutrito, qui non videtur ad aliud laborare nisi ad protellandum[2]) (?) et extraneas questiones interponendum, ut tempus pertranseat et non possit ad transgressionis regule indagamen[a]) perveniri. Nec advertunt excecati, quod hoc est dei iuditium super eos, ut ex diutina mora iam duorum annorum et plus, quibus (?) protraxerunt negotium, rumor iret usque ad finem terre, ut ubique viri oculati adverterent, quod in veritate deceptus est mundus et quod ista transgressio iniqua . . .[3]) parvi aut nichil habet facere cum perfecta Christi vita et apostolorum eius et beati Francisci et sotiorum eius, ymo ei quoad initia, que descripsimus, que plurimum nota sunt mundo, perfecte repugnant.

Ex hac cecitate provenit furia, quam ostendunt contra libros illius, qui fuit melior clericus et subtilior, quem unquam habuerunt in hac vita[4]), sicut ex eius scriptis evidenter apparet, solum quia transgressiones evangelice regule et sanum eius intellectum clare descripsit, que ne[b]) possent legi et sciri, voluerunt libros eius exterminare de mundo. — Ex hac etiam cecitate accidit eis, ut scriberent, quod valde strictius vivunt, quam summa regula dicat; in suis supererogationibus derisivis, de quibus dictum est supra. Ex hac autem cecitate et horrendo amore vanitatis mundane provenit, quod non se recolligunt ad considerandum, quomodo degenerant ab imitatione paterna et regule voto, sed avidi glorie mundi et considerantes, quod mundus ex hoc aperit oculos ad videndum, quod sunt degeneres filii et a regula alieni, tantum excandescunt in iram, quod nullus eorum de correctione cogitare videtur nec conqueritur nisi de fama perdita in oculis mundi. Et quia eis videtur, quod ea que scripsit frater[c]) P[*etrus*] de usu paupere et questionibus et de litigiis fratrum causidicis et ea, que nos domino pape respondemus, que tamen

a) *Wohl dem italienischen* indagine *nachgebildet.*
b) *Hs.* nec.
c) *Hs.* frâtres.

1) D. h. Bonagrazia von Bergamo, derselbe war noch Laie; vgl. diese Zsch. II, 380, Z. 9: 'totum videntur comisisse cuidam fratri laycello quasi novitio in advocationum versutiis enutrito'.
2) Hinausziehen, s. Ducange Supplem. Diefenbach.
3) Ein Wort unleserlich.
4) Vgl diese Zsch II, 381, Z. 38.

ex magna necessitate conscientie nostre et papalis obedientie deo impellente nobis imposite diximus et scripsimus, fuerunt occasiones[a]), quare videtur eis, quod incipiant vilescere mundo; idcirco ab omnibus aliis salutaribus consiliis avertentes[b]) cor suum conatum et studium suum totum convertisse videntur ad diffamandum fratrem P[*etrum*] et eius doctrinam et ad depravandum multa, que bene et sane possunt (55b) exponi, — esto quod alia dubia dixerit, — et ad dicendum nos fautores heresum absque[c]) freno conscientie; cum tamen velint, nolint, pateat eis, pateat etiam summo pontifici et collegio et magistris, quod nos semper dicimus, quod nichil curamus de opinionibus cuiuscunque, et quod dominus papa corrigat corrigenda; sed solum regulam petimus, sicut eam promisimus et beatus Franciscus eam instituit. Quod quanto plus dicimus, tanto plus amplius provocant et circumeunt, quomodo nos valeant devorare; et cum non inveniant contra nos vera, quos arctante conscientia in principio negotii, antequam nostra viderent responsa, commendaverunt in excessum domino summo pontifici[1]), falsa et semper hactenus de nobis inaudita confingunt et contra illos maxime, quos vident in displicibili sibi veritate constantes. Et inde quod contra fratrem Ubertinum[2]), quem [*plus*] quam alium aliquem fratrem de ordine ante istud negotium extollebant in vita et zelo et multiplici alia probitate, sicut patet in litteris generalis ministri, et ipse viva voce dixit domino summo pontifici in Malascena[3]) coram multis magistris et ministris ipsis confirmantibus. Illud idem fecerunt super inquisitiones iniquas cum talibus modis et per tales viros et cum talibus testibus, quod hoc esset scelestum inter quoscunque secularis malitie reperiri. De quibus tamen omnibus nec ipse nec nos curamus pro nobis, quia parati sumus, eos in dicta malitia plenissime confutare et ostendere, quicquid dicunt contra nos, esse figmenta et etiam imprudenti mentiendi arte conficta.

Omittamus hic propter prolixitatem respondere ad ea, que de protectione nobis data subnectunt, tum quia sunt notorie falsa, tum etiam quia innumera habemus, que foret prolixum scribere. In quibus apparet, quod in multis fore (!) factis excommunicationis sententiam incurrerunt et quod ita parum curant servare papalem sententiam, sicut si non crede-

---

a) *Hs.* occasione. b) *Hs.* advertentes.
c) *Hs. allenthalben* asque.

---

1) Vgl. die historia tribulat. in dieser Zsch. II, 133, 413 und das Exemptionsschreiben bei Wadding ad an. 1310, n. 3.

2) Vgl. oben S. 160, Anm. 1.

3) Vgl. diese Zsch. II 360, Anm. 2

rent romane ecclesie se subiectos. — Deus igitur, qui illuminat cecos et qui, quando vult, dicit de tenebris lumen splendescere, illuminet corda eorum et opera, ut vias suas utiliter corrigant et abstineant ab infamia innocentum. Quod si noluerit, notum sit toto mundo, quod nunquam etiam pro substinenda morte intendimus a professione nostra et perfectione sancti evangelii, quam promisimus, petenda et observanda in illa puritate, in qua est a Christo tradita et in regula nostra sine glosa clare descripta, desistere et indubitanter expectamus, quod qui cepit hoc opus sanctissimum, perfitiet et solidabit evangelicam veritatem. — Benedictus sit dilectissimus Yhesus, amen.

Explicit responsio facta contra dolosas et falsas obiectiones factas per partem multitudinis relaxate ordinis minorum, amen.

Franz Ehrle S. J.

Die Statuten der Juristen-Universität Bologna vom J. 1317 — 1347, und deren Verhältniss zu jenen Paduas, Perugias, Florenz.

Es wurde jüngst der Wunsch ausgesprochen, ich möchte die Gelehrten mit einem zuverlässigen Urkundenbuche der mittelalterlichen Universitäten beschenken; für die Herstellung eines solchen würde man mir viele meiner langen Ausführungen erlassen[1]). Den Mangel eines Urkundenbuches hat gewiss niemand mehr als ich bei Ausarbeitung des ersten Bandes meiner Universitäten des Mittelalters empfunden, und er macht sich jetzt täglich immer fühlbarer. Wie viele Mühe wäre mir erspart geblieben und bliebe mir noch erspart. Um wie viel mehr wäre meine Arbeit vereinfacht worden. Der Wunsch nach einem Urkundenbuche ist mir sicher früher und stärker als Herrn Zarncke gekommen. Allein, zeigt es von Einsicht und grossem Verständnisse, wenn Zarncke an einen einzigen Gelehrten die Forderung stellt, ein Urkundenbuch der mittelalterlichen Universitäten zu edieren? Ich glaube ohne Überhebung sagen zu dürfen, dass ich mir über das urkundliche Material der mittelalterlichen Universitäten einen Überblick wie kaum ein zweiter verschafft habe. Ich bin berechtigt das Urtheil abzugeben, dass eine solche Fülle des urkundlichen Materials existiert, dass meine Kräfte und Mittel allein kaum ausreichen, ein Urkundenbuch auch bloss der Universität Paris herauszugeben[2]), weshalb ich im vergangenen Jahre einen Versuch gemacht habe im Ver-

1) Literarisches Centralblatt 1886 n. 37.

2) Ich habe mich aber dazu dennoch entschlossen. Bei der Schwierigkeit des Unternehmens wird es jeder Kundige begreiflich finden, dass das Werk nur langsam vorschreiten kann.

eine mit einem französischen Gelehrten ein solches in Angriff zu nehmen. Zarnckes Anschauungen sind merkwürdig kleinstädtisch. Er scheint im Wahne zu leben, die Herausgabe eines Urkundenbuches von 46 mittelalterlichen Universitäten sei eine Spielerei, wie die Herausgabe der Statutenbücher und des Urkundenbuches der Universität Leipzig, zu deren Anfertigung man sich auf die Bibliotheken und Archive von Leipzig und Dresden beschränkte. Und doch! Hat Zarncke vergessen, wie viele Gelehrte sich dabei die Hand geboten und abgelöst, wie viele Jahre man gebraucht, wie viele Kosten damit verbunden waren, um jene verhältnissmässig geringen Arbeiten, bei denen auch er thätig war, die aber bis heute ein Torso geblieben sind, herzustellen, Arbeiten, die nur in den Anfang des 15. Jhs. zurückreichen?

Unter den Urkundenbüchern der Universitäten nehmen die Statutenbücher eine hervorragende Stelle ein. Sie sind geradezu unentbehrlich, um die Organisation und Constitution einer Universität kennen zu lernen. Sie bilden auch deshalb eine Hauptquelle für den zweiten Band meiner Universitäten des Mittelalters. Wie aber jeder begreifen wird, geht es nicht an, in demselben alle Inedita zu veröffentlichen und sämmtliche sich an dieselben knüpfenden Grundfragen kritisch zu erörtern. Ich wähle dazu diesen Weg, und publiciere hier die bisher nicht bekannten Statuten der Universität Bologna aus der ersten Hälfte des 14. Jhs., und komme nächstens auf die Statuten der an Bologna sich anlehnenden spanischen Universitäten zu sprechen.

Hätte ich beim Abdrucke der Statuten der Juristen-Universität Bologna die in der Regel beliebte Methode bei Herausgabe der Statutenbücher der Universitäten befolgt, so wäre meine Arbeit einfacher gewesen als sie in der That war. Der Text der Statutenbücher einer Universität wird sonst also publiciert, dass er gegenüber den Statutenbüchern anderer Universitäten hermetisch abgeschlossen wird. Dem gegenüber bin ich meiner Methode treu geblieben und habe sie auf diesen Fall angewendet. Mit dem Bologneser Text des 14. Jhs. habe ich den des 15. sowie die Statuten der von Bologna abhängigen italienischen Universitäten in Vergleich gebracht und den Grund gelegt zur Dar-

legung der Organisation der italienischen Universitäten vom 13. Jh. ab. Allerdings brachte diese Methode längere Ausführungen als Einleitung mit sich; dem unbefangenen Forscher werden sie aber um so erwünschter sein, als sie ihm völlig neue Gesichtspunkte eröffnen, die er aus den Arbeiten früherer Forscher nicht gewinnen konnte. Hoffentlich kommt man auch endlich zur Einsicht, dass Savignys Arbeit über die Universitäten des Mittelalters in keiner Weise genügt und speciell für die Organisation der Universität Bologna und der von ihr abhängigen Universitäten nicht einmal als Ausgangspunkt dienen kann.

1. Die Statuten der Universität Bologna vom J. 1317—1347.

Es ist bekannt, dass bereits Innocenz IV. im J. 1253 'quedam statuta salubria et honesta', von den Rectoren und der Universität der Scholaren Bolognas verfasst, bestätigt hat[1]). Keine Spur derselben ist auf uns gekommen. Ebensowenig wollte es bisher gelingen eine Hs. der späteren Collectionen der Juristen-Universität bis zum ersten Drucke aufzufinden. Naturgemäss sucht man eine solche vor allem in Bologna selbst. Und in der That bestärkt uns Scarabellis Buch 'Delle costituzioni, discipline e riforme dell' antico studio Bolognese' (Piacenza 1876) in der Hoffnung dort nicht bloss eine, sondern mehrere solcher Sammlungen benützen zu können. Er citiert 'Statuti d'università' aus den Jahren 1395, 1397, 1441 e 1442, sowie eine 'Riforma del 1397 allo statuto dei leggisti' u. s. w., die sich zu seiner Zeit, d. i. vor 10 Jahren, im Archivio de' Notai befunden hätten[2]). Er gibt sich auch den Anschein, als habe er bei der Darstellung diese werthvollen Documente, von denen vor ihm niemand etwas gewusst hat, benützt. Stellen wir uns aber auf den Boden der Wirklichkeit, so verhält sich die Sache ganz anders

1) S. meine Universitäten des Mittelalters I, 155 Anm. 379.

2) Costituzioni etc. p. 6. Vgl. dazu desselben Relazione dell' importanza e dello stato degli Archivi Bolognesi (Bologna 1874). Beide Schriften wurden im Auftrage des Ministerio di Publica Istruzione verfasst. Die Wahl des Ministeriums in der Person Scarabellis war keinesfalls eine glückliche, wie man nirgends mehr als in Bologna einsieht.

Bereits vor einigen Jahren forschte ich in Bologna Scarabellis Funden nach. Allein vergebens. In diesem Jahre setzte ich meine Recherchen fort, aber nicht mit mehr Glück. Der wahre Thatbestand, über den mich der gelehrte Director des R. Archivio di Stato in Bologna, Malagola, aufgeklärt hat, ist folgender. Das frühere Archivio notarile wurde mit dem jetzigen Archivio di Stato vereinigt. Es findet sich in demselben handschriftlich kein Statuto dell' università dei Giuristi vor dem Jahre 1507, obgleich sonst nicht wenige kostbare Documente und Hss., welche, besonders für die spätere Geschichte der Universität, höchst wichtig sind, dort liegen. Im Archivio notarile lagen alle atti antichi del Governo Bolognese, die jetzt im Archivio di Stato stehen. Im einstigen Archivio di Prefettura, das nun ebenfalls mit dem Archivio di Stato vereinigt ist, waren die Atti dei Collegi di Diritto Pontificio e Cesareo, und sie sind nun gleichfalls im Archivio di Stato. Unter ihnen begegnen wir allerdings den Statuten der genannten Doctoren-Collegien, z. B. aus den Jahren 1397, 1460, 1466, 1500, 1502 u. s. w., allein nicht handschriftlichen Statuten der Universität der Juristen. Ebensowenig finden sich solche in der Biblioteca comunale, wie mich deren Bibliothekar L. Frati zu wiederholten Malen brieflich und persönlich versichert hat, im Archivio arcivescovile, das manche Acten der Universität enthält, in der reichen Bibliothek des Collegio Spagnolo und in der Universitätsbibliothek. In letzterer Bibliothek sind jedoch 'Statuta nova Universitatis scolarium scientie Medicine et artium generalis studii civitatis Bonon. condita anno MCCCCXLIJ' im Cod. 1394 erhalten.

Scarabelli hat wohl nur die Statuten der Collegien der Doctoren mit jenen der Universität verwechselt. Ausserdem nahm er die auf das Studium bezüglichen Statuten der Commune zu Hilfe, die, so werthvoll sie auch sind, doch keineswegs Statuten der Universität genannt werden können. In der That bestärkt uns in dieser Beobachtung auch die Darstellung bei Scarabelli p. 56 sqq. 74 sqq. verglichen mit p. 54 sqq. Es ist eigentlich nur von den Collegien der Doctoren die Rede. In welcher Weise Scarabelli gearbeitet hat, beweist unter anderem,

dass er p. 38 sqq., während er das 'Ordinamento disciplinare dello studio' während des 13. Jhs. angeblich aus den Quellen darstellen will, zum grossen Theil nur Savigny, dessen Hauptquelle die gedruckten Statuten aus dem J. 1561 waren, ausschreibt ohne ihn zu citieren. Dasselbe ist der Fall p. 60 sqq., wo er die 'Discipline d'insegnamento' während des 14. Jhs. darlegt.

Mir thut dieses Resultat leid, denn ich hoffte immer die unten publicierte Statutensammlung durch Statuten aus dem Ende des 14. Jhs. ergänzen und über manche nach dem J. 1347 stattgehabte Reformen zu grösserer Klarheit gelangen zu können. Besässen wir Statutensammlungen, die in die Epoche zwischen 1347, wo unsere aufhört, und 1432, aus welchem Jahre die im Drucke erschienene Redaction stammt, fallen, so wären wir in der Lage, ein weit bestimmteres Urtheil darüber abzugeben, welche Verordnungen dem Jahre 1432 angehören, und welche in die Zeit zwischen 1347 und 1432 zu setzen sind.

Obiges Resultat ist aber auch um so auffallender, als sich in Bologna die Statutensammlungen der Commune aus dem 13. Jh.[1]), die Libri Provisionum vom 14. Jh. ab u. s. w. erhalten haben. Und um hier nur solche Collectionen namhaft zu machen, die unserm Thema näher liegen, so erwähne ich, dass sich im Archivio di Stato in Bologna ausser den oben genannten Statuten der Doctoren-Collegien auch die 'Constitutiones honorabilis et almi generalis collegii dominorum doctorum advocatorum consiliariorum et iudicum alme civitatis Bononie edita ibidem anno nativitatis domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio' befinden[2]). Ebenso sind handschriftlich die Statuta germanice na-

1) Ediert von Frati, Statuti di Bologna. 3 Bände Bologna 1869—1877.

2) Sie finden sich in einem Renaissance-Codex in Fol. aus 15. Jh. (Pergament), der unter Glas aufbewahrt wird. Nach dem ersten Blatte mit schönen Miniaturen (oben Madonna mit dem Kinde, rechts darunter der Papst dem Legaten eine Bulle überreichend, links Kaiser Theodosius, der dem Bischofe die bekannte Stiftungsurkunde gibt, am untern Rande das Collegium, — auf der Rückseite des Blattes Wappen) folgen die Urkunde Theodos' und päpstliche Bullen für die Doctoren zu Bologna, die älteste von Eugen IV. (16. Mai 1437), die jüngste von Nicolaus V. (25. Juli 1450) Bl. 12: Incipiunt aliqua statuta communis Bononie in privilegium dominorum doctorum, scolarium et studii Bononiensis, et primo de pena comittentis ali-

cionis, wenngleich bloss aus dem J. 1497, auf uns gekommen[1]). Allein, wo ist eine handschriftliche Sammlung der Statuta universitatis Juristarum vor 1507?[2]) Man war bisher bloss auf die Drucke angewiesen, in denen ziemlich übereinstimmend die reformierten Statuten aus dem J. 1432 stehen[3]), mithin Statuten jungen Datums.

Ich gab nie die Hoffnung auf, irgendwo einmal auf eine handschriftliche Sammlung zu stossen, und in der That glückte es mir nicht bloss irgend eine, sondern gerade jene Redaction zu entdecken, welche die Grundlage für die vielen späteren Reformen und Bearbeitungen geworden ist. Die Hs. in Fol.

---

quam questionem consulendam alicui forensi. Die bekannten Auszüge aus den städtischen Statuten für das Studium reichen bis Bl. 18b. Bl. 22—52 stehen die oben genannten Statuten. Bl. 53—71 Matricula et descriptio omnium et singulorum doctorum advocatorum et iudicum tam civilis quam canonici generalis collegii dominorum doctorum et iudicum civitatis Bononien. secundum ordinem eorum aggregationis dicto collegio ex antiquis matriculis exemplata et transcripta et conpillata anno MCCCLXXXXIIJ'. Sie beginnt mit D. Bulgarus de Bulgaris glosator legum. Der fünfte schon Jacobus de Arena. Die Fortsetzungen reichen bis 1776. Im Ganzen sind 1239 Namen resp. Nummern. Beiläufig bemerke ich, dass der von Panzer, Ann. typograph. I, 224 erwähnte und von Savigny (III, 164 Anm. a) nicht gesehene erste Druck der sogenannten Urkunde Theodos II. mit dem grossen Commentar des Bologninus (Bononiae 1491) im Staatsarchiv zu Bologna neben dem ebengenannten Codex unter Glas aufgelegt ist.

1) Im Archivio dei Conti Malvezzi de' Medici in Bologna. S. darüber Malagola, I libri della nazione tedescha presso lo studio Bolognese, Modena 1884, p. 17.

2) Natürlich gehören nicht hierher die handschriftlichen Nachträge, welche der Druck vom J. 1561 in der Universitätsbibliothek zu Bologna enthält, und Savigny benützt hat. Die Nachträge sind aus der Zeit nach 1561. Ein solches Exemplar befindet sich auch in der Biblioteca municipale; ausserdem sind in demselben viele Druckfehler verbessert.

3) Bereits Savigny hat auf die beiden alten Drucke aus den Jahren 1515 und 1561 aufmerksam gemacht. Gesch. des röm. Rechts III, 160 f. (S. die Beschreibung unten S. 215.) Beide sind selten, besonders jedoch der erste Druck. Orlandi, Notizie degli scrittori Bolognesi (Bologna 1714) citiert p. 333 auch Ausgaben aus den Jahren 1500 und 1552. So wenig Savigny sie gekannt hat, ebenso wenig habe auch ich oder ein anderer sie zu Gesicht bekommen. Orlandi hat sich wohl geirrt. Im Staatsarchiv zu Bologna finden sich handschriftlich die Statuten vom J. 1507, die dem Drucke zu Grunde lagen.

steht in der Capitelsbibliothek zu Pressburg in Ungarn, trägt die Signatur 16, und umfasst bloss 9 Blätter. Die Schrift weist auf Bologna, sie stimmt überein mit jener der juristischen Hss., resp. der Apparatus aus der Mitte des 14. Jhs. Ebenso sind die gemalten Initialen, mit denen jede Rubrik anfängt, identisch mit jenen der genannten Hss. Interessant, dass gemäss den älteren Vorschriften hinsichtlich der Petiae juristischer Hss.[1]) auch hier jede Columne 60 Zeilen besitzt. Auf fol. 1a stehen, wie dies auch bei andern Universitätsstatuten jener Zeit der Fall ist, die Initien der Evangelien Johannes, Matthaeus, Lucas (Marcus fehlt). Tactis sanctis dei evangeliis wurden ja die verschiedenen juramenta abgelegt. Auf fol. 1b beginnen die Statuten. Im ersten Buchstaben der ersten Rubrik, nämlich A (Ad), steht ein Wappen (das des Besitzers? S. unten zur Rubrik). Die Überschriften der Rubriken sind durchweg roth. Beim Beginne jeder Rubrik findet sich am äussern Rande die Nummer derselben[2]). Leider ist die Hs. in keinem sehr guten Zustande. Die Dinte ist vielfach verblasst, manchmal förmlich weggewaschen, das Pergament am innern Rande der einzelnen Blätter und zwar immer gegen unten zu zerrissen. Letzteres hätte insofern weniger zu bedeuten gehabt, als das Verderbniss nur ausnahmsweise auch die beschriebenen Theile ergriffen hat. Allein im J. 1854 hat man beim Binden der Hs., um den einzelnen Blättern mehr Festigkeit zu geben, breite Papierstreifen an den innern Rand der Blätter geleimt, wodurch auch die Schlussworte der letzten Zeilen verklebt wurden. So gut es gieng befreite ich die Schrift von dieser Zuthat. Indess war wegen der Risse im Pergamente und des schlechten Zustandes desselben grösste Vorsicht geboten, so dass ich nicht durchweg die gewünschten Resultate erzielen konnte. Ich war aber so glücklich, die Lacunen bei Herausgabe des Textes völlig

1) So in den handschriftlichen Statuten der Juristen-Universität Padua vom J. 1463. S. unten zu Rubr. 32. In den Statuta artistarum waren 62 Zeilen vorgeschrieben, worauf sich Savigny, Gesch. des röm. Rechts III, 580 bei seiner Ausführung über die Petiae stützte. Daraus Wattenbach, Das Schriftwesen[2] S. 152.

2) Ich habe unten die Zahl zu 'Rubrica' gesetzt.

ergänzen zu können. Dieselben Hilfsmittel, die mir dabei dienlich waren, gebrauchte ich überhaupt zur Herstellung eines correcten Textes. Die Hs. ist nämlich etwas nachlässig und nicht von einem sehr verständigen Schreiber geschrieben. Sinnstörend ist die Interpunktion und Rubricierung. Ein gleichzeitiger Corrector (wohl der Besitzer der Hs — die Schrift der Correcturen verräth den Gelehrten) hat Verbesserungen im Texte, am Rande aber nothwendig zum Texte gehörige Nachträge angebracht. Weit mehr zu bedauern ist, dass nicht zwei Drittheile der Hs. resp. der Statuten erhalten sind; es fehlen am Schlusse wenigstens 4 bis 5 Blätter, die Sammlung reicht bis zur 45. Rubrik incl., von der jedoch das Ende fehlt.

Gradum rectoratus acceptans statim postquam electus et publice nominatus, si presens in universitate fuerit, vel si absens ab ipsa congregacione universitatis fuerit, dum tamen sit Bononie vel in districtu et gaudeat privilegiis nostre universitatis, in prima congregacione, que postea fiet, vel quam cito ab antiquo rectore fuerit requisitus, sub hac forma corporale subeat sacramentum, scilicet, quod est scolaris universitatis nostre, et clericus non coniugatus nec professus, et pro posse quod procurabit, que pertineant ad bonum statum studii et universitatis scolarium Juristarum Bononie conmorancium. Item iurabit statuta facta et facienda et precipue novum statutum De modo partiti et que continentur in illo, et ordinamenta omnia, que per ipsam universitatem sint et fuerint approbata et iurata, observare et facere a suis scolaribus observari, et ea manu tenere et deffendere. Et iurabit insuper procurare fideliter et sine fraude, quod sibi tempore statuto successor ydoneus eligatur. Item quod in fine regiminis pecuniam universitatis, si qua ad ipsius manus pervenerit, conservabit, et iurabit post finem sui regiminis per mensem integrum Bononie permanere et stare iuri, prout contra eum fuerit inventum, et super penis solvendis suis successoribus obedire, vel si eos vel alterum ipsorum recedere oportuerit ex aliqua iusta causa, dimictet quilibet eorum duos fideiussores ydoneos coram rectoribus novis et illis quatuor electis ad syndicationem, qui fideiussores p[romittent] pro eis iudicatum solvi [sub] iuratoria cautione [vel coram rectoribus] vel coram socio et consciliariis, scilicet ante electionem dictorum quatuor. [Idem, si] suo durante officio se ultra mensem vel absque spe reversionis oportuit absentare.

---

2. *P bis auf Weniges mit A übereinstimmend, Fl. ist etwas verändert und anders stilisiert. Pad.* (*1, 14*) *beginnt wie alle übrigen, weicht aber sonst in der äusserst kurzen Rubrik von ihnen ab.* — 3. Si presens . . . requisitus *fehlt in B.* — 11. *In B P die 5. Rubr. des 3. Buches, in Fl. die 4., in Pad. die 41. des 1. Buches. S. unten Rubr. 80.* — 16. *B schiebt hier zwei Sätze ein, nicht so P.* — Item . . . conservabit (*10 — 17*) *fehlt in B, steht aber in Fl. P. In Pad. kommt dieses Statut in Rubr. 15* Ad quid rector specialiter teneatur *vor.* — 18. *Was von hier bis zum Schlusse folgt, findet sich, mutatis mutandis, in Pad. ebenfalls im eben genannten Cap.* — 19. super] sub *Hs.* — 22. *S. Rubr. 13.* qui fideiussores . . . rectoribus *am Rande, einzelnes weggeschnitten. Ergänzungen aus B.* — 25. *B enthält diesen Satz mit einer neuen Bestimmung:* Item iurabit, quod si suo durante officio . . . absentare, idoneam et sufficientem cautionem dimittet de omni ratione reddenda et de omni danno et interesse resartiendis, etiamsi dicta cautio ab eis non fuerit petita. *Nach Pad.* (*15*) *musste der Rector auch wie in A* fideiussores *stellen. Fl. und P* (*P genauer als Fl.*) *enthalten nur das vorhergehende Statut. B darauf noch ein Statut.* — *B schiebt hier eine Rubrik* De habitu et statu rectorum *etc. ein, von der ich oben zu Rubr. 2 gesprochen.*

De immunitate rectorum. Rubrica ix.

Habeant excepcionem perpetuam rectores finito eorum officio, per quam non solum a sacramenti prestacione successoribus sint inmunes, immo nec statutis aliquibus sint astricti, illis solis statutis exceptis, que scandalum in universitate adducerent non servata, cuius scandali interpretacio rectorum qui pro tempore fuerint arbitrio relinquatur. Et eciam post depo[situm] officium aliorum iure regantur in hospiciis conducendis. Et nullus rector vel eorum substitutus gaudere possit privilegiis [rectoribus] concessis, nisi per sex menses continuos personaliter rectoratus officium exercuerit. Et si rector ipse alias preter officium rectoratus non erat exemptus, in fine sui regiminis in universitate comuni, que congregatur pro sindicis eligendis, unum de sua universitate [po]ssit eximere, cuius excepcio duret anno. Quod si tunc non fecerit, ulterius illud facere, [vel si] fecerit, id mutare [non possit]. Si vero vel preter officium ipsum [rector] in perpetuum esset exemptus, [in eadem] universitate possit eximere duos, alterum perpetuo, al[terum] ad annum, prohibentes, ne quis rector in fine sui regiminis vel ante per se solum vel per alium de aliquo nominato vel non ul[tra predictum] modum unum eximendo ab universitate gratiam audeat postulare. Quod si fecerit, penam decem librarum Bonon. exolvat, [et exem]pcio, si facta fuerit, nullius penitus sit momenti. Item statuimus, quod cum potenciores studii in multitudine eximan[tur, inte]lligantur exempti solum a generalibus congregacionibus et ab illis, que in eorum exempcionibus exprimuntur, non autem (*fol. 2b*) a consciliis vel collectis vel sollucionibus universitatis, nisi prius fuerit rector, intelligatur exemptus.

De iurisdictione rectorum, et diebus, quibus sedere tenentur. Rubrica x.

Iurisdictionem ordinariam rectores habeant in scolares in causis civilibus, cum agitur coram eis data licentia cognoscendi ordinarie vel summatim et sine figura iudicii, ut eis videbitur expedire. Et causas

1. *B setzt hinzu:* et quot eximere possint. — 2. *B beginnt wie Fl.* Dignum et congruum, *und enthält zwei längere oben fehlende Paragraphen; P Pad.* (*I, 25*) *wie A, womit Pad. mehr als P Fl. übereinstimmt.* — 4. que scandalum . . . relinquantur (*Hs.*) *fehlt in B; dafür dort ein anderer Absatz. P Pad. wie A, ähnlich Fl.* — 10. *P enthält von hier an neue Verordnungen, die der Hauptsache nach mit Fl. übereinstimmen.* — 13. ulterius . . . universitate possit *am Rande. Einzelne Worte und Silben weggeschnitten, die Ergänzungen aus B und Pad.* — 16. alterum . . . annum *in B verändert, wörtlich jedoch in Pad., wo aber dann alles fehlt, was oben folgt.* — 21. *Was nun folgt, fehlt in B. Hs. stark beschädigt.*

28. *B bringt* (*mit demselben Incipit*) *die ersten Sätze etwas verändert und schiebt bis* Et sint tardissimi *sechs Paragraphen ein.* — *P und Fl. haben denselben*

quadraginta solidorum et infra teneantur diffinire infra viginti dies, et sint tardissimi in privando. Et possint, si necessitas contingat, in causis scolarium procedere quolibet tempore feriarum. Nec possint scolares eciam exempti rectorum iudicium declinare. Si tamen iuret scolaris, se rectorem ex certa causa, quam exprimat et declaret, habere suspectum, rector alius adiungatur, vel qui recusatur, causam persone non suspecte deleget. Non scolaris autem, si in causa scolaris dicat, se rectorem habere suspectum, suspicionis causam audiat et infra triduum diffiniat alter rector, qua probata ipse principalem causam cognoscat, alias scilicet illa non probata ad recusatum remictat causam illam. Nec possit scolaris vel privilegio scolarium gaudens convenire scolarem coram alio iudice quam rectore, nisi forsan volens conveniret coram episcopo vel doctore. Coram iudicibus communis Bononien. scolaris conveniens universitatis comodo sit privatus. Et si ultramontanus cum citramontano litiget, coram rectore rei sit causa, in qua quidem causa et quacunque alia rector quantum potest nitatur ad concordiam et non ad litem. Rectoris autem cum scolari causam audiat et diffiniat alter rector. Item rectoris iniuriam sibi per scolarem aut alium quencunque realiter vel verbaliter illatam vindicet alter rector. Quod si utrique rectori talis inferatur iniuria, teneantur ipsi rectores infra biduum illam universitati referre, que sua deliberacione illam vindicet, prout circumstancie facti suaserint. Item statuimus, quod rectorum vel rectoris citacionibus et convencionibus iudiciorum modis et sententiis et concordiis necesse habeant parere scolares et quicunque nostre universitatis iuratus ad observanda statuta, nec ab eis possint aliquatenus appellare. Bononienses eciam vel alii non scolares nullo modo possint iurisdictionem declinare rectoris sub pena privacionis, que non relasetur,

---

Anfang: Habeat rector quilibet, *und sie stimmen bis zum Schlusse der ganzen Rubrik bis auf einiges Nebensächliche mit einander überein, und divergieren fast durchaus von A B. Pad. (I, 18) mit Überschrift* De iudiciali iurisdictione rectoris *beginnt wie A B, weicht aber dann vielfach von ihnen ab.*

2. *Zwischen* privando *und* Et possint *in B eine neue Bestimmung.* — 5. De suspecto rectore *enthält Pad. eine eigene Rubrik (cap. 19).* — 11. Nec . . . episcopo *ähnlich auch in Pad. (I, 18). In B sind diese Statuten verändert. Beginnt* Nec possit scolaris vel privilegio scolarium gaudens conveniri a non scolari coram alio iudice *u. s. w. Darnach auch das Folgende umgestaltet. Obiges Statut ist jedoch auch nicht sehr alt, wie wir ein anderes Mal sehen werden. — B besitzt bis 14* (Et si ultramontanus) *ausserdem weitere Verordnungen.* — 12. *Hs.* volente. *Correctur aus Pad. B* voluntate. — 22. *B schiebt hier einen neuen längern Paragraphen ein.* — 23. *B* mediis *statt* modis. — 25. *Über* appellandum non esse a sententia rectoris *in Pad. eine eigene Rubrik (cap. 20).* — 26. *In Hs. hinweisende Hand.* Bononienses . . . pro vice qualibet *fehlt B, wo andere Bestimmungen. Zur Stelle s. Rubr. 76.*

nisi prius scolari convenienti fuerit satisfactum et universitati viginti solid. Bononien. exolvat. Inobedientes eadem qua declinantes vel contumaces volumus pena puniri. Et cum talibus privatis non possit aliquis bidellus vel alius nostre universitatis iuratus conversare nec eis prestare auxilium, conscilium vel favorem sub pena decem solidorum Bonon. pro vice qualibet. Et ipsi rectores per se cognoscant, nec delegent dictas causas nisi in casu prescripto vel cum de parcium extiterit voluntate. Quando questio inter scolarem vertitur et scriptorem vel alium, qui gaudeat privilegio scolarium, pro solucione operis vel alia causa, credatur sacramento scolaris usque ad quantitatem viginti solidorum Bonon. Quod si scolaris voluerit, ut scriptor iuret vel alius quilibet cum eo questionem habens, iurare teneatur, si hoc rectori visum fuerit expedire. Teneantur autem rectores bis in septimana non sollempni, scilicet secunda et sexta feria, in terciis in stacione generali personaliter, vel si legitime fuerint impediti, per suos socios vel vicarios pro tribunali sedere. Quodsi diebus predictis festum occurrat, illius loco sequens non feriata succedat.

Ad quid rectores specialiter teneantur. Rubrica xj.

Karitatis honestum actum reducentes in debitum statuimus quod unius, universitatis rector alterius universitatis rectorem noviter electum ad domum asociet, per suam universitatem conducerit more solito et cum tubis. Item teneantur novi rectores infra primum mensem sui regiminis omnia legisse statuta. Teneantur etiam adire quemlibet novum potestatem et capitaneum comunis Bonon. infra decem dies post inchoatum ipsorum capitanei et potestatis officium, et eis universitatem recomendare pariter et offerre. Item teneantur rectores facere, quod omnes scriptores, miniatores, corectores et minorum repositores atque rasores libro-

---

7. casu] causu *Hs.* — 8. *Die Statuten* Quando *etc. bis zum Schlusse auch in Pad., schiebt aber vor* Teneatur *noch andere Verordnungen ein. P Fl. haben das Statut* Quando *ebenfalls, doch nicht wörtlich. Pad. hat übrigens III, 29 eine eigene Rubrik* Qualiter procedendum sit in litibus, quas habent scolares cum scriptoribus (*fehlt im Drucke*). — 13. *Diese Bestimmung auch in P Fl., doch verändert, beide aber übereinstimmend.*

19. *B beginnt wie A* (*hier* Caritatis, C=K). *P Fl. jedoch:* Moribus consonum, *und beide fahren dann übereinstimmend, verschieden von A B, fort. Pad.* (*I, 15*) *beginnt ähnlich wie A B:* Caritatis debitum. *Doch ist vieles umgeändert, und die Rubrik enthält manches, was in A an andern Orten steht.* — 22. *Auch in Pad, nur war dort die Zeitdauer zwei Monate.* — 25. *Statt* et eis universitatem *etc. in B* et ab eis sacramentum exigere *etc. Darüber s. unten 269, 25 und zu Rubr. 90.* — 26. *Das Folgende auch in B.*

rum, ligatores, cartularii et qui vivunt per universitatem et scolares iurent, quod subdicti sint rectoribus et universitati, et fideliter unicuique facient. Teneantur etiam primo, secundo vel tercio die, quibus in principio studii a lectionibus abstinetur, convocare universitatem, et ibi facere legi statuta, saltem tercii libri; faciant eciam in principio studii per scolas legi statuta, que respiciunt doctores et scolas, et modum, processum continent lectionum. Caveant etiam, ne in suis matriculis pro scolaribus describant eos, qui in iure non student, vel qui non iurant, nisi iusta causa abstineant approbata etiam per rectores. Teneantur eciam facere ad peticionem scolaris legi statutum per scolas, quod legi ipsi scolari notabiliter expedit. Nec legantur predicta, nisi per notarium universitatis, vel ipso impedito, per generalem bidellum, qui ad mandatum alterius rectorum tantum etiam altero contradicente illa legere teneatur. Teneantur etiam rectores per modum, qui ipsis decens videbitur, procurare, quod campane, que pulsantur ad usum scolarium, pulsentur modo, tempore et spacio concedenti, et maxime circa pulsacionem repeticionis invigilent, ut pulsetur hora congrua et spacio temporis congruenti. Faciant etiam proclamare per scolas de mense Aprilis per notarium universitatis, quod si sit aliquis, qui velit aliquid dicere vel opponere contra aliquem officialem universitatis, offerat dominis rectoribus et consciliariis universitatis. Teneantur eciam rectores post kalendas Novembris sollicite procurare, quod doctorum salaria habeantur. Quod si kalendis mensis Januarii non fuerint persoluta, singulis septimanis saltem semel super hec consciliarios convocare teneantur et cum eis deliberare modos et vias salarii habendi. Quod si kalendis Marcii non fuerint persoluta, ex tunc rectores cum consciliariis circa hoc omnem universitatis habeant potestatem, et sine ipsius universitatis requisitione possint ipsi vel ipsorum pars maior omnia,

---

3. *Dieses Statut findet sich ähnlich sowohl in P, als in Fl. und Pad. In Fl. ist der Text allerdings verstümmelt, nach* tercii libri *muss* faciant *etc. bis* statuta *eingeschaltet werden. Ebenso fehlt vor* ne in suis *das Wort* Caveant. *In P fehlt* saltem tertii libri . . . expedit. *In A* saltem tercii libri . . . legi statuta *nachträglich am Rande. Man sieht, diese Stelle war für die Abschreiber verhängnissvoll. Die Übersehen wurden durch das wiederholt vorkommende* legi statuta *verschuldet.* — 9. *bis* 12 *fehlt in Fl., steht aber in Pad.* — 14. *Nämlich die campanae der Kirchen S. Pietro und S. Domenico, von denen unten lib. 2 Rubr. 44 die Rede ist.* — *Fl. P stimmen hier durchaus mit A überein, bis* condecenti *auch Pad.* — 17. Faciant . . . universitatis *fehlt in P Fl., und die folgenden Paragraphen bis 268, 13 etwas verändert und gekürzt, beide aber übereinstimmend.* — 22. *Das Salarium für die vier besoldeten Doctoren (s. unten Rubr. 40) betrug im J. 1316 (und so war es wenigstens noch 1347) nicht mehr als 400 Lire zusammen. S. Ghirardacci I, 589.* — *Statt* Januarii *in B* Martii *und dem entsprechend 25 statt* Marcii: Junii. — 26. consciliariis] scolariis *Hs.*

que universitas ipsa posset. Sed studium non possint suspendere, potest tamen congregari universitas propter hoc ad rogatum salaritorum. Teneantur etiam rectores pecuniarias penas, in quas doctores, scolares vel allii universitatis comodo gaudentes inciderint, infra decem dies exigere, et teneatur quilibet, qui scit aliquam penam comissam et neglectam vel non exactam, denunciare rectori, alias ad tantumdem per sindicos in fine sui regiminis condempnetur, nec de remictendis penis predictis possit inter consciliarios vel in universitate proponi. Medietas autem penarum sit universitatis utriusque, et reliqua medietas utriusque rectoris, nec possint rectores remictere partem suam. Introitus eciam universitatis, qui Bononiam perveniunt, sint utrique universitati comunes. Teneatur eciam unus rector ad requisitionem alterius suos d[are] consciliarios, cum illos pro universitate postulat congreganda, et iubente uno rectore cum maiori parte consciliariorum universitatis cuiusque teneatur bidellus generalis convocare universitatem, etiamsi rector alius et pars maior consciliariorum contradicat. Alias [preter] casus statutis expressos universitas convocari non possit, nisi prius de ipsa convocanda inter consciliarios sit firmatum. [Ad] formam vero partiti in universitate ponendi deliberandam confirmatur, quod universitas congregetur; tunc prius scilicet, quam [ad alia diver]tant, per rectores et consciliarios ultramontanos eligentur duo de consciliariis ultramontanis, et alii duo de citramontanis per [suum] rectorem et consciliarios, qui omnino universitati debeant interesse, et omnino secundum illam formam ponatur in u[niversitate] (*fol. 3a*) partitum, de qua post data consilia per rectores et dictos quatuor vel ipsorum partem maiorem fuerit ordinatum. Et quando diebus, quibus a lectionibus cessatur, universitas de mane fuerit convocanda, si verisimiliter quod inminet expediri posset ante terciam in mediis terciis inchoando, ad ipsam horam medie tercie universitas convocetur: sub districto precepto conveniant illa hora et provideatur, quod illa hora campana pulsetur. Si vero quod agendum inminet verisimiliter illa hora expediri non posset, in missa, qua scolas intratur, convocatio fieri possit et precise scolares illa hora conveniant. Teneantur eciam rectores prohibere, ne congregata universitate pro aliquo principali negocio illo non expedito proponatur aliud incidenter. Item quod aliquod ibi reformandum non

---

4. *B statt* decem dies: unum mensem. *P Fl. wie A.* — 7. *Zu* nec de remictendis *in Hs. eine hinweisende Hand.* — 11. *Was folgt fehlt in P Fl.* — 16. *Das Blatt hier beschädigt und die Wörter verwischt. Ergänzungen aus B.* — *In Pad. steht darüber eine eigene Rubrik* De congregatione universitatis (cap. 28), *wo gleich anfangs dieses Statut.* — 23. partitum] partium *Hs.* — 32. *Der Absatz* Teneantur *in B verändert; P Fl. enthalten diese Statuten bis* firmatum (*269, 1*) *wie A, ähnlich Pad. in der genannten Rubrik.* — 34. *Was hier bis* Inquirant (*269, 13*) *folgt, fehlt in B, beruft sich aber vorher auf ein im Nachtrage* (*p. 61*) *stehendes Statut.*

proponatur prius inter consciliarios non firmatum, nisi forsan contra rectores ipsos vel ipsorum alterum, vel nisi prius aliquid narratum esset ibidem, quod proponere volentes nationem contingeret vel personam. Faciant etiam rectores transcribi scripta, que nunc universitas reperitur habere infra mensem post finitam publicationem statutorum, nisi multitudo scriptorum amplius tempus exposcat. Scriptorum autem, que in futurum habebuntur, fiat transcriptum infra mensem post receptionem ipsorum, et utroque casu originalia in universitatis capssa vel archa faciant reservari, ne pereant, sicut multa alia perierunt. Statuentes eciam, quod infra mensem rectores, ex quo ipsis fuerit nunciatum, teneantur dare operam efficacem pro posse ad recuperandum scripta vel quidquid aliud universitatis nostre per ipsius officiales vel alios perditum vel distractum, et preterita, presencia vel fuctura complectitur. Inquirant eciam rectores quater in anno simpliciter et de plano, an universitatis capella in burgo sancti Mammi sita officietur ut debet, quod si non fiat, corrigi procurent episcopo vel eius vicario nunciando et modo quolibet congruenti. Et providimus etiam, quod rectores antiqui infra decem dies post depositum officium rectoribus novis ad hoc requisitis debeant consignare res universitatis singulas, que aput predicatores in capssa universitatis existunt, et de illis deinceps fiat inventarium per notarium universitatis nostre descriptum, quas demum suis successoribus debeant assignare secundum inventarii ipsius formam. Negligentes penam viginti librarum Bononien. utrique universitati applicandam incurrant per novos rectores et syndicos exigendam, et si in assignatione deffecerint, per eosdem pena debita puniantur.

De substitucione rectorum. Rubrica xij.

Laudabile statutum hoc facimus, quod nullus rector possit aliquem substituere, quando continget eum abesse, nisi de illa nacione vel nacionibus, qua tunc temporis habent rectorem, nisi substitueret conrectorem

2. rectores] rectore *Hs.* *Was von* firmatum *an steht, fehlt in P, welches darauf andere Bestimmungen substituiert, Fl. schreibt bis* personam *wie A, und schliesst dann nach zwei Zeilen.* — 8. universitatis] universitate *Hs.* — 10. *Das Statut über die scripta sowie das von der capella mutatis mutandis auch in Pad. (I, 15).* — 15. *D. i.* S. Mamolo. *Dazu s. Frati, Statuti di Bologna I, 200.* — 19. *S. Rubr. 75.* — 24. exigendam] exigendum *Hs.* — 25. *B enthält nun viele weitere Paragraphen, welche die Rubrik gerade noch so lang machen, als sie in A ist.* — *Darauf folgt in B Druck die Rubrik* De electione mercatorum, *die, wie ich bereits oben S. 208 Anm. bemerkt habe, hier an irriger Stelle ist. Das Versehen kam erst beim Drucke vor, denn aus der Hs. vom J. 1507 ersehen wir, dass in der Redaction vom J. 1432 statt dieser Rubrik die* De iuramento potestatis *stand, welche nun im Drucke fehlt. S. unten zu Rubr. 90.*

26. *In B Überschrift* De absentatione rectorum (*so auch in Fl.*), et eorum

vel nisi personarum defectus contrarium suaderet. Qui substituti alii a rectore tale debeant prestare iuramentum, quale prestarent principales. Et si contingat substitui rectorem alterius nacionis, ius rectorie pro alia vacacione salvum remaneat nacioni, que viro ad rectoratum ydoneo tunc carebit, et etiam illi nacioni, de qua fuerat substitutus, ut non minus propter id rector suo anno eligatur de illa, sicut illo non substituto eligi debuisset. Et nullus rector possit gerere vices utriusque rectoris ultra mensem, nisi alter rector morte, quod absit, fuerit occupatus, vel propter discordiam iuris vel facti alter rector non fungatur officio rectoratus, vel propter discordiam de facto non eligatur. Et si rectorem contingat abesse ultra mensem, non ad ipsum rectorem vel alium rectoris substitutum (qui substitutus in electione novi rectoris vocem non habeat post mensem, nec dare possit adiunctum), sed ad consciliarios vel electores sue universitatis substitucio devolvatur. Qui infra tres dies per rectorem alterius universitatis vocari debeant et vocati eligere teneantur servatis hiis, que in titulo De electione rectorum superius sunt expressa, hoc addito, quod nullus rector existens rector publicam possit recipere in iure canonico vel civili, ut sic necesse habeat prius rectorem substituendum eligi facere, ita tamen, quod non preveniat ultra sex dies. Et dato, quod hoc non fecerit per recepcionem, tamen publice vacet officium rectoratus, et alterius universitatis rector infra triduum universitatem convocet pro eligendo rectorem, cui presit ipse rector. Tamen vocem in eligendo non habeat nec det adiunctum. Item statuimus, quod nullus rector possit recedere infra tempus sui regiminis se absentaturus ultra mensem sine licencia universitatis. Et si contingat ipsum recedere animo non redeundi infra mensem, teneatur hoc in universitate exponere, et nullum hoc casu possit substitutum relinquere vel reliquo rectori vices suas comitere, nec petere in universitate licenciam de substituto relinquendo vel comitendo, sed statim faciat fieri electionem alterius rectoris secundum formam statuti de ipsa electione loquentis. Et hiis casibus faciat eligi syndicos quatuor, duos ultramontanos et duos citramontanos secundum formam statuti sequentis, ita, quod rector antiquus,

---

loco substitutis. *Die Rubrik mit Incipit* Quoniam nonnullis, *ist in B völlig verändert und grösser, nur zwei Sätze stimmen mit A überein.* — *P* De substitutione rectoris et eius absentatione. *P Fl. beginnen* Cum plerumque contingat; *beide stimmen mit einander überein, divergieren aber sowohl von A als von B.* — *Pad. (Cap. 23):* De absentatione et substitutione rectoris, *und beginnt wie* A Laudabile statutum. *Allein ausser diesem Incipit und wenigen Grundgedanken hat die Rubrik nichts mit A gemein. und ebenso wenig mit den übrigen.* — 13. possit] possint *Hs.* — 16. *Rubr. 6.* — 17. *Etwas Ähnliches in Pad. Der Rector als solcher darf nicht promoviert werden.* — 23. *Ähnlich B Pad.* — 31. casibus] causibus *Hs.* — *Diese Bestimmung auch in B.* duos] duo *Hs.*

ipsius socius vel novus substitutus eidem syndicatui non intersint. Fiat autem hec electio ante finem officii sui. Quod si factum non fuerit, rector substitutus infra sex dies syndicos eligi faciat, et omni casu syndicandus syndicis electis statim satisdacionem prestare teneatur.

De syndicis rectorum. Rubrica xiij.

Modum novum dantes in syndicis assumendis statuimus, quod primo vel secundo festo sequenti electionem rectoris ultramontani, ad quod saltem altera illorum dierum debeat universitas congregari, quatuor syndici eligantur hac forma, quod consciliarii citramontani eligant duos citramontanos de duabus nacionibus, non de illa, cuius est rector sindicandus; etiam consiliarii ultramontani eligant duos ultramontanos de aliis nacionibus, eciam non de illa vel illis, de quibus est rector vel rectores syndicandi, et predictorum nomina in universitate ipsa debeant publicari. Qui predicti quatuor coniuncti una cum rectoribus de novo creatis non divisim, ut fieri solet, preteritos rectores et massarios intra mensem secundum iusticiam syndicare, condempnare vel absolvere teneantur in virtute prestiti iuramenti de pecunia, que ad ipsorum manus pervenerit et de penis non exactis, in quas tempore sui regiminis constiterit aliquos incidisse, et de omni alio, quod gesserint suc administracionis officio vel gerere debuerint, de omni dolo vel notabili negligentia, ipsos pecunia, privacionis vel alia pena, prout ipsis videbitur condempnando. Addicientes, quod syndici post electionem suam generalem rectoris unius vel plurium absolucionem infra viginti quatuor dies facere non possint. Post viginti quatuor vero dies et infra triginta nullo festo die computato generalem expedicionem ipsius cum novis rectoribus facere teneantur, a quorum syndicorum et novorum rectorum sentencia non liceat appellare, eam penam, si appellaverint incursuri, que appellantibus a sententiis rectorum infligitur. Si tamen rector antiquus se gravatum asserat vel condempnatum iniuste, rectori sibi hoc petenti consciliarios infra triduum

5. *B setzt hinzu* et aliorum officialium universitatis. *P Fl.:* De syndicis rectoris et massariis eligendis. *Beide beginnen*: Suadet equitas amica iusticie, *und stimmen bis auf einzelnes Nebensächliche mit einander überein, divergieren aber durchweg sowohl von A als von B. Pad (I, 51):* De sindicis rectoris *mit Incipit:* Ut recte tantum. *Nur Anfangs halten sich einige Bestimmungen zu jenen in A B.* — 6. *B bringt den ersten Paragraphen in detaillierterer Form.* — 7. *Es wird nur die electio rectoris ultramontani genannt, weil diese nach jener des citramontanus statt hatte. Anders war es später, und darum in B eine entsprechende Veränderung.* — 9. *Diese Bestimmung auch in Pad.* 21. *B schiebt nach* condempnando *einen grösseren Absatz ein.* — 24. nullo . . . computato] illo sexto dierum pre numero *Hs.* — 25. *Nach* teneantur *in B eine neue Bestimmung.* — 26. *Ähnlich Pad.* — 29. rectori] rectores *Hs.*

post diem peticionis tradere teneantur, coram quibus suam possit iniuriam declarare. Sed ipso audito ac eciam hiis, que novi rectores et syndici voluerint allegare, consciliarii absque rectoribus id diffiniant vel diffiniendum conmictant, [quibus] eis vel ipsorum parti maiori videbitur convenire. Et si infra illos triginta dies rector ex legitima causa per [rectore]s et sindicos vel maiorem ipsorum partem primitus approbata se voluerit absentare, fideiusores ydoneos et (*fol. 3b*) ad exigendum habiles rectorum et syndicorum arbitrio dimictere teneatur. Et idem sit in massariis repetitum. Exiget autem comdempnacionem rectoris et massarii rector proprius infra mensem. Et si contingat aliquem scolarem rectoris officio expirato ipsos rectores maliciose impugnare, omne dampnum et interesse eisdem satisfacere teneantur, quod rectorum arbitrio et predictorum quatuor infra octo dies terminetur in virtute prestiti iuramenti.

De numero consciliariorum et nacionibus, ipsorum electionibus, excusacionibus et subrogacionibus. Rubrica xiiij.

Numerum consciliariorum terminando ac eciam consciliarias ipsorum statuimus, quod consciliarii sint numero triginta octo, scilicet decem et novem ultramontani, et totidem citramontani. De ultramontanis autem quod solitum est servetur. De citramontanis vero iuxta morem antiquum nacio Romanorum habeat sex, Thuschorum alios sex, reliquos habeat nacio Lombardorum, quos per consciliarias sic dividimus, sicut comunis statutis est descriptum, ita tamen, quod in locum alicuius ipsorum quacunque de causa et quandocunque imineat substitucio facienda non possit fieri, nisi de consciliaria illa per modum supra divisum et concessum, et cessit ex tunc, quod specialiter provisum est de dyocesi Placentina. Et si de consciliaria vel nacione nullus esset in studio, vel si est, non tamen illi officio conveniens iuxta rectoris et suorum consciliariorum vel maioris partis ipsorum arbitrium, tunc rector ipse de sufficienti

---

4. *Hs. beschädigt. Ergänzungen aus B.* — 13. *In B folgen nun andere Paragraphen, welche mehr als ein Drittheil der ganzen Rubrik einnehmen.*

14. *Den neuen Verhältnissen entsprechend wurde diese Rubrik in B bedeutend erweitert und gleich anfangs verändert. S. oben Rubr. 5. Fl. hat den Titel:* De electionibus et subrogationibus consiliariorum et eorum numero. *Beginnt aber wie P:* Quia quod per plures discutitur. *Beide stimmen im Grossen und Ganzen mit einander überein, häufig ad verbum, weisen aber auch Unterschiede auf. Sie divergieren fast durchgehends von A und B. Pad. enthält zwei Rubriken (capp. 42. 43)* Quales debeant esse electionarii, consiliarii et alii officiales et quo tempore eligantur, *und:* De consiliariis quales et quo tempore sint eligendi. *Sie stimmen nur theilweise zu den andern Statutenbüchern.* — 25. sicut communis tunc . . . Placentina *fehlt theils in B, theils verändert.*

consciliario illi consciliarie vel nacioni provideat, quod tamen illi nacioni vel consciliarie non noceat in anno sequenti; si de illa scolaris esset in studio, ille se possit offerre, et rector teneatur recipere annis pluribus successive, ubi non sunt de nacione vel consciliaria duo vel plures in studio. Qui fuerit consciliarius illo anno, in sequenti consciliarius esse non possit. Alias autem non possit electus hoc officium recusare, cuiuscunque status vel professionis existat, nisi racionabilem causam habeat; quam si rector suus approbet, teneatur de ipsius veritate iurare. Eligatur autem consciliarius ultramontanus per nationem suam, et consciliarius citramontanus per nacionem vel consciliariam suam per cedulas secundum formam electionis rectorum et sine procuracione vel clamore, sed magis quiete quam possint. Eligatur autem consciliarius nacionis vel consciliarie ydoneus in moribus et discretione, quietus et magis expediens pro bono communi universitatis. Eligat autem apud ultramontanos nacio, aput citramontanos antiquus consciliarius in universitate, qua suus eligetur rector ante electionem ipsius, consciliarium novum, qui de sua nacione et consciliaria tantum existat. Singulis autem bisestibus annis non per antiquos consciliarios, sed per naciones et consciliarias novi consciliarii eligantur, ne ceteris civitatibus, locis, nacionibus, eclesiis certa loca vel opida vel civitas sibi perpetuare velint officium, ut sepius factum est. Et ille tunc sit consciliarius, qui sue nacionis vel consciliarie plurium quam alius voces habet. Quod si paritas esset in vocibus pluribus, gratificet alteri suus rector. Consciliarius autem infirmus presens in studio vel alias temporaliter impeditus vel se absentans animo redeundi et infra mensem, non possit alium subrogare nec rector subrogatum admictere, sed ipsius rector alium scolarem de consensu maioris partis consciliariorum suorum presencium pro ea vice tantum valeat deputare. Quod si recedat consciliarius animo non redeundi vel non infra mensem, tunc in presencia sui rectoris et notarii universitatis alium subroget per notarium cum aliis describendis. Et tunc subrogantis officium, eciam si infra mensem vel post redeat, sit finitum. Quod si non subro-

4. *In B ist dies deutlicher gemacht:* ubi vero sint de natione vel consiliaria duo vel plures in studio, qui fuerint consiliarii *etc.* — 5. Qui ... iurare *ungefähr auch in P Fl. Pad.* — 14. *In B noch die Bestimmung über das Alter und die Länge des Studiums.* — Eligat ... factum est *fehlt in B.* — 19. eligantur] eligant *Hs.* — 23. *Einzelne Gedanken aus dem Folgenden bilden für Pad. (I, 48)* De absentatione et subrogatione consiliariorum, *die Grundlage. Schon 1463 war es jedoch erlaubt, dass der Consiliarius einen andern im Falle der Krankheit etc. substituiere. Übrigens existiert in Pad. I, 5 (nicht im Drucke)* De vocibus et gratificatione rectoris *eine eigene Rubrik. Dazu unten Rubr. 80. — P Fl. eben ungefähr wie A.* — 28. *Auch dies Pad. (I, 48). In diesem Falle substituierte aber die Nation.* — 30. *Von hier an in B einige Veränderungen.*

gaverit, rector cum suis consciliariis vel parte maiori de illa nacione vel consciliaria subroget alium loco illius, quem constat recessise et animo non redeundi, vel qui abfuit ultra mensem. Idem in illo servetur, qui propter infirmitatem ultra mensem impeditus est officium exercere.

Iuramentum consciliariorum. Rubrica xv.

Omnes consciliarii in suo officii principio sive sint principales electi sive postea substituti iurent suis rectoribus ultra generale iuramentum, quod prius et post ut scolares eis prestare tenentur, quod omni corrupcione remota suum officium et quitquid racione officii spectabit ad eos fideliter exercebunt; vocati per suos rectores venient nisi iustum habeant impedimentum; statuta, que ipsorum officium respiciunt, bona fide servabunt; quod in tractatu consciliariorum erit secretum indictum, nulli pandent contra formam indicti de hiis, que spectant ad suum officium, faciendis vel non faciendis; obligacionem vel certam et expressam promissionem alicui non facient; et quod nominatim super consciliis a rectoribus requisiti respondebunt et dabunt fidele conscilium; et quod si se absentaverint animo trahendi moram extra studium ultra mensem, prius alium de nacione vel consciliaria sua subrogabunt ydoneum cum sollempnitate statuti, vel per nacionem substitui procurabunt.

De tractatu consciliariorum. Rubrica xvj.

Providemus in expediendis per consciliarios ad minus duas partes ipsorum adesse debere. Valeat autem, quod placuerit maiori parti presencium. Si tamen duo ex consciliariis id pecierint, necesse habeant

---

5. *B fügt hinzu* et eorum sedibus. *P Fl. bloss:* De juramento consiliariorum, *und beginnen:* Consiliarii omnes. *Beide stimmen fast wörtlich mit einander überein, und halten sich, mehrere Varianten abgerechnet, zu A. — Pad. (I, 44) Überschrift und Incipit wie A, und hat vieles daraus entlehnt, nämlich 6 — 16.* — 15. nominatim] nominatum *Hs. Correctur nach P Fl.* *B* nominati. — consciliis] conscilia *Hs. Correctur nach P Fl. Pad.* *B* consilio. — 19. *B bringt nun Bestimmungen über die* sedes consiliariorum, *die ungeschickter Weise mit obiger Rubrik verbunden wurden, während in P Fl. Pad. darüber eine Rubrik für sich existiert, was eben zuerst in A der Fall war. S. unten Rubr. 78. — Dagegen folgt in P Fl. hier die Rubrik:* Quod rector duoque socii duoque familiares notarius et bidelli possint arma deferre, *und beginnen:* Laudabilem consuetudinem (*s. oben Einleitung*). *Pad. enthält diese Rubrik viel kürzer als 17. Kap. des 1. Buches, die ersten Verordnungen stimmen aber zu Fl. P.*

20. *P setzt hinzu* et eorum officio; *Fl.* et eorum numero, *Pad. (I, 45)* et de pena eius qui vocatus non venit. *Alle beginnen gleich, nur Fl.* Providentes. *Pad. ist am meisten verändert, stimmt aber da und dort zu A. Ebenso halten sich P Fl. zu A, sind jedoch auch verschieden und darin von einander abhängig.* — 22. *B schiebt nach* debere *eine weitere Bestimmung ein.*

rectores partitum ponere de omni eo, quod tractatum fuerat inter eos. Item, ut liberius deponant consciliarii votum suum, ad requisicionem duorum consciliariorum partitum ponant ad baloctas vel fabas, nec valeat tunc aliter expeditum. Consciliarium non venientem possit suus rector in quinque solidis Bonon. si placuerit condempnare, nisi iuret, se vocacionem ignorasse vel fuisse legitime impeditum. Quare statuimus, quod in singulis vocacionibus consciliarorium rectores scruptinium facere teneantur et postea aut personaliter aut per scolas generaliter requirant eos, qui diffuerint, ut certa hora se debeant excusare. Nullus se inmisceat inter consciliarios, qui consciliarius non sit, nec rectores id paciantur, nisi per rectores et maiorem partem consciliariorum ex causa sit vocatus, hoc salvo, quod rector possit socium suum quem habet in suis vestibus, ut habere tenetur, inter consciliarios tenere; et ille possit consulere in a[gen]dis, ita tamen, quod in prima congregacione consciliariorum, in qua intererit, iuret eis presentibus, quod in agendis fideliter consulet, et que con[sciliar]iis secreta indicentur, secreta tenebit. Si tamen alias non est consciliarius, vox sua suffragium non afferat, nec in nu[merum] computetur nec etiam recipiatur. Et quod socii rectorum nullas particularitates promovere nec facta universitatis cur[abunt] Bononie pertractare nisi publice et coram convocatis per bedellum. Quod si rector duos vel plures socios tales haberet, duos solum possit admictere. Bedellum autem generalem vel notarium tenere vel non tenere in tractatibus consciliariorum sit in [po]testate rectorum, ita, quod si discordarent, prohibens preferatur.

De supervenientibus per consciliarios nunciandis et per repetitores. Rubrica xvij.

Quociens consciliarius sciverit aliquem scolarem sue consciliarie de novo venisse, infra decem dies no[men illius] et cognomen si sciverit massario illius universitatis, de qua est superveniens, ac eciam suo rectori tradat in scriptis. Et quod puniantur consciliarii non denunciantes

---

2. *Dieser Paragraph auch in Pad., der nächste in P Fl.* — 10. *Nach* non sit *in B eine neue Erklärung. Dieser Paragraph überall.* — 12. *Was von hier an bis zum Schlusse folgt, fehlt in B, dafür dort ein Paragraph, der hinsichtlich des socius der obigen Bestimmung widerspricht. In P Fl. Pad. fehlt das Folgende bis vor dem Schlusse.* — 19. *Schwerlich ist die defecte Stelle anders zu ergänzen.* — 22. *P. Fl. ähnlich, und gebrauchen hier die Phrase:* in rectoris et maioris partis consiliariorum duximus arbitrio relinquendum. *Pad. wie A.*

25. *Pad. (I, 46) Fl. P unterdrücken* et per repetitores. *Alle beginnen aber wie A B und halten sich fast durchweg zu ihnen. Pad. jedoch kürzer. Wegen* supervenientes *s. unten Rubr. 93.* — 28. *Ergänzungen aus B.*

scolares de novo venientes in decem solidos Bonon., et soc[ii domus] et repetitores. Et rector in sua matricula sub illa consciliaria statim illum describi faciat vel describat taliter, [quod discernatur] (*fol. 4a*) a iuratis superveniens non iuratus. Ut autem hoc efficacius fieri possit, quilibet universitatis nostre scolaris, qui socium de novo venientem in sua societate receperit, consciliario, sub cuius consciliaria est ille de novo receptus, nomen illius et cognomen si quod sciverit infra decem dies debeat nunciare. Bononiensis eciam necnon et forensis, qui repetitorum tenent officium, suos scolares supervenientes teneantur infra idem tempus illorum rectoribus et massario nunciare, nec illud officium exercere possint, nisi prius rectoribus hoc se facturos fore iuraverint. Et infra primum punctum statutum istud per scolas singulas publicetur.

De massariis. Rubrica xviij.

Rapientibus universitatis introitus resistendo statuimus, quod singulis annis post creacionem rectorum infra sex dies rectores ipsi cum consciliariis duos massarios, unum scolarem ultramontanum pro conservandis introitibus universitatis ultramontanorum, et alium citramontanum pro conservandis redditibus citramontanorum universitatis eligere teneantur hoc modo, quod de nacione vel nacionibus, qua vel quibus esse debuit, dato quod de illis non fuerit rector antiquus, rector ultramontanorum primo cum suis consciliariis, et rector citramontanorum secundum cum suis, premisso diversarum personarum tractatu faciant electiones massariorum per cedulas, et illi duo ultramontani, qui reperirentur plures voces habere, mistim per ambos rectores et omnes consciliarios debeant scruptinari iterato per cedulas. Et ita fiat demum de illis duobus citramontanis, qui reperirentur eciam in predicto scruptinio plures voces habere. Quod si tres vel plures in primo, ut quia in primo numero

---

3. describi] describit *Hs.* — 8. *Am Rande in Hs. eine hinweisende Hand.* — 11. *Der Schlusssatz heisst in B:* Et per totum mensem Novembris hoc statutum per scolas singulas publicetur. *Wie hier so unterdrückt auch sonst zumeist B die Erwähnung der puncta. S. dazu oben Einleitung Paragraph 5.* — 12. *Die in B (Druck 1561) folgenden vier Rubriken sind wie bekannt aus 16. Jh. In Hs. (1507) stehen sie fol. 55a mit neuer Schrift.*

13. *P Fl.* De electione massarii et eius officio. *Pad.* (*III, 1*) De massario universitatis. *A beginnt:* Sapientibus. *Pad.* Raptoribus (*Hs. und Druck irrig* Captoribus) universitatis introitus resistendo, *stimmt aber sonst nicht zu A.* — *Fl.* Universitatis nostre introitus, *P* Etsi in antiquis. *Fl. hält sich selten, doch mehr als P zu A.* — 16. *B hat die Bestimmungen verändert, es sollten nicht Scholaren, sondern Cives campsores sein. In Fl. war der Massarius wie in A noch ein Scholar, in Pad. aber der bidellus generalis, und in P der Pedell oder der Notar, und ausnahmsweise ein civis non scholaris. S. dazu oben S. 221, Anm. 6. Man begreift nun die Veränderungen in den Statuten von B Pad. P.*

sunt tres, quorum quisque habet quinque voces, vel si secundo numero concurret, ut si anus habet sex voces et duo quinque, vel tres nominati sunt in numero secundo, quorum quisque habet quatuor voces: tunc omnes debeant scruptinari, et si in secundo scruptinio esset paritas, alteri gratificet suus rector. Si vero in primo scruptinio omnes cedule vel due partes concordarent in unum, censeatur esse massarius, nec quo ad illum fiat secundo scruptinium. Is autem, qui per hunc modum fuerit electus massarius, officium recusare non possit, nisi racionabilem excusacionem habeat. Que si per rectores et maiorem partem consciliariorum fuerit approbata, teneatur de ipsius veritate iurare; et tunc per modum pristinum alius eligatur. Alias iustam excusationem non habens cogatur officium recipere et bullam massarie, et iuret quod illud fideliter exercebit. Et teneatur massarius quilibet dare fideiussorem ydoneum saltem de centum libris Bonon., vel nacio caveat pro ipso de bene et utiliter ministrando negocia universitatis et ressiduorem consignacione. Statuentes, quod soluciones cuiuscunque pecunie universitatis massariis fieri debeant, non notario universitatis, bidello vel alteri cuicunque, sicut a plerisque ignorantibus factum esse dignoscitur. Et si notarius vel alius quicunque pecuniam universitatis solvendam presumpserit eciam a sponte solvente recipere, penam periurii et trium libr. Bon. pro qualibet vice incurrat, quam rectores ambo vel alter eciam invito reliquo hoc cognito per iuramentum solventis vel unum testem iuratum infra tres dies sub eadem pena exigere teneatur, de pena non exacta syndicatus tempore syndicandus. Soluciones autem fiant deinceps per hunc modum, quod massarius in libro suo scribat vel scribi faciat nomen solventis et

16. *Erst von hier an wieder Übereinstimmung von A und B. P Fl. Pad. divergieren nicht bloss vorher, sondern auch im Folgenden, stimmen aber bis auf einige Gedanken in P Fl., die auch in A vorkommen, auch unter sich nicht überein.* — 24. *Über die solutiones enthält B zuerst eine neue Bestimmung, dann veränderi, was oben bis 278, 6 sich findet, und stellt dann den weitern bis zum Schlusse folgenden Paragraphen andere unter, in denen nur ein paar kurze Sätze mit solchen in A theilweise übereinstimmen Ausführlich wird in B* de matriculis *gesprochen. Zwei sollen sein, eine der Ultramontani, die andere der Citramontani. Sie soll der Notar der Universität besitzen, und die Einschreibungen hat er vorzunehmen. Auf dieses Statut wird unten Rubr. 76 hingewiesen. Pad. hat darüber drei Rubriken:* De immatriculandis scolaribus (*II, 34*), De innovatione matricule (*II, 35*), De civibus Paduanis immatriculandis (*II, 36*). *Der Rector Heinrich Murmester sagt im J. 1463 hinsichtlich dieser drei Rubriken im Schlussparagraphen des 4. Buches* (*37.* Enumeratio omnium novarum additionum in hoc volumine contentorum), *dass die erste fast ganz von ihm sei, die zweite durchaus, die dritte theilweise. In den Bologneser Statuten 1317—1347 ist nur von der matricula rectoris, wie in P Fl., die Rede. S. dazu auch oben Rubr. 11 und 17.*

quantitatem solutam et demum de sua manu in membrana det cedulam solventi, in qua sit nomen massarii tantum et quantitas soluta et bulleta, sic scilicet: 'Ego N. massarius Citramontanorum recepi viginti solidos'. Quam cedulam solvens portet notario, qui gratis scribat ibi nomen solventis, scilicet a domino tali, et subscribat demum nomen illius, et quantitatem scribat in suo libro, quem ad hoc habeat. Et si est scolaris superveniens, non recipiat rector ipsius iuramentum, nisi cedulam talem ostendat, et tunc in matricula, [in] quam facit illum describi, signum faciat, per quod ab antiquis non solventibus discernatur. Cedulam autem illam salvam faciat solvens, per quam solucio probari possit et debeat, aliter solvens, quod universitati debet iure introitus vel pene, non sit ab universitatis debito liberatus. De solucione facta per scolarem credatur simplici iuramento scolaris, si per unum annum alias steterit in studio Bononie, et hoc constat. Et si est scolaris incipiens vel doctorandus, vel quivis privatus restituendus, qui aliquid solvere debeat universitati, bidellus illum non pronunciet, nisi talem cedulam videat. Et a § *Statuentes* huc usque infra primum punctum per scolas annis singulis publicetur. Cartas autem et ceram pro cedulis expensis universitatis massarius distribuat. Nec teneatur massarius in capsis universitatis pecuniam ponere. Salventur tamen dicte capsse, quia per experienciam possent in posterum utiles apparere. Expensas autem statutis non expressas massarius non faciat, nisi secundum formam novi statuti De modo partiti fuerint in universitate firmate. Possit tamen de mandato sui rectoris et consciliariorum suorum vel maioris partis ipsorum pro toto anno sue massarie simul vel divisim ultra illas usque ad quinque libras Bonon. expendere, et non ultra. Inhibentes tamen expresse, ne in pennonibus continentibus arma rectorum, tubis deponendis, vel ipsis tubatoribus, [nisi] cum rectores creatos associant, vel quibuscunque officialium sumptibus quicquam expendat; sociantibus tamen universitatem cum tubis et aliis instrumentis, cum processionaliter incedunt ad festa, competenter satisfaciant pro labore. Electo vero sucessore massarii et per ipsum officio acceptato primi massarii officium sit finitum, et statim bullam officii tradat illi. Et demum infra quinque dies ipsi novo massario coram suo rectore cum suis consciliariis racionem

---

8. in *habe ich ergänzt. Dieses Statut sowie die nächstfolgenden bis zum Schlusse vielfach verändert und mit Auslassungen und Einschiebseln auch in Fl.* — 15. *Hs.* vel qui ius privandus. *Das Statut fehlt überall.* — 17. *Nämlich von 277, 16 an. Wegen* infra primum punctum *s. oben Einleitung Paragraph 5.* — 27. *Über die* pennones *ist in P (II, 8) eine eigene Rubrik, in Fl. in Rubr. 79.* — 28. nisi *muss aus Fl. ergänzt werden.* — 31. *Dieses Statut nicht bloss in Fl., sondern auch in P.*

reddat, et reliqua massario novo consignet, quam consignacionem notarius in suis actis scribere teneatur. Quod si per racionum reddicionem appareat penes antiquum massarium esse ultra triginta libras Bonon., illud ultra penes virum ydoneum eligendum per illius universitatis rectorem cum duabus partibus consciliariorum suorum deponat universitatis illius nomine, confecto exinde publico instrumento, quod restituatur illi vel illis, quibus taliter universitas duxerit comictendum. Si autem contingat massarium recedere velle ante finitum ipsius officium, per modum prescriptum prius alius eligatur et racio calculetur, et tantum quantum restabat de illius officio, duret officium substituti. Massarius autem quamdiu durat ipsius officium inmunitatibus gaudeat, que infra proximo statuto petiariis conceduntur.

De petiariis. Rubrica xviiij.

Statuimus, quod quolibet anno die, qua syndici eliguntur, per rectores et consciliarios eligantur sex boni viri de gremio universitatis providi et discreti, qui sint clericali ordine insigniti, et quorum tres sint ultramontani et tres citramontani, qui petiarii numero debeant esse sex, et eligantur ea forma, qua eliguntur electores. Et [duo, tres,] quatuor vel quinque eorum simul eciam possint cognoscere. Qui electi super facto petiarum habeant plenum et liberum [arbitriu]m et iurisdictionem cognoscendi, pronunciandi et exequendi in causis petiarum et librorum corruptorum. Racione deffectus [p]et[iarum] a quibuscunque scriptoribus et correptoribus possint et debeant exigere iuramentum, quod petias, quas corruptas (*fol. 4b*) invenerint, nunciabuntur. Volumus quod stacionarius pro qualibet petia corrupta, quam tradat et pro qualibet vice pena decem solid. Bonon. incurrat, et scolari ad duplum interesse nichilominus teneatur. Medietas vero penarum sit universitatis, relique dimidie dimidiam habeant petiarii, reliquam vero denuncians. Ipsi autem petiarii in festivis temporibus videant et examinent in aliquo loco ab eis deputato omnes petias et quaternos omnium stationariorum, ita quod exigant a stationario quolibet ante omnia iuramentum, quod omnia exemplaria petiarum vel quaternorum vel alia, que comodant, portabunt ad locum ab eis petiariis deputatum et nulla occultabunt. Ad ipsum locum omnes stacionarii omni dolo et fraude remota exemplaria que habuerint

13. *B Fl. P setzen hinzu:* et eorum officio. *Alle beginnen mit A. In der Rubrik halten sich P Fl. zwar auch an A, weichen aber auch davon ab, stimmen jedoch untereinander überein. In Pad. fehlt die Rubrik. Im Codex findet sich zwar die Rubrik De petiariis (III, 21), allein sie stimmt nicht mit obiger überein, sondern enthält manche Paragraphen aus Rubr. 33.* — 18. *Hs. beschädigt. Ergänzungen aus B.* — 28. *B schiebt nach* denuncians *einen Paragraphen ein.* — 33. *Den Scrupel Gherardis, des Herausgebers der Statuten von Florenz, in denen*

portare teneantur, et si maior pars de dictis sex minus bene correpta iudicaverint, illi corrigi faciant et videri expensis stacionarii, cuius erunt, certis correptoribus per ipsos sex deputatis expensis stacionarii, cuius fuerint petie. Ad quorum quatuor et rectorum peticionem quilibet, doctor vel scolaris, librum proprium, si sufficientem habuerit, ad hoc comodare teneatur. Et si doctor vel scolaris librum, postquam fuerit visum sufficiens, recusaverit comodare saltem intra domum suam propriam, pena quinque libr. Bonon. nostre universitati aplicanda omnimode feriatur. Et si qua tassata non fuerint, ipsa tassare teneantur. Et si qui stacionarii hoc facere contempserint, pro qualibet contumacia cadant in penam quinque libr. Bonon. convertendam in utilitatem universitatis, et nullus scolaris deinceps ab eo petias vel quaternos ad scribendum vel corrigendum recipere debeat sub pena decem solid. Bonon. et perpetue privationis, et quod rectores qui pro tempore fuerint ad requisitionem dictorum sex ut premittitur sub virtute prestiti iuramenti exigere teneantur penam predictam. Et petiarii solvant correptoribus petiarum et recipere teneantur pecuniam a stacionariis in presentia correptorum et ut solvant statim correptoribus, nec stationarius solvat correctoribus. Teneantur eciam predicti petiarii expensis generalis bidelli Questiones suo tempore disputatas per doctores, et ipsi bidello traditas, in duplex exemplar redigi facere et corrigi duplicatas infra viginti dies, ex quo tradite fuerint, pena quadraginta solid. Bonon. pro qualibet questione bidello, si ad ipsorum mandatum hoc non fecerit, infligenda et ad ipsorum requisitionem per rectores vel ipsorum alterum exigenda de questio-

---

der Absatz Ad ipsum locum *etc. wie auch in P ebenfalls vorkommt, hinsichtlich eben dieser Worte verstehe ich nicht.*

2. corrigi *und* videri *gehört zu* certis correptoribus. *In B sind ungeschickter Weise die beiden letzten Worte ausgelassen. Fl. P:* teneantur ea porrigi facere ceteris correctoribus. — 5. si] et *Hs.* — 9. Et si qua . . . universitatis *fehlt in B, jedoch zweifelsohne nur durch Schuld des Copisten, denn der folgende Absatz (12) hat die vorhergehenden zur Voraussetzung. Die Sätze stehen richtig in Fl. P.* — 18. nec . . . correctoribus *in Hs. am Rande, fehlt in B.* — 19. *Der Satz* Teneantur, *der auch in B den neuen Verhältnissen gemäss verändert wurde, ist in Fl. P in gleicher Weise verderbt. Statt obiger Fassung liest man:* Teneantur etiam predicti quatuor peciarii expensis doctorum disputantium et repetentium, qui doctores teneantur ipsas repetitiones et questiones tempore disputationis generali bidello (*P setzt hinzu* tradere) traditas per doctores in duplex exemplar *etc. Gherardi vermuthete, dass etwas fehlen müsse.* — 20. *B nennt, von andern Verschiedenheiten abgesehen, den stationarius statt des Pedells.* — 23. *P Fl. enthalten nun andere Bestimmungen (beide übereinstimmend), und bringen aus A nur noch den Satz 281, 14* Et ut predicti. — 24. *B schiebt nach* exigenda *eine neue Verordnung ein, und unterdrückt den folgenden Paragraphen bis* reponi.

nibus scribendis. Teneatur stacionarius questionum suis expensis describi facere questiones in quaterno sibi tradito per notarium, quem notarius dat sibi de libro questionum, quem ad perpetuam memoriam in capssa universitatis volumus reponi. Teneatur etiam notarius universitatis omnes questiones necessario disputatas scribere gratis in uno libro per universitatum massarios emendo et ei tradendo infra decimam diem Januarii. Et quod etiam rectores massarios cogere debeant, et id notarius infra mensem post festum resurrectionis perfecisse teneatur sub pena trium librarum Bonon. pro qualibet questione obmissa. Et tunc liber per rectores in universitatis capsa infra dies octo ponatur. Et circa hoc eciam petiarios predictos volumus esse sollicitos. Teneantur eciam ipsi petiarii convenire saltem semel in ebdomada sub pena decem solidorum Bonon., et ad hoc eos rectores conpellant in virtute prestiti iuramenti. Et ut predicti sex premissis diligencius intendere valeant, statuimus, quod ipsi non teneantur illo anno venire ad convocationes generales nec ad obsequias mortuorum, nec ad aliquod aliud officium universitatis illo anno cogantur. Et hoc statutum teneatur notarius in quibuslibet quatuor temporum, scilicet quater in anno quolibet, legere seriatim.

De statutariis et revocatione statutorum et gratii[s optinendis] contra illa. Rubrica xx.

Terencius primum in hac vita dixit: utile, ne quid nimis Quare statuimus, quod solum de decennio in decennium fiant addiciones et mutaciones statutorum, nisi casus utilitatis vel necessitatis aliquid suadet

---

1. *B* notarius *statt* stationarius. — 14. *B bringt vor* Et ut predicti *einen andern Paragraphen.* — 16. *S. 287, 6.* — 18. *In B folgen zwei Bestimmungen.* — *In P fehlt hier ein Blatt, auf dem die letzten Zeilen der eben behandelten Rubrik standen und die Rubriken* De forma indumentorum rectoris et scolarium *etc.*, De creatione notarii universitatis *etc.*, De officio notarii universitatis, *die erste Hälfte der Rubrik* De salario et solutionibus faciendis notario universitatis.

P Fl. enthalten nicht die nächste Rubrik. P bringt bloss in 3 Zeilen III, 29 die Rubrik De registratione statutorum, *und Fl. ebenfalls am Ende des 3. Buches (Rubr. 107)* Clausula generalis et de tempore approbationis statutorum *ein wenig ausführlicher als P. In Pad. stehen aber IV, 34. 35 die Rubriken* De revocatione statutorum et graciis contra illa faciendis. De statutariis. *Sie stimmen in einigen Punkten mit A überein.* — 19 et gratiis *etc. fehlt in B Obige Ergänzung muss aus Rubrica 40 angebracht werden. Rubr. 75 steht* fiendis *statt* obtinendis. — 21 *B beginnt verschieden* (Sancitum est), *gestattet die Veränderungen der Statuten* de viginti annis in viginti *und enthält neue Bestimmungen. Fl. schreibt noch den Termin von* decem annorum *vor Rubr. 107. Ebenso Pad. c. 35, und hat den Satz* addiciones . . . inmutari *fast wörtlich. Dass die addiciones in*

specialiter inmutari. Et ut annus statutorum sit certus, volumus, quod anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto et demum trigesimo sexto, xlvj, lvj et sic deinceps hoc fiat. Et super hoc per viij dies ante carnisprivium et in capite ieiunii officium incipiat et duret usque ad octavas resurrexionis. Per rectores et consciliarios eligantur statutarii octo boni viri, qui saltem pluribus annis in studio Bononiensi fuerint, quorum quatuor sint ultramontani, et alii quatuor citramontani. Qui omnes utrique rectori simul iurent de ipso officio fideliter exequendo, nullum ad ipsorum vel alicuius eorum singulare comodum respectum habentes. Et teneantur et debeant in una domo quam eligerent convenire et statuta omnia universitatis legere seriatim. Et bis per generalem bidellum ante vacationes predictas publice proclametur. Quod si aliquis vult aliquod utile universitati invenire statutum, interpretationem, addicionem vel diminucionem, statutariis offerat, vel in sacristia fratrum Predicatorum reponat; et ipsi, si visum fuerit eis vel maiori parti, inter alia statuta conscribant, non per modum glosarum id in marginibus inserendo, que sic inserta fidem non faciant, nisi per manum nostri notarii et cum ipsius subscripcione die et duobus testibus sint descripta. Que omnia sine fraude bona fide usque ad octavam Pasche facere teneantur. Et in sequenti proximo festo post introytum scolarium in universitate publicent, inter quos rectores non debeant interesse. Nec unus statutarius loco sui alium possit substituere. Et rectores, qui pro tempore fuerint, cogere predictos statutarios teneantur, ut predicta faciant cum effectu. Predicti vero statutarii finito ipsorum officio usque ad annum integrum sint exempti; contra statuta tamen nullum privilegiare possint vel ab illis eximere. Si autem iusta illa tempora revocatio alicuius statuti videretur expediens, prius de hoc facta scriptura per modum peticionis aut poste, que sit in actis notarii, per rectores et consciliarios fiat diligens examinatio super hoc. Et si rectores cum duabus partibus consciliariorum fuerint in revocatione concordes, per ipsos rectores et consciliarios eligantur viri xij de qualibet universitate discreti, ita tamen, quod illorum par sit numerus pro qualibet nacione,

---

fine voluminis angebracht werden sollen steht in B und Pad. — Terenz sagt Andr. 1. 1. 34: Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis.

5. *Auch die ferneren Bestimmungen sind in B theilweise erweitert, theilweise verändert.* — 11. *B schiebt nach* legere seriatim *einen grossen Paragraphen ein.* — 12. *In Pad. (IV, 35) nach* proclametur: quod tales in statutarios electi sunt; et si quis vult *etc.* — 17. *Nach* notarii *in A* fuerint. — 19. *Im Folgenden B etwas reichhaltiger.* Nec unus . . . effectu *auch Pad.* — 24. *B enthält nach* effectu *einen längern oben fehlenden Absatz.* — *Wie A ähnlich Pad.* — 25. *B* ad duos annos integros. — 26. iusta (iuxta) illa tempora, *i. e innerhalb des Zeitraumes von 10 Jahren.* — 27. *A wiederholt ach* expediens *noch einmal* revocacio.

scilicet ut de nacione Romana quatuor, totidem de Lumbarda, et totidem de Tuschana assumantur. Sic de viij° et iiij°r nacionibus et teotonicorum nacione servetur. Et ne Boemi, qui nacionem habent, hiis honoribus fraudentur vel oneribus releventur, quo ad hoc tantum, [si] certos sapientes eligi contingerit, tantum de quatuor nacionibus censeantur, hunc distribuendi modum omni casu, quo sapientes assumuntur, servari volentes. Per quos viginti quatuor de revocacione tractetur. Qui si omnes vel due partes [ipsorum fuerint] in revocacione concordes, tunc liceat rectoribus et consciliariis super revocacione illius statuti convocare universitatem, aliter convocari non possit, nec in convocata ob id vel aliud hoc proponi pena periurii rectoribus iminente [id facien]tibus vel fieri permitentibus quoquo modo. Et tunc in universitate fiat scruptinium ad ballotas vel fabas [secundum formam] statuti de hoc loquentis. Et eadem forma servetur, quando non agitur de revocatione statuti, sed de gratia habenda [contra] statutum. Peticio tamen super gracia per notarium redigitur in actis, et quid super ipsa fuerit reformatum.

(*Fol. 5a.*) De electione mercatorum facienda singulis annis.

Rubrica xxj.

Universitatis volentes comodis providere statuimus, quod rectores una cum consciliariis in principio sui regiminis infra mensem teneantur et debeant eligere sex scolares, tres ultramontanos et tres citramontanos, cum quibus sex scolaribus dicti rectores et consciliarii debeant eligere merchatores pro nostra universitate cum illis convencionibus, pactis et privilegiis, que in nostris statutis et privilegiis continentur. Nec soli rectores privilegia merchatorum concedere possint aliquibus vel aliter,

---

2. *S. Rubr. 5. Diese Bestimmungen sind in B theils verändert, theils (wegen* sapientes) *mangeln sie.* — 4. si *muss des Sinnes wegen ergänzt werden.* — 7. *In Pad. waren 20 (cap. 34).* — *Hs. beschädigt. Ergänzung theilweise aus B. 7 bis 12 auch in Pad. l. c. mit einigen Varianten.* — 14. Et eadem *bis zum Schlusse, d. i. also das einzige Statut der Sammlung* De gratiis obtinendis contra statuta, *fehlt in B. Und doch wird dasselbe auch in B wenigstens Rubr. 75 citiert, und zwar* De gratiis fiendis contra statuta. *Wahrscheinlich wurde nach 1347 darüber eine eigene Rubrik verfasst, die (wie jene* De iuramento potestatis *im Drucke) aus Versehen wegfiel. In B statt obigen Schlusses andere lange Ausführungen Pad. ungefähr wie A.*

18. *Wie bereits bemerkt wurde steht nur im Drucke von B diese Rubrik früher. In Fl. folgt auf die Rubrik* De peciariis *obige* De electione feneratoris universitatis. *Doch weicht Fl. in der sehr kurzen Rubrik von A ab. In P fehlt dieselbe. Pad. enthält nur im Drucke IV, 39 ein neues Statut* De foeneratoribus, *man erkennt aber in demselben noch den alten Kern von Bologna.*

quam per predictam formam aliquos facere mercatores. Ipsi autem merchatores libros, quos voluntate debitorum vel ex pacto vendere poterunt, in stacionibus librorum approbatis libros venales exponant, nec alibi vendere possint. Teneatur autem merchator prius quam librum vendat denunciare scolari vel suo rectori, quod librum luat, de qua nunciacione per instrumentum vel testes fides fiat, et post ipsam adhuc scolarem per quindecim dies expectare, post quos per modum prescriptum licite librum vendat. Teneantur autem mercatores ipsi duas partes eius, quod liber fuerit estimatus per stacionarios, quos ad extimandum rectores elegerint, mutuare scolari. Quod si post extimacionen dixerint, se pecuniam non habere, vel insistente scolari infra triduum duas partes tassati precii recusaverint mutuare, sint privati mercatoris officio et universitatis comodo, a qua privacione non absolvantur, nisi prius universitati pro qualibet vice, qua in hoc incident, tres libras Bonon. persolvant. Et hoc statutum extendentes ad illos feneratores, qui non habent privilegia mercatorum.

De denuntiacionibus doctorum non servancium puncta vel statuta. Rubrica xxij.

XPiano (Christiano) cuique sed precipue sacre legis doctori periculosum noscentes esse periurium, illud cohercendo statuimus, quod rectores in principio studii teneantur in virtute prestiti iuramenti de quibuslibet scolis iuris canonici et civilis quatuor ydoneos scolares, qui sint duo ultramontani et duo citramontani, clericali titulo insigniti, secrete eligere, qui iurent denunciare infra tres dies rectoribus, si contingerit doctorem in aliquam penam incidisse, scilicet non conplendo puncta, non intrando tempore debito, vel non disputando, vel quocunque alio modo, quo in penam incidere possint. Et rectores teneantur procedere contra doctores ad denuntiacionem duorum, et hoc sive sint ambo ultramontani, sive misti, ut doctorum inobedientia puniatur. Quod si rectores hoc statutum execucioni non mandaverint, incidant in penam xx solidorum nostre universitati applicandam, quam infra octo dies pro qualibet vice, qua in predictis excesserunt, solvere teneantur.

---

1. Ipsi . . . possint *fehlt B.* — 6. *Hs.* fides a. — 10. *Nach* scolari *enthält B eine weitere Ausführung.* — *In A und B im Folgenden einige Verschiedenheiten.*

16. *Diese Rubrik (ausser in B) auch in Pad. II, 14 mit demselben Incipit, und Fl. mit anderm Initium.* — *Wegen der hier und in der Rubrik erwähnten* puncta *s. oben Einleitung Paragraph 5. Auch in B die Phrasen über dieselben.* — 19. *Hs.* coherendo. — 21. *Fl. 2 Scholaren.* — 26. *Pad. schiebt hier noch weitere Bestimmungen ein, und das Folgende bis 28 erweitert und verändert.* — 28. *So auch Pad., in Fl. aber verschieden mit anderen Verordnungen.*

De advocatis et syndicis universitatis. Rubrica xxiij.

Ysaye testimonio cultoribus legis quies et silencium convenit. Quare volumus, quod universitas unum solum comunem syndicum habeat, quem comunem comuniter eligant ambo rectores et consciliarii vel pars maior ipsorum. Dictus autem syndicus negocia universitatis et singulorum scolarium, que universitas assumeret promovenda, in comuni Bonon. et coram singulis ipsius comunis officialibus et in foris aliis fideliter prosequatur. Et cum se absentaret, subroget alium ydoneum et promptum ad illud officium exequendum. Pro suo vero salario habeat xij libras Bonon., ut scilicet ante festum nativitatis et post festum sancte Lucie ultramontanus massarius solvat dimidiam, et citramontanus aliam dimidiam

De creacione notarii et quantum duret eius officium. Rubrica xxiiij.

Zelantes utilem et fidelem habere notarium statuimus, quod tabellionis universitatis nostre officium annuale spacium non excedat. Circa eum autem talis forma servetur. Congregata universitate quolibet anno in primo, secundo vel tercio festo occurrente post electiones amborum rectorum factas in fine Aprilis et in principio Maii non requisitis consciliariis, secundum quod requiri solent, ante omnia fiat partitum in universitate secundum formam statuti, quod de partito ponendo ad fabas vel ballotas loquitur, an velint antiquum notarium in officio perdurare, an alium de novo eligi, ita tamen, quod notarius tunc temporis in universitate non intersit, nec eciam bidellus generalis fabas vel ballotas dare vel colligere possit, si dominis rectoribus videbitur, quod antiquo notario sit nimia amicicia copulatus. Et si maiori parti universitatis placuerit alium notarium de novo creari, rectores et consciliarii infra

---

1. *Diese Rubrik fehlt in P Fl. Pad. spricht davon I, 50* De supplenda negligentia rectoris *mit anderm Incipit, im Drucke aber (I, 26) Initium wie oben. Bis auf den Schlusssatz (9 ff.) finden sich, allerdings in veränderter Form, alle obigen Bestimmungen in Pad., nur ist dort die Rubrik bedeutend grösser.*

12. *Fl.* De creacione notarii universitatis *mit Incipit:* Quoniam necessarium. *Stimmt nur hinsichtlich einiger Gedanken zu A. Pad. (III, 9)* De creatione notarii *und (10)* De iuramento notarii. *Beginnt:* Cupientes utilem et fidelem habere notarium, *und übereinstimmend mit A bis* servetur *(16). In A* Celantes. *Es gehört wie oben.* C = Z. *B setzt hinzu* et de iuramento eius et bidellorum generalium ballottatione. — 15. annuale spacium *am Rande.* — 16. *B divergiert in der ganzen ersten Hälfte der Rubrik von A, und enthält Obiges bis 21 in anderer Form.* — 21. an velint . . . copulatus *auch in Pad., und zieht das Statut* Et si . . . assumi *(25—286, 4) herauf. In B dasselbe auch früher, doch völlig verändert. Manche Gedanken auch in Fl.*

tres dies perquirant de alio notario eligendo, et tercia saltem die conveniant et alium eligant, ita, quod ille pro sequenti anno sit notarius universitatis, qui ab eorum pluribus fuerit nominatus, ita tamen, quod notarius per universitatem reprobatus non possit de cetero reassumi. Addicientes, quod notario nostre universitatis medietas salarii sui solvere differatur, donec officii sui anno repleto approbetur vel reprobetur in universitate, quatenus si eum reprobari contingat, non sibi annua persolvatur, quam omnes scripturas et eciam acta scolarium vel universitatis omnia integerrime restituere non detractet. Quibus omnibus restitutis in casum reprobationis ipsius vel etiam approbato eo massarii sibi satisfacere teneantur ad plenum, quam cicius contingerit possibilitas facultatis. Huic autem statuto per aliquas reformaciones vel statuta per universitatem actenus facta nolumus in aliquo derogari. Reprobata eciam reformacione et electione, que in favorem Boiuxini notarii sub anno domini millesimo cccxv$\overset{\circ}{\text{j}}$ dicitur esse facta. Notarius autem noviter electus vel antiquus confirmatus semper novis rectoribus iurare teneatur, quod ipsis rectoribus obediet et ad ipsorum vel alterius ipsorum vocacionem veniet, honorem et statum universitatis bona fide promovebit, secreta sibi per rectores consciliarios vel universitatem indicta celabit, et servabit statuta universitatis, que suum officium spectant. In personam autem Boiuxini notarii gratia per universitatem noviter sibi facta servetur. Predicto non obsint statuta, secundum quod in reformacione super hoc facta plenius continetur, quia universitati sic placuit providere scruptinio cum fabis albis et nigris legitime celebrato, ita quod ballotentur bidelli generales sicut de notario in hoc statuto continetur, scilicet quilibet bidellorum per [singula]s rectorias balotetur eodem die et modo ut notarius.

De officio notarii et ipsius salario et solutionibus sibi faciendis. Rubrica xxv.

Ad officium notarii spectat, puncta per universitatem tassata legere et publicare per scolas omnium ad puncta legencium ea die, qua punctus completur, sequentem more solito publicando. Item legat statuta, quo-

5. *Ähnlich in Fl.* — 8. *Hs.* detrahet. — 12—15 *fehlt in B.* — 15—20 *auch in Pad., ausführlicher in Fl.* — 20. *Was von hier bis zum Schlusse folgt, fehlt in B, dafür dort andere grössere Bestimmungen.* — 21. *Hs.* servet.

27. et solutionibus *etc. fehlt in B. Fl. enthält wie einst P zwei Rubriken:* De officio notarii universitatis, *und* De (officio et) solutionibus fiendis notario universitatis. *Beginnt wie A. Pad. (III, 11)* De officio notarii. *Incipit wie A. B wie A, weil aber B die Rubrik* De punctatione librorum *unterdrückt, versteht man nicht die Phrase* 'puncta per universitatem taxata' *oder* 'ad puncta legentes'. *S. oben Einleitung Paragraph 5. In Fl. fehlt hier das Statut über* puncta publicare per scolas omnium ad puncta legentium, *es steht aber daselbst*

rum legendorum tempora sunt statutis ipsis expressa, in temporibus ordinatis. Item et alia que rectores vel [al]ter ipsorum legi preciperent. Item in stacione loco, in quo rectores solent pro tribunali sedere, copiam sui faciat. Item quando [co]nsc[iliarii] conveniunt et universitas sit in loco presens, ita quod ipsius copia, si expedierit, possit haberi. Item festivitatibus, obsequiis, [processsionibus], quas rectores cum universitate vel certis scolaribus ad pallacium faciunt, intersit ipsosque precedat. Item licteras [omnes, quas quacunque] de causa universitas ad alios dirigit, in uno libro ad [hoc] specialiter [deputato] registret, ac procuretur si haberi potest ipsarum [copia, a]ntequam sigillentur. Item scribat tenorem omnium privilegiorum nostrorum presentium et futurorum in duobus libris, [et quocie]ns alicui scolari expediret respicere ea privilegia seu tenorem privilegiorum, inspicere valeat, ut contingerit ex[pedire, q]ui libri penes rectores debeant semper esse. Addicientes, quod personaliter, non per substitutum, notarius suum officium (*fol. 5b*) exequatur. Quod [si] corporali necessitate fuerit impeditus in hiis que lecturam per scolas respiciunt, ipsius impotentiam suppleat generalis bidellus. In aliis, que notarii publici desiderant officium, provideant solum pro eo tempore ambo rectores, prout eis videbitur expedire. Adicimus, quod notarius universitatis, quamdiu placuerit universitati, habeat quolibet anno pro suo salario a qualibet universitate viginti libras Bonon. secundum formam precedentis statuti; de instrumentis autem scolarium usque ad viginti libras Bonon. duos solidos, et ab inde supra usque ad quadraginta libras tres solidos Bonon., et ab inde supra usque ad centum quatuor solidos Bonon., de centum vero libris quinque solidos, et ab inde supra usque ad ducentos vj solidos, ab inde supra pro quolibet centenario ij grossos. Item pro quolibet instrumento empcionis librorum usque ad viginti libras unum grossum, a viginti usque ad xxx duos grossos, a xxx usque ad xl tres grossos, a xl usque ad centum quatuor solidos Bonon., de centum et quantumcunque ascendit, quinque solidos Bonon. Item de quolibet

sowie in P wörtlich in Rubr. 27 De officio bidelli generalis, *weil in Perugia und Florenz die Publicierung Aufgabe des Pedells war. S. unten Rubr. 101. In Pad. fehlt die Verordnung da und dort. — Hs. hier stark beschädigt.* — 4. Item quando ... presens *fehlt B, steht aber Pad. Fl.* — 6. obsequiis *im Sinne von* exequiis. *S. Rubr. 82.* — 7. certis] ceteris *AB.* — 8. *Hs.* universitatis. *Ebenso B, Correctur aus Pad. Fl. In B:* ad quoscunque dirigent, *so dass* rectores *ergänzt werden müsste.* — 10. *Hs.* sigilletur. — *B mit Varianten, die zu Fl. Pad. stimmen.* — 12. *Hs.* expedire. — 14. *Fl. Pad. wörtlich.* — 16. si *muss des Sinnes wegen ergänzt werden.* — 17. *Dieses Statut fehlt in Fl. Pad., sie haben jedoch das Folgende* (adicimus); *Pad. schiebt aber vor* de instrumentis *noch viele Bestimmungen ein.* — 21. *In Pad. (1463) war das Salar 50 Lire.* — 22. *Hinsichtlich der Taxen weist B manche Varianten auf, natürlich mehr Fl. Pad.*

instrumento liberacionis vel absolucionis usque ad l libras Bonon iij solid. Bonon., de quinquaginta usque ad centum quatuor solid., de centum usque ad quingentas vj solidos, ab inde vero supra quantumque sit quantitas octo solidos Bonon., et si plures sint liberati vel absoluti, pro quolibet xij denarios Bonon. Pro testamentis autem usque ad centum libras Bonon x solidos Bonon., ab inde supra usque ad quingentas viginti solidos Bonon., ab inde supra quantuncunque ascendat xxx solid. Bonon., nisi de voluntate testatoris vel aliorum procederet plus dare. De codicillis autem, si fierent, quinque solid. Bonon. De quolibet autem, qui se constituerit pro alio soluturum, usque ad centum libras habeat duos solidos, ab inde supra tres solidos et non plus. Pro exemplacione vero alicuius privilegii universitatis non possit notarius exigere ultra xxx solidos ab aliquo scolari habente centum florenos in redditibus vel ultra; si minus habet, non exigat ultra xx. Pro littera vero testimonialis non exigat ultra quinque, et super quantitate beneficii beneficiati sacramento credatur. De actis autem causarum que scribet rectores salaria moderent. Iubemus autem, quod notarius universitatis instrumenta vel acta que scripserit ei, quem res tangit, si privilegiis nostre universitatis gaudeat, infra octo dies post requisitionem eiusdem oblato secundum tassacionem superius scriptam salario tradere in forma publica teneatur sub pena periurii et decem librarum Bonon.

Iuramentum bidelli generalis. Rubrica xxvj.

Bidellus generalis unus vel plures iurare teneantur singulis novis rectoribus de parendo mandatis ipsorum, et quod ad cuiuscunque vocaciones ipsorum venient, honorem et statum universitatis bona fide procurabunt, secreta per rectores, consciliarios vel universitatem indicta celabunt, et servabunt statuta, que ad suum spectabunt officium.

De officio bidelli generalis. Rubrica xxvij.

Censemus per bidellum generalem tantum pronunciari debere per scolas, que de legentibus, disputantibus, festivitatibus, libris venalibus et aliis iuxta morem fuerint nuncianda Quod si bidellus ipse fuerit infir-

---

5. *Hier setzt P wieder ein.* — 8. *Es fehlt hier nichts und ebenso wenig in Fl.; Gherardi hat den Text nicht verstanden. P wie Fl.* — 15. *Zwischen* quinque *und* et super *schiebt B zwei Paragraphen ein.* — 16. De actis . . . moderent *in B verändert. P Fl. brechen hier ab.* — 21. *B enthält nun auch noch weitere Verfügungen, die mehr denn ein Drittheil der ganzen Rubrik ausmachen. Ebenso fährt auch Pad. weiter fort. Wegen der Wiederholungen in B s. Rubr. 59.*

22. *B* De iuramento et electione bidellorum generalium. *P Fl. wie A. Pad. ebenso (III, 6), nur um einen Satz länger. Was oben steht, bildet den sechsten Theil der Rubrik in B.*

28. *In Fl. P Pad. (III, 7) wie oben, und überall dasselbe Incipit. Fl. hat*

mitate gravatus vel corporali necessitate aliqua impeditus, notarius universitatis vel qui sub bidello generali regit stacionem vel ipsius filius admictatur ad id. Ubi vero corporalis necessitas non excusat, personaliter et non per alium suum officium bidellus exerceat. Nec civitatem Bononie ultra diem unam mansurus exeat, nisi de pluri a suo rectore petita licentia et obtenta, pena quinque solid. Bon. pro die qualibet exigenda. Item per scolas vadat circa mediam terciam. Item diebus, quibus rectores in stacione vel loco iuridico esse tenentur, eisdem asistat et alias, quandocunque rectores cum consiliariis vel sine sciverit convenire. Item omni processioni universitatis ad festa vel exequias vel alibi fiende intersint, rectores more solito precedendo. Habitus autem illorum sit, quod comuniter portent aliquid de robis rectorum, quod teneantur habere usque quo aliam habeant robam de robis domicellorum novi rectoris. Item si pannos de vario eos habere contingerit a doctore vel scolari forense, retinere teneatur et uti usque ad mensem, et utantur quando decens est et universitati et omnibus processionibus, ut ab honestis eorum predecessoribus hoc fieri consuevit. Nec gabanum vel tabarum convertant ocultando, quod aparentiam universitati etiam honorem non confert. Item quod bidelli non supponant alium loco sui, nisi bidellum generalem vel notarium. Lucra autem et onera habeant comunia, illa que in privatis et publicis Bononie, equaliter dividenda secundum numerum personarum, que illis dantur ut bidellis tocius universitatis. Item intersit processionibus que fiunt pro examinacionibus publicis vel privatis vel per rectores ascendendo pallacium. Item pro denunciacionibus scolarium legencium vel librorum nichil a scolaribus vel stacionariis exigat, ab aliis recipiat quod sit iustum. Pro singulis capitulis supradictis violatis possint rectores et teneantur penam usque ad solidos x exigere. Citaciones autem, quas facit, teneatur rectori ex parte cuius fecerit illas indilate referre, nec pro citacione ultra vj den. pro vice qualibet petat

---

jedoch zuerst einen Satz, der nirgends steht. P Fl. enthalten auch hier das Statut über puncta publicare, *von dem Rubr. 25 die Rede war. Sonst, wie die übrigen, identisch mit A bis 289, 4.*

2. filius *fehlt in Fl.* — 4. *Dieses Statut fehlt in P Pl. Pad. bis 6, es kommt später verändert vor.* — 9. *Dieses Statut in Fl.* (*irrig dort* omni processui) *etwas später.* — 11. *Nach* precedendo (*A B* procedendo) *in B eine kurze Bestimmung. Die Statuten von* Habitus *an bis 22 fehlen in P Fl. Pad., in B ist das erste verändert.* — 17. *Hs.* carbanam, *B* torbonam; *Fl. Rubr. 48. 108, und unten Rubr. 85, wie oben. Italien.* gabbano. — *Hs.* tabarius. — 18. *Hs.* universitatis. — *Für den Paragraphen* Item ... notarium *in B ein anderer.* — 21. *B deutlicher.* — 22. que de illa *Hs. Das Statut* Item intersit processionibus (*in Pad.* invitationibus) *in B weiter ausgeführt.* — 29. pro] per *Hs.* Et bidello ... contrarium *fehlt B, in*

vel exigat. Et bidello, qui dicit se citasse, non credatur, doctore vel scolari quem se citasse dicit iurante contrarium. Doctores autem et scolares bidellum ipsum ex suo officio per scolas aliqua nunciantem teneantur audire pacifice, et doctor sub pena periurii sue relictus conscientie teneatur quam cito poterit comode eum audire. Teneatur autem generalis bidellus cum per rectores et maiorem partem consciliariorum fuerit requisitus quinquaginta libras Bonon. universitati mutuare et non ultra, nisi prius ei fuerit predicta quantitas restituta. Item teneatur ydonee cavere scilicet datis pignoribus vel ydonea fideiussione rectorum arbitrio de rebus universitatis vel singularium scolarium fideliter servandis. Et hec statisdictio fiat et exigatur singulis annis per novos rectores infra quindecim dies vel post, si prius exacta non fuerit, et sit de quingentis libris Bonon. Addimus, [quod] et cuicunque scolari per ipsum leso satisfaciat ex satisfactione predicta. Item teneatur denunciare potestati eos, quos sciverit famulos circa scolas comodare tassillos vel ludi ministeria ad ludum aliquem tassillorum, circa quod etiam rectores volumus esse solicitos.

De collectis bidelli generalis. Rubrica xxviij.

Duas collectas generalis bidellus facere possit. Primam post collectam specialium bidellorum ante festum nativitatis; secundam post predictorum collect[am ante] festum resurrectionis. Precipientes, quod nullus ipsum bidellum generalem sua collecta deb[eat defrau]dare sub pena periurii Addicientes quod [a] scolaribus, a quibus in mane in scolis

---

P Fl. Pad. steht das Statut, jedoch, übereinstimmend, im entgegengesetzten Sinne: et bidello, qui dicit se citasse, credatur, etiam doctore . . . iurante contrarium.

5. Teneatur .. restituta *fehlt B P Fl. Pad., in P Fl. steht bloss der Anfang:* Teneatur autem generalis bidellus, cum per rectorem fuerit requisitus, *was mit dem folgenden Statut (8) verbunden wird.* — 12. *Überall* quingentis *ausser in B, wo* ducentis. — 17. *B fährt nun mit mehreren grösseren Bestimmungen fort, ebenso Pad., P Fl. jedoch bloss ein paar Sätze, unter sich übereinstimmend.*

18. *P Fl. halten sich zu A; Pad. (III, 8) zu B* (De collecta *etc.*). — 19. *In Fl. ist uns das richtige Incipit, nämlich* Duas *erhalten. A B* Quas collectas *etc. Vorgeschrieben war einst* d, *rubriciert wurde* Q. *Pad.* Has collectas; *P:* Ut bidellus generalis *etc.* — 21. *B Pad.* ante collectam. — *Pad.* post Pascha et ante secundas collectas. *In B fehlt vor* predictorum *die Praepositio. P Fl. bloss* ante festum nativitatis, ante festum resurrectionis. *S. unten zu Rubr. 63.* — 22. *Hs. schadhaft. Ergänzungen aus B P Fl. Pad. — B schiebt nach* periurii *ein umfangreicheres Statut ein.* — *Fl. lässt dagegen das Statut* addicientes *hier aus und bringt es später verkürzt, P, besonders Pad. halten sich zu A.*

ordinariis habuerit [collectam, in] extraordinariis accipere non possit sub pena periurii et quadraginta solidorum Bonon. quociens contrave-[nerit. Quod sta]tutum legi volumus per scolas singulas ordinarias post festum sancti Andree incontinenti, et in quadragesima, [antequam] (*fol. 6 a*) bidelli faciant collectas, pena periurii et xx solidorum Bonon. iminente notario, si statutum istud per scolas legere dictis temporibus duxerit obmitendum. Addicientes etiam, ut bidellus predictas collectas in extraordinariis faciat ea die, qua fecerit in ordinariis, alioquin illam non possit facere ulterius.

Iuramentum stacionariorum librorum et petiarum. [Rubrica] xxviiij.

Extimatores et stationarii librorum debeant iurare corporaliter omni anno in creatione rectorum de eorum officio legaliter faciendo et de servandis statutis universitatis, que ipsorum tangunt officium, tam factis quam fiendis, et quod ipsa statuta, que eorum tangunt officium, tam facta quam facienda, de littera bona et legali in stacionibus ipsorum secundum quod iacent in libro statutorum universitatis et publice et apperte, ut ab introeuntibus possint videri et legi, patenter affigent, et hoc sine dimimucione, addicione vel falsitate. Quod si aliquis ausu teme-

---

4. *In Pad. fehlt dieser Zeitpunkt.* — 7. *Was folgt fehlt P Fl, dort andere mit einander übereinstimmende Statuten, am Schlusse gehen sie auseinander.* — 9. *Pad. enthält noch weitere Bestimmungen, ebenso B, so dass hier die Rubrik noch so gross als in A ist.*

10. *P Fl. enthalten vorher die Rubrik:* De inventione et creatione stationarii et petiarum, *die in beiden Verschiedenheiten aufweist, aber Einzelnes enthält, was später vorkommt.* — *Obige Rubrik überall mehr oder weniger veränderte Überschriften, alle aber dasselbe Incipit. In Pad. wurden wenigstens schon im ersten Drucke alle Rubriken* De stationariis *cassiert, und die kurze* De librariis *substituiert (III, 19). In den handschriftlichen Statuten vom J. 1463 stehen jedoch noch die Verordnungen De stationariis, die ich hier benütze. Obige findet sich III, 16 unter dem Titel* De stationariis et extimatoribus librorum. *Incipit:* Nullus audeat stationem librorum venalium tenere nisi a rectore et consiliariis ad id officium assumptus sit. *Ähnlich, aber ohne Vergleich ausführlicher, P Fl. in der eben erwähnten dieser vorausgehenden Rubrik. Pad. stimmt von* statuta, que *(15) mit A überein.* — 14. *In Fl. ist hier durch Schuld des Abschreibers ein Satztheil ausgeblieben; p. 41 Z. 1 von oben muss es nach* officium *heissen:* tam factis quam fiendis, et quod ipsa statuta, que eorum tangunt officium, tam facta *u. s. w. Das von Gherardi eingeschobene* que *nach* fienda *ist demzufolge zu streichen. In P fehlt* tam facta quam fienda . . . stationibus ipsorum. — 19. aliquis] aliquibus *Hs.*

rario in aliquo predictorum extiterit violator, per scolas pronuncietur periurus, et per rectores a stacionariorum officio privetur. Teneantur eciam ipsi rectores precipere scolaribus et doctoribus et omnibus iuratis in virtute prestiti iuramenti, quod quoad officium stacionis nullum participium habeant cum eodem.

Ad quid teneantur stacionarii librorum. Rubrica xxx.

Fideiussores ydoneos det quilibet stacionarius librorum infra quindecim dies post creacionem rectorum vel post, si prius requisitus non esset, de duabus millibus libris Bonon. ad minus, quod libros et res alias scolarium penes ipsos depositas fideliter conservabunt et illibata restituent. Teneatur etiam infra idem tempus penes generalem bidellum vel universitatis notarium vel aliquem doctorem vel campsorem, quem rectores eligent, pignus quindecim librarum Bonon. vel precium ipsum deponere, ut quando statuta violarent, possint ambo rectores simul de ipso pignore vel deposito penas statutis expressis exigere, quo deposito finito teneatur aliud subrogare infra diem ordinandam per rectores. Quam satisdationem si non dederint vel depositum predictum non fecerint, privati nuntientur cum suis stationibus, ita quod nullus scolaris in illis audeat negociari nec in ipsorum stacionibus libros venales ponere vel positos tenere vel emere. Teneatur eciam stacionarius librorum in stacione tenere et comodare omnes pecias saltem in textu et ordinariis glosis et in iure canonico et civili. Nec eciam de novo rectores admitant aliquem ad stacionem tenendam, nisi facta ei fide et ostensione predictarum peciarum, et facta circa hec caucione, si per rectores exigatur. Extraordinarios autem libros vel ipsorum exempla possint rectores cum consiliariis per diversas distribuere staciones, prout viderint convenire et stationarii teneantur illorum ordinacioni parere. Et possint rectores cum consiliariis ex causa, puta propter nova scripta vel antiqua, [que] possint haberi, tassatum exemplorum vel petiarum numerum ad triennium augere. Ponat eciam in libro

---

1. *B fährt nach* violator *fort*: poenam xx libr. Bonon. ipso facto incurrat, praecedente tamen de hoc monitione *etc. Pad.:* viginti quinque librarum penam incurrat, cuius pena pars tertia *etc. und fährt verschieden von A B weiter.* — 2 *Von hier an alle vier mehr oder weniger wie A.* — 5. *B noch weitere Bestimmungen.*

6. *Überschrift und Incipit überall gleich. In Pad.* (*III, 17*) *fehlt* librorum *bei* stationarii. — 9. *B P Fl.* mille, *Pad.* quingentis libris parvorum. — 11. *In Pad. fehlt* Teneatur . . . rectores (*16*). — 16. Quam satisdationum . . . emere *auch in Pad.* — 20. Teneatur . . . augere *fehlt P Fl. Pad., von 29 an jedoch wieder wie A.* — *Nach* emere *in B eine kurze Ergänzung.* — 21. *In B etwas verändert.* — 28. *Hs. nach* antiqua *nur* possint haberi. *Fehlt überall*

venali extrinsecus et in evidenti loco et claris litteris non per zyphras nomen venditoris cum ipsius cognomine et precium libri, sub pena viginti solidorum universitati solvenda et per rectores exigenda. Et dato quod non esset inscriptum nomen, scolari petenti teneatur illud exprimere sub eadem pena. Et super denegatione credatur iuramento scolaris. Si tamen scolaris de libro viso in stacione forum sine stationario faceret, nichilominus salarium statutis expressum stacionario sub pena periurii solvere teneatur. Non emat stationarius per se vel alium causa mercimonii, ut in illo lucretur, nec etiam ob aliam causam illum emat nisi de hoc quod pro se emit certificet venditorem. Nec scienter vendat librum aliquem ei, quem scit vel credit verisimiliter ob mercimonium emere, pena v librarum Bonon. in hiis tribus capitulis pro vice qualibet stacionario infligenda, de qua habeat accusator xx sol.; ultra id in iudicio anime ad restituendum universitati omne lucrum quod inde percepit astringatur. Scolaribus eciam sit eadem prohibitio, ne mercimonii causa libros emant. Et contra hos stacionarios et scolares teneantur et possint rectores inquirere et eos punire et privare sicut studii turbatores. Et si cives in hoc culpabiles invenerint, quam acrius poterint contra illos procedant et per comune procedi procurent. Procurent etiam rectores illud servari statutum editum a comuni de bulleta librorum per comune non danda de libris portandis sine licencia rectorum. Et ut efficacius hiis mercatoribus obvietur, precipimus, quod nullus universitatis nostre scolaris solvat precium alicuius libri iuris canonici vel civilis excedentis summam sex librarum Bon., nisi in presencia illius, qui librum venalem deposuit, vel sui procuratoris ad hoc mandatum habentis, et in presentia notarii universitatis vel alterius de sociis rectorum. Cui quidem socio rectoris vel notario recipienti vice rectorum iuret emptor, quod bona fide non causa mercimonii librum emit, aliter sit periurus, et rectores empcionem factam tueri non debeant. Item librum in stacione venalem expositum non tradat vendendum extra stacionem alicui, qui non sit de corpore universitatis, nisi post proclamacionem per diem integrum steterit in stacione pena sibi decem libra-

1. zyphras] zephyras *Hs. Pad.* — 3. *Was hier folgt bis 8 steht zwar in P Fl. Pad., fehlt aber in B, wo dafür andere Bestimmungen.* — 6. *Fl.* forum in statione non faceret. *P Pad. wie A.* — 8. mercimonii] mercimoniarii *Hs. Correctur aus P Fl. Pad. In B* cum mercimoniis. — *Pad. im Folgenden Unterdrückung mancher Wörter.* — 13. *Der Text in Fl. verderbt. P fehlerhaft:* in iudicio ammende *statt* anime. — 15. emant] emat *Hs.* — 18 *bis* 21 *fehlt P Fl.* — 19. *Über dieses städtische Statut vom J. 1334 s. Ghirardacci II, 117.* — 20. non danda *fehlt B, steht in Pad.* — 22. Et ut efficacius . . . debeant (28) *fehlt Pad., steht aber sonst überall.* — 23. *B hier weniger reichlich.* — 27. *B hier verschieden, P wie A, weniger Fl.* — 29. *Hs.* videndum. *Von hier an wieder Pad.* — 31. *Durch folgende Satztheile wird der sinnlose Text in Fl. ergänzt und corrigiert.*

rum Bonon. si contrarium fecerit infligenda. Item non occultet librum alicui scolari, quem habet in stacione venalem dicendo falso, quod sit extra stacionem. Quod si dixerit et scolaris de habente petierit, illius nomen teneatur exprimere pena v solid. Bon. pro libro quolibet, si contra fecerit, infligenda. Item extiment libros bona fide presente [libri] domino vel ipsius nuntio speciali eo precio, quod crediderint esse iustum, nullam machinationem vel condictum cum fenerato[ribus] faciendo. Et extimationem scribat in libro litteris claris et non per zyphras. Nec minus extiment librum, [quam in] stacione fuerit emptus, plus autem extiment, si plus valere crediderint. Notabilis autem culpa [stationarii] extimantis rectorum arbitrio usque ad tres libras Bonon. pro vice qualibet puniatur. Item de extimandis [libris fenerato]ribus vel universitatis merchatoribus se non intromictant nisi illi duo stacionarii, qui ad hoc [electi fuerint] per rectores pena periurii et xx solid. contra facienti pro vice qualibet imminente. Item pro extimatione [li]bri [cuiusque], quem impignorari per scolarem faciunt ita magnam faciant, pro quanto iuste venderent et in quantum [possint et sciu]nt ad utilitatem forensium impignorare volencium. Et si contrarium verisimiliter appareat, ut [quia infra modi]cum tempus liber bonus mature emetur et ipse stationarius illius precii respectu verisimiliter male [extimat, puni]atur in tantum, in quantum male extimaverit, et pena exigatur infra x dies per rectores post quam [per sco]larem fuerit denunciatum sub pena duplici pene tunc exigende. Precipimus etiam, quod nullus scrip[tor, min]iator [vel] corrector vel quivis alius se intromittat de faciendo libros vendi, nisi stacionarii (*fol. 6b*), qui iurant et satisdant, sub pena privacionis, a qua non eximatur, nisi pro qualibet vice xx solidos Bon. universitati persolvat. Scolaribus autem non prohibemus, quin possint mediate vendere et emere libros inter scipsos. Volumus eciam, quod scolaris quilibet librum venalem deponere vel vendere volens penes stacionarios satisdantes et iurantes illud facere teneantur. Permittimus tamen, quod generales bidelli cedulas librorum venalium legere possint et venditorem ostendere et etiam inter eum et emptorem mediare, dum tamen nec librum recipiat neque arras.

---

1. *B verändert, dazu mehrere andere Paragraphen. P Pad. wie A.* — 5. *Hs. hier sehr beschädigt. Ergänzungen aus den übrigen.* — 7. conditum *Hs.* conditionem *B Pad.* collusionem *P Fl.* — 8. zyphras] zephyras *Hs. Pad. P Fl. stimmen mehr als B zu A.* — Nec minus . . . crediderint *fehlt in Pad., in B gekürzt.* — 12. Item . . . exigende (22) *fehlt Pad.* — 15. *Was bis zum Schlusse folgt, fehlt in P Fl.* — 23. *Von hier an wieder Pad., und wörtlich, einige Wörter ausgenommen, mit A übereinstimmend. Nicht so aber B. Ergänzungen aus Pad.* — 28. Volumus . . . teneantur *fehlt in B, steht aber in Pad.* iurantes illud] *Hs.* iuramentum. — 31. *Das folgende fehlt in Pad., steht in B, wo* dum tamen *etc. nicht vorkommt.*

De venditione facta per stacionarios vel eorum institores de libris. Rubrica xxxj.

Gesta per stacionarios approbando statuimus, quod si stacionarius vel eius institor alicui scolari vendiderit seu eciam concesserit aliquem librum pro precio convento inter eos, vendicio ipsa seu concessio firma et stabilis perseveret, ita tamen, quod si postea venditor libri dissenciat in precio, stacionarius predictum precium ipsi venditori supplere teneatur usque ad illam quantitatem, pro qua dictus venditor vendi mandasset seu precepisset dictum librum, et si venditor fuerit scolaris, eius super hoc cum uno teste stabitur iuramento.

Quantum recipere debeant stacionarii de vendicione librorum. Rubrica xxxij.

Habeant stacionarii librorum nomine sui laboris ab emptore et venditore libri et ipsorum quolibet a tribus libris infra xij den. Bon., a tribus libris usque ad septem duos solidos, a vij usque ad xx iij solidos, a xx usque ad xl iiij solidos, a xl libris supra usque ad lx v solidos, a lx usque ad centum vj solidos, a centum supra viij solidos. Precipimus autem, quod nullus scolaris vendens vel emens per se vel alium pacto, precio, signo seu quocunque alio modo possit aliquid promittere stacionariis, nec ipsi stationarii petere ultra formam predicti statuti. Quod si contra factum fuerit, scolaris periurii et stacionarii tam periurii quam penam quinque libr. Bon. incurrant per rectores ad opus universitatis applicandam. Et scolaris stacionarium ultra exigentem rectoribus denunciare infra triduum teneatur sub pena prestiti iuramenti. Verum tamen empcione et vendicione perfectis liceat volenti dare et donare quantum velit suo arbitrio.

---

1. *In P Fl. die Überschrift etwas verändert. In Pad (III, 18) fehlt* vel *etc. Das Incipit ist überall gleich, das erste Wort wurde aber von den Copisten P Fl. nicht richtig gelesen, Fl.* Restat, *P* iusta. *Die Rubrik, kleine Varianten abgerechnet, in B P Fl. identisch. Ebenso in Pad., nur wird hier am Schlusse mit noch weiteren Bestimmungen fortgefahren.*

11. *Überschrift und Incipit überall (Pad. III, 19) gleich. Die Rubrik stimmt in Pad. am meisten mit A überein, Differenzen nur in Bestimmung des Preises. P Fl. von* Precipimus (*17*) *fast wörtlich wie A. B ist bis auf* Precipimus . . . formam (*20*) *und die ersten Worte völlig umgearbeitet. — 20. In Fl. fehlt durch Schuld des Abschreibers* ultra formam . . . stationarii tam (*21*). *Gherardi hat irrig* aliter *ergänzt. In P die Phrase gekürzt. — 25. Fl. sinnlos* prefatis *statt* perfectis. *— In Pad. (III, 20) folgt nun die kurze Rubrik:* Ex quot litteris et columnis constituatur pecia. *Sie heisst:* Statuimus, quod pecia constituatur ex sedecim columnis, quarum quelibet contineat sexaginta lineas, et quelibet linea literas triginta duas secundum taxationem studii Bononiensis (*Hs. hier verderbt*).

Iuramentum et satisdacio stacionariorum petiarum. Rubrica xxxiij.

Iurent stacionarii petiarum singulis annis rectoribus de servandis statutis, que respiciunt ipsorum officium, et quod statuta patenter in sua stacione tenebunt, ita quod legi et inspici valeant, et quod prece, precio vel alicuius contemplacione non suppriment aliquem apparatum vel aliqua scripta, quorum habeant exemplaria, sed petentibus illa tradent. Item quod vetera exemplaria in minores petias non reducent et nova iuxta quantitatem columpnarum, linearum et literarum antiquis exemplaribus coaptabunt. Item quod omnes suas pecias fideliter exhibeant cum fuerint requisiti legitime, et petias corruptas, maculatas et deformatas reaptent infra certum tempus sub pena et amissionis talium peciarum et valoris talium novarum. Item nulli scriptori vel alii a nostra universitate privato dent peciam, conscilium, auxilium vel favorem, nec cum eis habeant conversacionem sub pena privacionis. Item teneatur notarius eis dare omnia nomina scriptorum vel miniatorum, qui fuerint privati, et ipse stacionarius petiarum publice in tabula in stacione appendat secundum formam de stacione librorum. Item non possint petias maiorare vel minorare vel ultra tassacionem statuti pro petia vel petiis recipere quocunque colore. Et dent satisdacionem centum librarum Bonon. pro quolibet de salvandis pignoribus scolarium, que sibi pro petiis deponentur et de ipsis restituendis, cum de suo salario illis fuerit satisfactum secundum formam statutorum.

De pignoribus petiarum et ipsorum perdicione. Rubrica xxxiiij.

Kallendarium vel librum habeant stacionarii petiarum, in quo scribant pignus cum suis intersignis specificatis, quod recipiunt a scolaribus vel scriptoribus eorundem. Et quia interdum perdi contingit petiam traditam scolari vel scriptori, ordinamus, quod pro ipsa quinque solidos Bon. persolvat. Et si forte fuerit altercatio inter stacionarium et sco-

---

1. *In B P Fl. Überschrift ungefähr wie in A, Pad. (III, 21)* De petiariis. — 3. *In B P Fl. Incipit wie in A, Pad.:* Nolumus, quod aliquis possit petias tenere et locare nisi a rectore ad id officium sit assumptus et in matricula officialium sit ascriptus et satisdederit ac rectori iuraverit de servandis statutis, *dann ungefähr wie A.* — 4. *In Fl. eine Lakune, die aus P also ergönzt werden muss:* et quod statuta, que ipsorum respiciunt, patenter *u. s. w.* — 10. Item . . . colore (*20*) *fehlt P Fl. Pad.* — 18. possit *A B.* — 20. *Von hier an wieder mit Varianten P Fl. Pad.* — 22. illis] illi *Hs.*

24. *Überschrift und Incipit* (*B* Calendarium) *überall* (*Pad. III, 22*) *gleich.* — 26. *In Hs. vorgeschrieben* k, *rubriciert aber* H.

jarem super dicta petia resituenda, et scolaris contenderet se eam restituisse, super hoc scolaris stabitur iuramento. Et si pignus scolaris amictatur, credatur iuramento scolaris usque ad xl solidos Bon. Si vero non se, sed famulum suum vel scriptorem restituisse affirmet, tunc rector deferat iuramentum alteri ipsorum, secundum quod sibi videbitur personarum circumstanciis ponderatis. Et si stacionarius petiam amissam, pro qua satisfactum est, prout superius est expressum, recuperaverit, volumus, quod pecunia sibi soluta scolari restituatur, eo tamen deducto, quod stacionarius pro recuperacione predicte pecie de suo solvit.

De pena stacionariorum, qui scriptoribus vel correctoribus interdictis petiam concesserunt. Rubrica xxxv.

Librorum vel petiarum stacionarius, qui petias ad corrigendum vel ad scribendum tradiderit interdicto, postquam nomen per generalem bidellum fuerit publicatum, pro qualibet vice penam xx solidorum incurrat, quam si solvere recusaverit, ex tunc interdicto eius statio suponatur, et credatur, si rectoribus videbitur, accusantis sacramento, dum tamen de corpore nostre universitatis sit acusans. Et nullus stacionarius sit ausus dare per se vel alium opus aliquod pro scribendo vel corrigendo vel quocunque opere faciendo alicui, qui sit de nostra universitate privatus. Et si quis contrarium fecerit, sit ipso facto privatus. Et rectores infra tres dies, postquam ad ipsorum noticiam pervenerit, ipsum vel ipsos et eorum staciones privatos faciant nunciari, nec possit restitui, nisi prius nostre universitati solvat quinque libras Bon., et si rectoribus videbitur expedire. Si accusans sit de nostra universitate, eius credatur sacramento. Statuentes, quod stacionarius quilibet omnium scriptorum, correctorum, miniatorum et ligatorum privatorum nomina in stacione sua in publico affixa habere teneatur, et si infra duos dies a tempore privationis nomen alicuius privati ponere secundum predictam formam neglexerit, quinque solidorum pena pro privato quolibet puniatur. Preterea statuimus, quod bidellus generalis nomen cuiuslibet predictorum privatorum prima privationis die stacionariis singulis [sub] pe[na] consimili in scriptis tradere teneatur.

---

2. Et si . . . sol. Bonon. *fehlt B Pad. In P Fl. jedoch ähnlich wie A.* — 3. *Von hier an alle wieder, jedoch mit Varianten.*

10. *Überschrift überall ziemlich dieselbe, ebenso das Incipit (Pad. III, 23).* — 15. *P Fl. irrig* interdicta; *B Pad. wie A.* — statio] statuto *Hs.* — 17. Et nullus . . . sacramento (*25*) *fehlt P Fl.; sie haben aber zu obigem einen unter sich übereinstimmenden Zusatz. Pad. ungefähr wie A, noch mehr B.* — 24. *Pad. statt* Si accusans . . . sacramento *eine andere Verordnung.* — 25. *Von hier an alle.*

De taxationibus petiarum et quaternorum. [Rubrica] xxxvj.

Matura deliberacione facta ab olim tassationem librorum et precii, quod pro ipsorum exemplariis d[ebetur] stacionariis petiarum, statutorum numero [et] volumini inseri volumus, statuentes, quod ad hanc tassationem de[inceps] fiat solucio peciarum, salvo eo, quod cavetur supra statuto quod incipit *Fideiussores*. Item si stationarius extra civitatem infra xx miliaria exemplaria comodat, duos denarios ultra tassacionem habeat, et [summam] (*fol. 7a*) hanc possit recipere de quaterno. Si vero ultra xx miliaria, cum illo cui comodat paciscatur ad votum.

Tassacio vero talis est:

Lectura dom. Ostien. sunt	clvj	taxati quaterni, taxati	l sol.
Summa eiusdem tunc archiepiscopi	lx	quaterni, taxati	xx sol.
Apparatus D. Innocencii	xliij	quaterni, taxati	xij sol.
Speculum D. Guill. Durantis	lxiij	quaterni, taxati	xv sol.
Lectura D. Guidonis de baysio archidiac. Bonon.	lxxvij	quaterni, taxati	iij den. Paris.
Et debent solvi de petia facta per eum super decreto.			
Repertorium D. Guill. Durantis	xij	quaterni, taxati	iiij^{or} sol.
Libellus legatorum eiusdem	viiij	quaterni, taxati	iiij sol.
Racionale divinorum officiorum eiusdem	xiiij	quaterni, taxati	ix sol.
Apparatus D. Johannis Andree super sexto libro decretalium sunt	xviij et dimid.	quaterni, taxati	vij sol.

1. *Im Drucke (B) vom J. 1515 fehlt die Rubrik. In Pad. (III, 24) dafür* Quantum petiario dari debeat pro exemplariis petiarum, *mit nur zwei Paragraphen, deren erster heisst:* Statuimus, quod ad hanc taxationem fiat solutio petiarum, scilicet pro pecia denarios quatuor pro scribendo, pro correctura vero duo tantum. *In Fl.* De taxationibus quaternorum. *In B und P:* De taxationibus petiarum et quinternorum. — *P Fl.* Maturam deliberacionem factam. — 4. et volumini *fehlt B; P* statutorum volumine inseri cupientes. *In Fl. fehlt die Phrase. — Ich habe oben* et *ergänzt — Die Hs. schadhaft.* — inseri] in secundi *Hs.* — 6. *Rubr. 30.* Item *bis zum Schlusse* (votum) *bildet den zweiten Paragraphen in Pad. A* stationarii. *P falsche Interpunction.* — 9. *B enthält noch weitere Bestimmungen; P Fl. wie A.* — 10. *Sarti bringt II, 214—216 denselben Catalog, und wohl aus Hs. 1507. Ich brauche deshalb aus ihm nicht die Varianten auszuheben. Hinsichtlich des Preises herrscht zwischen A und B häufig grosse Differenz, wohl nur in Folge von Versehen in B. Aus einem Vergleiche ersieht man, dass A im Rechte ist. Darnach müssen Sarti und Savigny corrigiert werden. Ich bringe zur Veranschaulichung diesbezüglich nur die ersten Divergenzen. In P Fl. sind natürlich die Preise umgeändert. Hinsichtlich der Zahlen notiere ich aus ihnen bloss die Varianten betreffs der quaterni.* — 14. *P Fl.* lxij quaterni; *in B fehlt jegliche Taxierung* — 16. *P* lxx. — 20. 21. *fehlt Fl.*

Apparatus decreti sunt	xxx	quaterni, taxati	xvj	sol.
Apparatus decretalium sunt	xxix		xviij	sol.
Apparatus super ellectione sunt	iij	quaterni	xij	den.
Summa Goffredi sunt	xviij		vij	sol.
Summa Hugocionis super decreto	lxxxx		xx	sol.
Libellus Roffredi in iure canonico	viij		iij	sol.
Casus decretalium sunt	xvj	quaterni	vij	sol.
Casus decreti sunt	xx	quaterni	ix	sol.
Compostellanus sunt	ix	quaterni	iiij	sol.
Lectura abbatis sunt	xxij	quaterni	viij	sol.
Disputaciones abbatis sunt	xxij	quaterni	viij	sol.
Disputaciones Petri Sansonis	vj	quaterni	iij	sol.
Lectura D. Princivallis super decreto	xxx	quaterni	xxij	sol.
Libellus D. Egidii sunt	v	quaterni	iij	sol.
Summa magistri Bernardi	vj	quaterni	ij	sol.
Notabilia Johannis de Deo super decreto sunt	v	quaterni	ij	sol.
Libellus fugitivus sunt	vij	quaterni	iij	sol.
Martiniana super decreto sunt	xviij	quaterni	viij	sol.
Summa Bonaguide sunt	iij	quaterni	ij	sol.
Casus Johannis de Deo super decreto	xij	quaterni	v	sol.
Breviarium Johannis de Deo sunt	viiij	quaterni	iiij	sol.
Margarita Bernardi sunt	ij	quaterni	xij	sol.
Libellus Tranchedi [i. e. Tancredi] sunt	vj	quaterni	ij	sol.
Cavillationes Joh. de Deo sunt	v	quaterni	ij	sol.
Disputationes Johannis sunt	iij	quaterni	xviij	den.
Questiones Bertolomei Brixien.	vij	quaterni	iij	sol.
Suffragium monachorum sunt	viij	quaterni	iiij^{or}	sol.
Summa de penitentiis Joh. de Deo	iij	quaterni	xviij	den.
Brocarda Dalmaxii [i. e. Damasi] sunt	ij	quaterni	xij	den.
Notabilia Martini de Fano super decreto sunt	vij	quaterni	iij	sol.
Discordanti[e] inter ius canonicum et civile	ij	quaterni	xij	den.

2. *P* xxxviiij; *Fl.* xxx. — 4. *P Fl.* xvij. — 5. *P Fl. B* lxxx. *Der Preis fehlt in B.* — 6. *B irrig Goffredi. Dort* viiij quaterni, *P Fl.* xviij, *was sicher falsch ist.* — 7. *P* xij. — 9. *B Preis* iij soldi, *ebenso irrig beim nächsten.* — 11. *B irrigen Preis* ij sol. — 12. *B* ij sol. — 13. *B irrig* patricinalis *und Preis* iij sol. *Ebenso falsch beim nächsten* viij sol. — 18. *Richtig P Fl.* fugitivus; *Hs.* fulgetinus; *B* fulgerinus. — 28. *P Fl. richtiger* questiones dominicales Bartolomei.

Summa Joh. de Deo sunt	ij	quaterni	xij	den.
Flos super decreto est	i	quaternus	xij	den.
Libellus de formandis libellis super qualibet accusatione	ij	quaterni	xij	den.
Libellus iudicum est	i	quaternus	xij	den.
Candelabrum super decreto	ij	quaterni	xij	den.
Lectura D. Dini de Muxello super tractatum de Regulis iuris super sexto libro decretalium	v	quaterni	iij	sol.
[M]em[ori]ale decreti magistri Laurentii de Polonia doctoris decretorum	v	quaterni	xij	den.
[Di]ffinicio de voluntate in utroque iure composita	iij	quaterni	xij	den.
[Di]stin[ctiones] Petri Sansonis sunt	v	quaterni	ij	sol.
[Pasto]ra[lis] Johannis de Deo	iij	quaterni	ij	sol.
[Sum]a de sponsalibus eiusdem	ij	quaterni	xij	den.
[Textus] decreti secundum pecias sunt	xlvij	quaterni taxati	xxj	sol.
[Textus d]ecretalium sunt	xxiiij	quaterni	x	sol.
Textus vj. libri decretalium	vij	quaterni cum dimid. taxati	iij	sol.
Textus super electione sunt	ij	quaterni	xij	den.
Textus ff. veteris sunt	xxx	quaterni	viij	sol.
Textus Codicis sunt	xxviij	quaterni	xvij	sol.
Textus Inforciati cum tribus partibus	xxvij	quaterni	xvij	sol.
Textus ff. novi sunt	xxviij	quaterni	vij	sol.
Textus Institucionum sunt	vij	quaterni	ij	sol.
Textus Autenticorum sunt	xiiij	quaterni	iiij	sol.
Textus trium librorum Codicis	vij	quaterni	ij	sol.
Textus usus Feudorum sunt	i	quaternus	i	sol.
Textus Lombarde sunt	vj	quaterni	ij	sol.
Liber Novellarum in textu sunt	vj	quaterni	ij	sol.
Apparatus ff. veteris sunt	xlij	quaterni	xvij	sol.
Apparatus Codicis sunt	xxxij	quaterni	xv	sol.
Apparatus ff. novi sunt	xxvij	quaterni	xvj	sol.
Apparatus Infortiati sunt	xxxij	quaterni	xv	sol.

1. *Fehlt Fl. P.* — 4. *P Fl.* arte *statt* accusatione. — 6. *Fl.* Candellarium. — 10. *Hs. beschädigt. Ergänzungen aus Fl. B P.* — 12. *Fl.* distintio. — 16. *Fehlt Fl* — 18. *Fehlt P B. In Fl. Zusatz* sunt libri septem cum dimidio quaterni. — 19. *Fehlt Fl. P* unus quat. — 21. *Fehlt B, in Fl. nach der nächsten Rubrik.* — 23. *P Fl.* xviij, *was sicher irrig, B* xxvij. — 24. *P* xviij *Fl.* xxvij. — 27. *P* xvij. — 34. *P Fl.* xxxvij. — 35. *B irrig* xxvij.

Apparatus Institutionum sunt	ix	quaterni	iij	sol.	
Textus Clementinarum in petia	iiij	quaterni	ij	sol.	
			iij	den.	
Apparatus Clementin. D. Joh. Andree	ix	quaterni	vj	sol.	
Apparatus Autenticorum sunt	ix	quaterni	iij	sol.	
Apparatus trium librorum Codicis sunt	v	quaterni	iij	sol.	
Apparatus usus Feudorum sunt	iij	quaterni	ij	sol.	
Apparatus super libro Lombarde	iiij	quaterni	ij	sol.	
Apparatus super libro Novellarum sunt	v	quaterni	iij	sol.	
Libellus Roffredi in iure civili	xxviij	quaterni	xiiij	sol.	
Summa Açonis cum omnibus extraordinariis	xxxiiij	quaterni	xv	sol.	
Lectura Codicis D. Oddoffredi	c	quaterni	xxx	sol.	
Lectura ff. veteris D. Oddoffredi	c	quaterni	xxx	sol.	
Lectura ff. novi D. Odoffredi	xxx	quaterni	x	sol.	
Lectura Inforciati D. Odofredi	xxx	quaterni	x	sol.	
Lectura super Institucionibus D. Jacobi de Ravanis sunt	viij	quaterni	iij	sol.	
Lectura super tribus libris Codicis	xvj	quaterni	vj	sol.	
Casus D. Viviani super Inforciato	xxviij	quaterni	viij	sol.	
Casus D. Guillelmi Pançonis super Autentico sunt	v	quaterni	viij	sol.	
Casus trium librorum Codicis sunt	iij	quaterni	ij	sol.	
Casus Institucionum sunt	vij	quaterni	iij	sol.	
Brocarda Açonis sunt	viij	quaterni	iiij	sol.	
Questiones Phyley sunt	v	quaterni	iij	sol.	
Libellus Phyley sunt	ij	quaterni	ij	sol.	
(*fol. 7b*) Questiones Roffredi sunt	v	quaterni	iij	sol.	
Questiones Açonis sunt	i	quaternus	xij	den.	
Questiones Bernardi sunt	i	quaternus	xij	den.	
Libellus Bernardi de Orna [Dorna] sunt	i	quaternus	xij	den.	
Notabilia super toto corpore [iuris] civilis	vj	quaterni	iij	sol.	
Diversitates dominorum sunt	v	quaterni	ij	sol.	

---

1. *P Fl.* viij, *B* xxxij, *was ganz verfehlt ist.* — 2—5. *fehlen Fl., P* 2—4. — 8. *Fehlt Fl.* — 11. *Hs.* extraordinaria. — 12. *Fl.* Lectura domini Roffredi de Bononia. — 14. veteris] novi *Hs.* — 18. *Hs.* de Ramgno; *B* de Raveñ. *Fl.* de Butrigaris; *P* de Bononia. — 19. *Fehlt Fl.* — 21. Pançonis *fehlt Fl. P.* — 26. *Fl. P B richtig* Pilei. — 30. *Hs. deutlich* Rividini. — 31. de Orna *fehlt Fl.* — *B* Orva. — 34. *Fl.* xvj.

Libellus Uberti de Bubio	iij	quaterni	xij	den.
Questiones Uberti de Bonacorso	ij	quaterni	xij	den.
Questiones dom. Hugolini sunt	iij	quaterni	xij	den.
Insolubilia D. Hugolini sunt	i	quaternus	xij	den.
Cavillationes Bagaroti sunt	v	quaterni	iij	sol.
Summa Rolandini in arte notarie sunt	vij	quaterni	iij	sol.
Margarita Galacerti sunt	iij	quaterni	ij	sol.
Casus D. Guill. de Carviglano sunt	vij	quaterni	iij	sol.
Reprobaciones Guidonis de Suçarra super ff. veteri sunt	v	quaterni	iij	sol.
Statuta D. Rolandini de Romanciis sunt	ij	quaterni	xij	den.
Summa Bonaguide que vocatur Gemma sunt	iiij^{or}	quaterni	ij	sol.
Notabilia D. Martini de Fano super Autentico sunt	viij	quaterni	iij	sol.
Distinctiones D. Açonis sunt	iiij^{or}	quaterni	ij	sol.
Lectura super actionibus D. Dini sunt	v	quaterni	ij	sol.
Lectura Iudiciorum sunt	ij	quaterni	ij	sol.
Summa Placentini sunt	xvj	quaterni	v	sol.
Margarita super ordine iudiciorum	ij	quaterni	ij	sol.
Lectura super actionibus domini Petri Craxi sunt	iij	quaterni	ij	sol.
Textus Clementinarum est	iiij	quaterni	ij	sol.
			iij	den.
Apparatus Clementinarum domini Joh. Andree sunt	viij	quaterni	vj	sol.
Lectura super Codice D. Cini de Pistorio	[lxxiij	quaterni]		
Lectura D. Jacobi de Belvixo super Autentico et usibus Feudorum				

1. *Hs.* Rubio. — 2. *Fehlt B.* — 3. *P Fl. B* Distinctiones — 4. *Fl.* iij. — 5. *Fl.* iij; *P* Bucaroti . . . sex. — 6. *Fl.* Summa d. Orlandini de Bononia. — 7. *P Fl.* Gasacetti. — 8. *Fehlt B. In P* de Cavilliano, *in Fl.* de Caliano. — 9. *Fl.* Probationes. — 11. *Fehlt Fl. In P* Statuta civitatis Rolandini *etc.* — 12. *Hs.* sol. — 17. *B* diffinitiones. *Dass Azo* Distinctiones *geschrieben hat, ist sicher* (*s. Savigny V, 42 Anm. b*), *nicht aber, dass von ihm* Definitiones *herrühren. Diese Rubrik ist bei Savigny l. c. zu streichen.* — 18. *B irrig* super accusationibus. 19. *In B* Lectura iudiciorum est duorum. — 21. *In P Fl. die Rubrik nach der nächsten.* — 22. accusationibus *in B.* — 23. Grassi. — 24. 26. *fehlen P Fl. B.* — 29. *Die Taxierung aus P Fl. B schreibt:* quaterni taxati quod accipiantur pro peciis den. iiij. — 30 ff. *fehlen P Fl. Diese Rubriken sind wie auch*

Addiciones D. Dini de Muxello super
Inforciato et ff. veteri.

De arbitrio rectorum et consciliariorum super stacionariis librorum et petiarum. Rubrica xxxvij.

Nuper ordinata repetimus, scilicet quod rectores, qui pro tempore fuerint, una cum consciliariis vel ipsorum parte maiori habeant plenum, liberum et generale arbitrium circa stacionarios librorum et petiarum et ipsorum staciones in hiis, que statutis expressa non sunt, statuendi, ordinandi, providendi et diffiniendi, quod eis visum fuerit convenire, et per ipsos ordinata illam firmitatem habeant, que haberent, si concorditer a tota universitate ordinata fuissent.

De ligatoribus librorum. Rubrica xxxviij.

Omnes ligatores librorum infra decem dies post creacionem rectorum vel post. si prius non fuerint requisiti, satisdacionem rectoribus prebeant quingentarum librarum Bon. pro quolibet de salvandis libris doctorum et scolarium, qui sibi ligandi tradentur. Et satisdare nolens vel non valens privetur scolarium comertio. Et nomina ligatorum satisdantium in statione generali per generalem bidellum publice sint descripta, ut cum illis solis scolares negocientur et non cum aliis sub pena periurii et viginti solidorum Bonon.

Quod nullus removeatur de suo officio nisi per universitatem, etiamsi sit inutilis. Rubrica xxxix.

Prohibemus officialem universitatis amoveri de officio nisi per universitatem, et si remotus vel mortuus fuerit vel renunciaverit, si sit

---

die drei vorhergehenden nur Anhängsel. B zu 31: quaterni taxati quod accipiatur pro peciis den. iiij; *zu 303, 2:* quaterni taxati pro petiis den. iiij.

2. *B hat zum Schlusse noch mehrere nachträgliche Bemerkungen. Fl. ebenfalls ein paar Sätze, und bringt dann zwischen dieser und der nächstfolgenden die Rubrik* De electione doctorum in quacunque facultate.

3. *Überschrift in P Fl. Pad. (III, 25) wie in A; B schiebt* et potestate *nach* arbitrio *ein.* — 5. Nuper *besitzen P Pad., was auch allein zu den Anfangsbuchstaben der frühern und nächstfolgenden Rubrik passt. A B* Super; *Fl.* Insuper. — *Sonst alle wie A.*

12. *Die Rubrik ist in B P Fl. mit A übereinstimmend. Im Drucke von Pad. ist kurz von den ligatores im Cap. De librariis die Rede. In den handschriftl. Statuten wird nach den Stationarii wie oben von den ligatores gesprochen (Pad. III, 26).* 20. *B hängt nun andere Bestimmungen an, welche die Rubrik verdoppeln.*

21. *Überschrift überall gleich; P Fl. schreiben* nullus officialis. *Dasselbe Incipit. Pad. hat uns (III, 27; im Drucke am Schlusse des 3. Buches und zwar nach der Rubrik de librariis) wenn auch nur in zwei Zeilen obige Rubrik aufbewahrt.* — 23 *Us.* admoveri.

comunis tam citramontanis quam ultramontanis, in casibus ubi provisum non est specialiter per statuta eligantur vj discreti et providi scolares, tres ultramontani et tres citramontani, qui una cum rectoribus et consiliariis officio provideant diligenter. Si vero non sit comunis, procedant ad electionem, ultramontani per nationes, citramontani per electores, [et] eligant, prout alias est consuetum. Et inutiles officiales teneantur rectores universitati refferre; q[uod] si illos removerit nec aliter providerit, in subrogacione aliorum servetur, quod proxime dictum est. Priv[ationes vero] temporales, id est, donec satisfecerint, eciam de talibus officialibus fieri permictimus per rectores con[muniter non] divisim.

(fol. 8a.) **Incipit liber secundus.**

De doctoribus salariatis et allis, de bachalariis doctorandis, de bidellis doctorum et hospiciis.

De electione doctorum salariatorum. Rubrica xl.

Ad quatuor salariatas sedes, duas scilicet ordinariam et extraordinariam in Decretis, et duas extraordinarias in legibus, scilicet Infortiati vel Digesti novi, et Voluminis, sub quo includi volumus Institutiones, Autentica, Tres libros Codicis et Usus feudorum, doctores secundum premissum ordinem eligi statuimus per hanc formam, scilicet, quod rectores pro proximo festo, quod impedimento cessante post Epyphaniam occurrerit, singulis annis universitatem debeant convocare, in qua ultramontane nationes eligant x et novem scolares ultramontanos tunc pre-

---

1. *Hs.* citramontanus, ultramontanus. — 3. *Fl.* tres. *P ist hier sehr verändert.* — 4 *bis* 6 *fehlt Fl. P.* — 5. *Hs. beschädigt. Ergänzungen aus P Fl. B* — 10. *P Fl. schliessen (beide übereinstimmend) anders, B fügt noch eine kurze Bestimmung bei*

11. *Der Haupttitel fehlt überall. Die Rubrik heisst in B:* De doctoribus ad lecturas universitatis eligendis et scolaribus. *Die lange Rubrik stimmt jedoch nur hie und da mit A überein. B handelt von* sex sedes salariatae *der Scholaren, nicht der Doctoren. Fl. enthält einen Theil dieser Rubrik noch im 1. Buche, Rubr. 41 unter dem Titel:* De electione doctorum in quacunque facultate. *In P kann nur die zweite Rubrik des 2. Buches (die 1.* De habilibus ad dandum voces): Quod nullus legere possit in studio perusino nisi sit conventatus, *hierher bezogen werden. Nur der Hauptgedanke ist erhalten. Mehr stimmt Pad. (II, 1)* De electione doctorum *zu A als P. Incipit*: Quoniam nihil est magis. *Doch hat auch Pad. wie die übrigen grosse Eigenthümlichkeiten, besonders im Anfange.* — 15. *Anfang B* Sex salariatarum sedium. — *In Fl. waren wie in A vier Sitze der Wahl der Scholaren vorbehalten.* — 18. *S. wegen des Salariums oben Rubr. 11 und Savigny III, 241—243.* — 22. *Die Anzahl der electores und die Bestimmung wie sie erwählt werden sollen in B verändert. 19 scolares in le-*

sentes cum forma, qua consciliarios eligunt, et consciliarie citramontane eligant totidem citramontanos etiam ibi presentes singulariter quoque de sua consciliaria, sicut eligunt consciliarios. Et si de aliqua nacione vel consciliaria nullus scolaris adesset, reliqui electi ultramontani cum suo rectore de alia nacione, et citramontani cum rectore suo de alia consciliaria eligant electorem eciam presentem. Hoc autem, si plures naciones vel consciliarie deficiant, pro singulis volumus observari. Hiis peractis soli predicti xxxviij electores cum rectoribus in loco remaneant omnibus aliis sub pena periurii illico recedentibus de loco predicto, qui xxxviij electores una cum rectoribus prestito sacramento de ydoneis et sufficientibus eligendis omni fraude remota statim, antequam ad alios actus divertant vel de loco recedant, servato in eligendo ordine sedium suprascripto, eligere teneantur et debeant doctores habentes privatam et publicam tempore electionis, quos crediderint meliores et acceptaturos. Et periurii reatum incurrant eligentes eum, quem acceptaturum esse non credunt. Post iuramentum quoque predictum vota eligencium deponantur per cedulas ut fieri consuevit et sicut fit in electione rectorum. Et si quis eligencium sine iustissima causa (et tunc de licentia rectorum) ante expedicionem omnium electionum de loco recederet, sit privatus non solum electionis voce, sed etiam omni universitatis comodo et honore, nec possit restitui, nisi prius xxv libras Bon. persolvat utrique universitati pariter applicandas. Si autem omnes electores vel ipsorum pars maior a loco recederent et ad extraneos actus negocio omnium electionum imperfecto diverterent, rectores infra triduum universitatem congregent, et tam facta quam obmissa per illos exprimantur in illa, que omnia ex universitatis iudicio pendeant, et prout universitati placuerit, dirrimantur. Ipsis autem electoribus prosequentibus negocium, ut tenentur, cum publicata fuerint vota et lecte cedule, in comuni fiat, aut per manum notarii nostri scribatur electio. Et fiat de forensibus non de Bononiensibus ad sedem

gibus, und 19 in iure can. sollten sowohl von den Ultramontanen als von den Citramontanen als electores gewählt werden, so dass also im Ganzen 76 Wähler waren, nicht 38 wie in A. In Pad. wählte jede Nation einen elector, es waren also 19; und diese mit dem Rector (im Ganzen 22 voces) wählten die Doctoren. In Fl. waren 30 electores. Der Druck von Pad. hier verschieden. — In B ist alles viel ausführlicher und der veränderten Rubrik entsprechend untermischt mit neuen Statuten. — 3. Et si . . . observari *auch in B.* — 7. Observari *am Rande.* — *B schiebt nach* observari *zwei grössere Paragraphen ein, und fährt dann wie oben fort; doch den neuen Bestimmungen gemäss ist von* septuaginta sex electores *die Rede. Fl. Pad., noch mehr aber P, divergieren im Vorhergehenden und hier durchweg von A. Erst später Übereinstimmung.* — 12. *B von hier an fast ganz verschieden.* — 13. 14. *auch in Pad.* — 17. *Die Sätze* Et si quis . . . de Bononiensibus (29) *in B.* — 26. *Hs.* dirrimatur. — 28. per manum . . . electio *auch in Pad.*

ordinariam in Decretis et ad extraordinariam Digesti novi vel Inforciati in legibus. Ad sedem vero extraordinariam in Decretis et ad sedem Voluminis in deffectum forensium tantum Bononienses possint assumi, ita tamen, quod Bononiensis, qui biennio predictas sedes Decreti vel Voluminis tenuisset, pro tercio anno ad illos non posset eligi vel assumi sine speciali et expressa licencia universitatis habita secundum formam statutorum loquencium De graciis optinendis contra statuta, salva moderacione proximi statuti. Et ille doctor intelligatur legitime electus, in quem maior pars rectorum et dictorum eligencium concordaverint eligendo. Et unus solum eligatur ad unam sedem, non duo vel plures eciam sub condicione, si primus non acceptaret infra tempus statutum vel alias expresse renunciaret. Et si electi in aliqua sede pari numero discordarent, teneantur rectores negocium illius sedis infra triduum ad universitatem reducere ipsius universitatis iudicio dirimendum, reliquis electionibus, in quibus maior pars eligencium concordasset, in suo robore permansuris. Et ut illorum provisio universis studentibus innotescat, precipimus, quod electiones facte infra biduum utile per omnes scolas debeant publicari per notarium vel generalem bidellum notario impedito, et teneantur rectores hoc exequi, quibus etiam prohibentibus notarius teneatur id facere penam periurii et trium librarum si id pretermiserit incursurus. Post publicationem predictam doctores ad sedes quas prius tenebant electi de novo, nisi (die publicationis non computata) nfra quindecim dies in manibus rectorum singulariter saltem, si comuniter non possent haberi, renunciaverint per manum notario in scripto rogato, intelligantur acceptasse et ac si expresse acceptaverint sint astricti. Reliquis autem electis s[i sint in] civitate vel studio Bonon. infra sex dies electio presentetur. Quam si infra quindecim dies post publicacionis diem non acceptaverint, sint privati omni suo iure in electione quesito. Si vero electus extra dyocesim Bonon. existat, infra octo dies nuncius cum litteris universitatis mictatur ad illum, et si distat infra quinque dietas, nisi infra xx dies post illos octo vel infra xxx, si distat ultra quinque dietas, de ipsius acceptacione constiterit, iure per electionem quesito sit privatus. Permittimus tamen, quod quemlibet predictorum terminorum rectores et consciliarii vel ipsorum [pars m]ai[or

7. *Das Statut, wie man sich bei* de gratiis obtinendis contra statuta *verhalten soll, s. oben Rubrica 20 am Schlusse.* — 8. *Die Sätze* et ille ... astricti *(bis 26) stehen wieder in B, jedoch mit Varianten und mit dem Unterschiede, dass dort von den scolares, nicht von den doctores die Rede ist. Der Anfang auch in Fl. Pad.* — 11. *Hs.* statuti. — 17. *Hs.* utilem. — 26. *Alles was von hier an bis zum Schlusse folgt, fehlt in B, wo dafür andere weitläufigere Bestimmungen.* — *Hs. sehr stark beschädigt.* — 27. *In Fl. war der Termin fünf Tage.* — 31. xx *undeutlich.*

am]ppliare possint, si iusta causa eis subesse videbitur, quod ipsorum conscientie et sub periurii periculo relinquatur. Post renunciationem autem vel post dictum terminum infra triduum fiat de allio nova electio, ad quam faciendam per [modum] suprascriptum eligantur iidem vel alii electores. Permittimus eciam, quod rectores cum consensu omnium [consciliariorum] quo ad sedem ordinariam in Decretis et extraordinariam Inforciati vel Digesti novi, quo ad alias sed[es cum con]sensu duarum [par]tium consciliariorum ad ballotas facto partito vel ad fabas, possint ex causa concedere [electoribus ad] sed[es] supra[dictas], quod possint eligere non habentem publicum vel [ad] privatum admissum, ita tamen, quod ante festum [annunciationis] recipere debeat. Nec possit inter consciliarios firmari ymo nec per aliquem ex eis proponi, quod [non recipiens] publicam vel non habens teneat aliquam de predictis sedibus salariatis pena periurii inminente rectori, [si permittat] hoc in universitate proponi vel aliud, per quod perveniri possit ad istud, cum non deceat in [hoc studio] regere non doctores. Superioribus addendo et illa declarando ac eciam corrigendo [secundum forma]m reformationis antique sollempniter de hoc facte statuimus et precise hoc volumus observari non obstantibus (*fol. 8b*) aliquibus privilegiis vel statutis, quod nullus Bononiensis, sive gaudeat privilegiis forensium sive non, possit eligi ad aliquam ex sedibus, nisi prius discussis forensibus et vere et effectualiter nominatis. Et ubi forenses inveniri non possent forma pre-

---

2. conscientie] conventio *Hs.* — *Wie bereits bemerkt, ist dieselbe äusserst schadhaft, die Buchstaben sind verwischt und verklebt, und da das Pergament zerrissen, ist es gefährlich, es ganz freizumachen. Ich habe ergänzt, wie es der Sinn verlangt.* — *Dieser Satz auch in Pad., doch später.* — 10. *Dieses Statut wird durch ein ähnliches in Pad. (im Drucke umgeändert) klarer:* 'Ad extraordinarias autem sedes possint eligi habentes privatam tantum, si ex viginti duabus vocibus in hoc sexdecim consentiant, ita tamen, quod per mensem post principium studii publicam suscipere teneantur'. Vel *hat oben die Bedeutung von 'doch schon'.* Ad *habe ich ergänzt. In Fl. war vorgeschrieben, ein jeder* ad aliquam sedem salariatam electus *müsse doctor oder licentiatus sein, oder wenigstens müsse er versprechen* 'se licentiare et conventuare infra tres menses post tempus sue electionis'. *Der Unterschied wie in A und Pad. zwischen den verschiedenen sedes wird hier nicht gemacht.* — 11. *Sicher ist oben* annunciationis *statt* resurrectionis *zu lesen. Hs. beschädigt.* — 16 *Ergänzung aus Pad., wo das Statut diese Fassung hat:* pena periurii imminente proponenti aliquem ad sedem ordinariam, qui non habeat publicam et rectori consentienti tali electioni, et etiam ipsis consiliariis tales eligentibus, cum non deceat salariandos in hoc studio Paduano eligi non doctores. *Der Gedanke kommt auch in P II, 2 vor.* — *In allem Folgenden stimmt Pad. nicht mehr zu A, noch weniger die übrigen.*

dicta servata, tunc in deffectum eligi possit Bononiensis, salvis tamen privilegiis D. Iohannis Andree concessis et per diutinam consuetudinem et observantiam approbatis, quod ipse et sui descendentes per lineam masculinam et qui tunc sunt vel fuerint mariti descendentium per eandem lineam ab eodem libere et per omnia eciam ut forenses ad omnes sedes possint assumi.

De ellectione doctoris ad lecturam Sexti. Rubrica xlj.

Ad lecturam vj. libri decretalium et arboris consanguinitatis eligatur etiam unus doctor vel saltem admissus in iure canonico ad privatam. de cuius approbacione sit comunis oppinio vel saltem non sit de contrario, scilicet quod fuerit reprobatus, qui prestare teneatur cautionem ydoneam, quam prestant ordinarie legentes. Nec cum eo invito in eadem lectura aliquis doctor concurrere possit. In cuius electione servari volumus formam statuti precedentis, scilicet ut eadem die per eosdem et sub eisdem diffinitionibus fieri debeat et facta etiam presentari, ita quod eciam Bononienses ad hoc ydonei in subsidium eligi valeant indistincte. Hii tamen Bononienses, qui iam sunt doctorati vel ad privatam admissi, ad presentacionem D. Johannis Andree quo ad sedes extraordinarias in Decretis et Sexti prohibitionibus huius statuti et precedentis nullatenus includantur, sed sicut forenses ad illas possint assumi. Huic statuto addimus, quod deinceps eligendus ad Sextum Clementinas eciam legere teneatur, quas ut perficere possint, diebus jovis et aliis non sollempnibus vel infra octavas, quibus a lectionibus vacatur, possit ad illas intrare, et pro illis habeat a singulis decem solidos ad minus per collectam et xx ad plus. Si tamen contingat dominum Johannem Andree Clementinas legere velle, cesset hoc statutum, nec electus ad Sextum illas tunc legere teneatur.

Forma iuramenti doctorum. Rubrica xlij.

Baiuli legis utriusque scilicet doctores iuris canonici et civilis singulis annis iurabunt rectoribus omnia statuta facta et facienda servare approbata et iurata per universitatem, et obedire rectoribus in licitis et honestis, et quod ad vocacionem rectorum venient, quociens per generalem bidellum fuerint requisiti sub pena viginti solidorum Bonon. Et ascendent palacium et proponent coram potestate, capitanco, antianis et

---

7. *Diese Rubrik fehlt in B und ebenso in Fl. P Pad.*

28. *Diese Rubrik überall. P Fl. beginnen:* Doctores omnes cuiusvis facultatis. *Pad.* (*II, 8*): Doctores iuris can. et civ. — 32. *Pad. schiebt nach* honestis *vor* et quod *noch ein Statut ein.* — 33. *Pad. zwar das Folgende, aber verändert.* — 34. antianis] atianis *Hs.*

aliis officialibus comunis Bonon. comuniter et divisim per ipsos rectores iniuncta. Et hoc iuramentum teneantur exigere rectores infra quindecim dies post electionem ipsorum sub pena periurii et xx sol. Bonon. pro quocunque. Et si aliquis doctor peremptorie requisitus non venerit ad iurandum predictis rectoribus secundum formam predictam, per tot septimanas eorum suspendantur collecte, quot diebus ad iuracionem morosi fuerint inventi. Statuentes, quod rectores super hoc iuramento remictendo alicui doctori nullam peticionem vel propositionem inter consciliarios vel in universitate recipere vel facere audeant pena periurii iminente rectoribus vel rectori, si contrafecerit per se vel per alios, etiam si ad hoc solummodo se abillitari petierint, eadem pena iminente consciliario vel scolari et pena privationis, si contra hec aliquid pro se vel alium presumpserit quoquo modo vel ingenio actemptare. Item si aliquis doctor eciam non legens inventus fuerit contumas in iurando rectoribus secundum formam supradictam vel inobediens rectoribus, pro qualibet inobedientia pena xx solidorum Bonon. mulctetur, et nullus scolaris, qui gaudeat vel gaudere velit privilegio nostre universitatis, possit [sub eo] suscipere conventum in iure canonico vel civili, hoc est solum [publicam] vel privatam examinationem vel aliquod doctoratus insigne. Que doctoris contumacia infra annum nullatenus valeat relassari, ut fiat habilis ad predicta, licet ad suam inobedientiam purgandam rectoribus secundum formam statuti prestiterit iuramentum. Et qui contra fecerit, etiam si solum se fecerit per talem doctorem archidiachono presentari, ipso facto sit privatus, et bidellus tenetur ex vi huius statuti publice denunciare privatum et rectores ad hoc faciendum teneantur compellere predictum bidellum, et quilibet scolaris, qui hoc sciverit, teneatur virtute prestiti iuramenti talem scolarem sic presentatum contra formam huius statuti rectoribus denunciare, ut privatus per scolas publice nuncietur. Si vero predictus scolaris sic presentatus non sit de universitate, nunquam esse possit, ymo et si per rec-

---

2. Iniunctam *Hs. B schiebt darnach eine neue Bestimmung ein, verändert den folgenden Satz und erweitert ihn durch ein neues Statut. P Fl. mehr = A. Pad. verändert den alten Kern.* — 4. *Dieses Statut fehlt in Pad., in P die Erwähnung der collecta (s. dazu unten zu Rubr. 104);* B non possit illo anno facere collectam. *Fl. wie A.* — 7. *Auch Pad.* — 12. aliquid *am Rande.* — 13. *B fügt nach* attemptare *einige Paragraphen ein. P Fl. Pad. halten sich zu A.* — 17. sub eo *aus P Fl. Pad. und B ergänzt.* — 18. *Nur Pad. stimmt hier zu A:* ... vel civili, hoc est solum publicam vel privatam examinationem *etc. P Fl. etwas verändert.* — 19. *B schiebt nach* insigne *eine neue Bestimmung ein. Pad. Fl. wie A.* — 23. *B nach* privatus *eine Erweiterung und bringt das Nächstfolgende bis* et quilibet scolaris *verändert. Pad. am meisten mit A übereinstimmend.* — 29. *P und Fl. schieben* de ea *vor* nunquam *zur Verdeutlichung ein. B bietet*

tores ignoranter fuerit receptus, ex vi huius statuti reputetur tamquam privatus, et scolares teneantur eum vitare tanquam privatum omni comodo et honore universitatis, et nullus scolaris ipsum in societate admictat. Hoc autem statutum legatur per scolas bis in anno, scilicet in principio studii infra primum punctum, et post creationem rectorum infra decem dies.

De inchoatione studii et festivitatibus per doctores faciendis. Rubrica xliij.

Bononie studere volentibus utiliter providendo statuimus, quod singulis annis decima die octobris studium debeat inchoari, scilicet ut ea die si festum non fuerit, alias proxima sequenti, primo videlicet incipiant decretiste, sequenti vero die non feriata incipiant omnes alii, adeo, quod super prorogacionem principii studii faciendi rectores cum consciliariis nullam habeant potestatem, nec super hoc ad peticionem alicuius doctoris vel alterius persone ullo modo universitates valeant congregari. Volumus autem, quod finito sermone decretiste rectores et consciliarii ex debito iuramenti et omnes alii scolares solum ex debito honestatis statim conveniant apud ecclesiam Predicatorum, et ibi audiant missam de sancto spiritu cum comemoratione virginis gloriose. Fratres autem tunc in alta voce sine nota prolixa officium misse cantantes intra cancellos stare poterunt, choro superiori et inferiori dimisso scolaribus. Addicientes, quod doctores legentes tam ordinarie quam extraordinarie lectiones continuent, nec festa pro libito faciant, sed solum hiis diebus a[lectionibus] abstineant et hiis penitus abstineant, quos universitas statuit venerandos, et qui per generalem bidellum [fuerint] nunciandi. Nec propter alicuius

---

aber: Si vero dictus scholaris sic privatus sit, de universitate nunquam possit esse amplius. *Pad. wörtlich wie A.* — 4. Hoc autem *etc. wohl in Fl. P, in B aber cassiert und dafür eine andere Bestimmung. In Pad. ebenfalls noch mehr Verordnungen.* — 5. *S. dazu oben Einleitung Paragraph 5.* — creationem] citationem *Hs.*

7. *Überall. P Beginn:* Perusii studere. *Fl.* Florentie studere. *Pad. besitzt zwei Rubriken,* (*II, 7*) De inchoatione studii, (*II, 33*) De festivitatibus per doctores faciendis. *Die erste enthält nur manche Grundgedanken, die zweite jedoch mehr von A. Incipit durchaus verschieden. Ausserdem enthält Pad., auch der Cod. vom J. 1463, viele Verordnungen über die Ferien.* — 10. *Fl.* xviij die Octobris, *ebenso P, B* die imediate sequenti festum s. Luce. — 18. *Nämlich in S. Domenico. Diese Verordnungen sind natürlich in P Fl. verändert.* — 21. *Diese Paragraphen auch in Pad., und zwar bis S. 311, Z. 6* ea die. — 23. *Die Ergänzungen theilweise aus B.* — 25. *B schiebt nach* nunciandi (nuntiati) *mehrere Bestimmungen ein. P Fl. halten sich zu A.*

doctorandi publicam vel privatam lectiones dimictant. Tardari tamen [vel mu]tari possit hora extraordinaria de nonis ad terciam et econverso, cum subcat causa iusta. In die io[vis tamen, cum vaca]tur propter festum in septimana non occurrens, aliqua extraordinaria legi non possit per ordinarios vel extraordinarios salariatos. [Possunt] tamen repeticiones et disputationes licite fieri ea die. Diebus autem, quibus ob reverentiam dei vel [sanctorum] a lectionibus cessari iubetur, etiam repeticiones intelligimus interdictas. Ut autem certa sint illa festa, [que] per (*fol. 9a*) universitatem nostram celebrari debent et solent, ea duximus in statutis universitatis nostre ad perpetuam rei memoriam redigenda, ne alia festentur vel per scolas pronuncientur districtius inhibendo.

De mense Ianuarii.

Circumcisio domini nostri Jhesu Christi.
Epiphania domini.
S. Anthonii abbatis.
S. Agnetis virginis et martyris.
S. Vincentii martyris.
Conversio s. Pauli.

De mense Februarii.

Purificatio s. Marie virginis.
S. Blaxii episcopi et martyris.
S. Agathe amore Sciculorum.
Cathedra s. Petri.
S. Mathie apostoli.

De mense Marcii.

S. Thome de Aquino ord. pred.
S. Gregorii pape.
S. Benedicti abbatis.
Annunciacio s. Marie virginis.

De mense Aprilis.

S. Georgii martyris.
S. Marchi evangeliste.
S. Petri martyris de ord. pred.

De mense Maii.

SS. Philyppi et Iacobi apostol.
Inventio s. crucis.
S. Iohannis ante portam latinam.
S. Michaelis archangeli victoria.
S. Salvatoris.

De mense Iunii.

Festum corporis Christi et sanguinis die qua occurret.
S. Proculi.
S. Barnabe.
Nativitas s. Iohannis Baptiste.
SS. Iohannis et Pauli.
SS. Petri et Pauli apostol.
Comemoratio s. Pauli apostoli.

---

6. *B nach* die *einige weitere Paragraphen und unterdrückt* Diebus . . . interdictas *wie auch Pad., Fl. P übereinstimmend mit A.* — 7. *Ergänzung aus P.* — 8. *Diesen Paragraphen ebenfalls Pad. mit weiterer Fortsetzung.*

12. *Das Kalendarium auch in P Fl. Pad. Bis auf* S. Agathae, S. Salvatoris, Corp. Christi, Proculi, Joh. et Pauli *kommen obige Feste auch in P vor, nur stehen dort natürlich manche neue, darunter im August* S. Ludovi archiep. *und* S. August. *In Fl. ist der Text defect. Vielfach verändert ist das Kalendarium in Pad. (II, 38).* — *Später, aber nicht von der Hand des Correctors, wurde zu jedem Feste der Tag, an dem es gefeiert wird, hinzugeschrieben. Da davon heute keine Abweichung existiert, notiere ich nur zu den unbekannteren Festen den Tag.* — 40. *Am 25. Mai.* — 44. *Am 1. Juni.* — 47. *Fehlt in B.*

De mense Iulii.

S. Margarite.
S. Marie Magdalene.
S. Iacob apostoli.

De mense Augusti.

S. Petri ad vincula.
S. Dominici confessoris.
S. Laurentii.
S. Clare virginis.
Assumpcio b. Marie virginis.
S. Bartholomei.
Decollatio s. Iohannis Baptiste.

De mense Septembris.

Nativitas s. Marie virginis.
Exaltatio s. crucis.
S. Mathei apostoli.
S. Michaelis.

De mense Octobris.

S. Francisci.
S. Dyonixii.
S. Luce evangeliste.
SS. apostolorum Symonis et Iude.

De mense Novembris.

Festivitas omnium sanctorum.
Comemoratio omnium fidelium defunctorum.
S. Martini episcopi et confessoris.
S. Katharyne virginis.
S. Andree apostoli.

De mense Decembris.

S. Nycolai episcopi et confessoris.
S. Ambrosii.
Concepcio s. dei genitricis.
S. Lucie virginis.
S. Thome apostoli,
et deinde propter Nativitatem domini usque in finem mensis.

Festum autem carnisprivii cum die precedente diem cineris, festum autem resurrexionis cum septimana ipsum festum precedenti et sequenti, festum ascensionis domini, festum eciam penthecostes cum duabus diebus sequentibus, quibuscunque mensibus occurrant, volumus celebrari. Item statuimus, quod rectores nec allii possint proponere vel proponi permictere partitum aliquod, quod festum admictatur de novo.

---

2. *Am 13. Juli.* — 9. *Fehlt in B.* — 11. *Vor* Bartholomeus *wird am Rande von späterer Hand eingeschaltet:* S. Ludovici (*episc.*) *am 18. August; nach* Bartholomeus: S. Augustini, *am 28. Nur letzterer, nicht* Ludovicus *steht in B.* — 17. *B nach* Michaelis: S. Hieronymi. — 19. *B:* SS. Petronii et Francisci patronorum civitatis Bononien. — 36. *So fahren auch P Fl. weiter.*

38. *P irrig* cum die precedenti et die cineris. — 41. *P von hier an verschieden mit neuen Bestimmungen, ebenso Fl. theilweise mit P übereinstimmend.* — 43. *B enthält nun weitläufige Nachträge.* — *P schiebt nach der Rubrik* De inchoatione studii *vor dem Kalendarium die Rubrik ein* De celebratione festivitatis s. Herculani, *nachher* Quando et quibus casibus rector studium possit interdicere; De robba bidelli generalis fienda in festo s. Herculani; De pennonibus. *Fl. enthält nach dem Kalendarium die Rubriken* De celebratione festivitatis s. Zenobii; De roba bidelli generalis fienda in festo s. Zenobii.

De forma procedendi per doctores in lectionibus, et de punctis et de penis ipsorum. Rubrica xliiij.

Cum expediat dare doctoribus tempus, horam et modum in lectionibus procedendi statuimus, quod dies prima, qua post principium doctoris decretiste doctores incipiunt, eis non computetur in punctis propter prohemium, etiamsi descendant ad litteram. Nec secunda eciam computetur propter gravamen temporis, quod habent doctores in primo puncto ex lectione statutorum. Addicientes, quod nullus doctor in iure canonico vel civili legens possit incipere legere lectionem suam in mane, nisi finita pulsacione campane s. Petri, que pulsatur ad primam, ante cuius finem in scolis vel circa scolas esse teneatur, qua pulsacione finita statim incipere teneatur sub pena ix solidorum Bonon. pro qualibet vice. Nec possit vel debeat lectionem suam ultra completam pulsacionem campane s. Petri ad terci amlegere, continuare seu conplere, aut aliquam vel aliquas glosas in legendo servare, ut ipsam vel ipsas post dictam pulsacionem corrigat, recitet seu conpleat. Et scolares singuli statim exire debeant sub pena x solidorum pro qualibet vice cuilibet incumbente. Extraordinarii vero legentes in nonis non incipiant nisi finita pulsacione none ad s. Petrum, et usque ad carnisprivium pulsatis vesperis exeant. In quadragessima vero, cum est pulsatum et pulsato ad prandium Predicatorum, exeant, nisi legant extraordinaria ff. [novi] vel Inforciati, que post possit

---

1. *Statt der Überschrift in A leerer Raum. Ich nahm den Titel aus P, die Ergänzung* per doctores *aus Pad. II, 10. In Fl. ähnliche Überschrift wie in P, Zusatz* et de deposito per doctores fiendo. *B* Quem modum debeant servare doctores utriusque iuris in lecturis ordinariis et extraordinariis. — 3. *Incipit überall gleich; B divergiert dann völlig von A, nur zwei Statuten bleiben von den alten übrig. Hier steht in B an Stelle der alten jene Rubrik, von der ich oben im 5. Paragraphen S. 249 gesprochen habe. Dort findet auch der Leser die nöthigen Aufschlüsse über die oft erwähnten puncta. Dieser Theil der älteren Bologneser Statuten wurde am meisten umgestaltet. In B kommen von obiger Rubrik einige Gedanken auch in der nächsten (45.) vor. S. weiter unten. P Fl. stützen sich dagegen fast durchweg auf A (P unterdrückt anfangs manches), zuweilen auch Pad.* — 6. *Hs.* secundo. *Correctur aus Fl. In P Pad fehlt dieses Statut, in B auch das folgende.* — 7—16 *in Fl. P Pad., natürlich mit Veränderungen, theilweise auch in B.* — *Obiges Statut betreffs* propter gravamen temporis *etc. erhält die Erklärung durch Rubr. 11, wo geboten wird, dass die Statuten in principio studii gelesen, besonders durch Rubrik 17, 18, 42, wo hinsichtlich einiger Statuten ausdrücklich verlangt wird, sie sollten infra primum punctum publiciert werden.* — 10. *S. Pietro war und ist die Cathedrale. Die Kirche wird in den Statuten Bolognas oft erwähnt. S. Frati, Statuti di Bologna III, 718.* — 16. *P Fl. enthalten dieses Statut.* — 17. *Fl. verschieden.* — 21. *Hs. beschädigt. Ergänzung theilweise aus P. P Fl. bieten hier eine grössere Einschal-*

debita hora complere. Post resurrexionem vero pulsata repeticione teneantur [exire]. Quod si dies jejuniorum occurrat vel ob aliam causam intrent in terciis, in nonis teneantur exire. [Statu]imus eciam, quod omnes doctores actu legentes inmediate postquam legerint capitulum vel legem, glosas [legere] teneantur, nisi continuacio capitulorum vel legum aliud fieri suadeat, ipsorum in hoc consciencias per iuramentum (*fol. 9b*) ab eis prestitum onerando. Nec super eis non legendis clamori scolarium condescendant. Ad huc statuimus, quod doctores legentes ordinarie vel extraordinarie teneantur venire ad puncta de novo taxata, secundum quod inferius continetur. Et ad hoc, ut puncta per eos bene serventur, decernimus, quod quilibet doctor ordinarie legens in iure canonico vel civili ante festum s. Mychaelis per quindecim dies debeat deponere viginti quinque libras Bonon. penes unum de campsoribus, quem rectores duxerint eligendum, qui campsor promictat ipsam pecuniam rectoribus vel bidello generali nomine eorum dare simul vel divisim omni excepcione exclusa, quociens ab eis vel ab eo fuerit requisitus. Forma autem in punctis per doctores servanda hec est scilicet: [Apponantur puncta, et deinde dicatur]. Et si aliquis eorum non pervenerit ad unum punctum, in penam incidat trium librarum Bonon. Si vero adhuc non pervenerit ad secundum primo eciam conpleto, incidat in penam quinque librarum Bonon. Si vero ad tercium non pervenerit, incida in penam x librarum Bon. quolibet puncto non conpleto. Et consumptis illis xxv libris Bonon. teneatur alias xxv libras Bonon. deponere in dicto loco. Et fiat secunda deposicio infra octo dies a tempore, quo prima fuerit consumpta. Quod si non fecerit, non possit perpetuo aliquam collectam facere, nisi primo omnes penas solverit, in quas inciderit et fecerit dictum depositum, a qua pena [se] nullatenus valeat excusare, cum semper per se vel substitutum (qui substitutus detur per rectores per unam lectionem vel duas et non ultra; si vero contingat scolares illarum

---

tung, und zwar unter sich in Übereinstimmung. Es wird bestimmt, dass die extraordinarie legentes, scil. Infortiatum vel Digestum novum teneantur legere xx. hora diei. Post resurrectionem eorum lecturam reassumant hora xix (*in P steht* ordinarie legentes) *u. s. w. B enthält solche Bestimmungen bezüglich der* de sero legentes. — 3. *Von hier an wieder Fl. P. Das Statut bis* condescendant (8) *auch in B Pad. Aus allen die Ergänzungen.* — 8. *P Fl. mit A übereinstimmend, jedoch vorher andere Bestimmungen.* — 13. *Etwas Ähnliches steht in B gegen Schluss der nächstfolgenden Rubrik.* — 17. *Die Hs. hat statt der eingeklammerten Worte bloss* etc. *Die Ergänzung aus P Fl.* — 19. *Fl.* si vero ad secundum punctum pervenerit primo non completo. *P wie A.* — 21. *Fl.* si vero ad tertium pervenerit. *P wie A.* — 22. *Nach* completo *muss aus P Fl. nothwendig ergänzt werden:* Et sic deinceps pro quolibet puncto non completo a secundo in antea solvat decem libras. — 27. se *aus Fl. P hier verschieden.*

conqueri de eo, tunc prefati scolares sibi alium eligant, quem eis concedere teneantur rectores) possit ad puncta venire. Doctor vero extraordinarius et quilibet legens et collectam faciens deponere debeat xxv libras Bonon. sicut doctores ordinarii, et si ad unum punctum non pervenerint, incidant in penam xx solidorum Bon., et pro sequentibus quadraginta sol. Bon., in aliis semper supradicta forma servata. Quod quidem statutum rectores teneantur precise servare sub debito iuramenti. Quod si quis doctor noluerit pecuniam ut superius est expressum deponere vel in locum iam amisse quantitatis aliam subrogando, ab omni honore et utilitate scolarium sit privatus. Et postquam fuerit doctor denunciatus privatus publice, nullus scolaris sub ipso possit intrare pena periurii et x librarum Bon. et non recipiendi publicam vel privatam nec nostre universitatis officium, nisi prius satisfaccione facta de contemptu et predicta pena soluta, eciam si talis doctor privatus fuerit restitutus. Nec aliquis sub pena periurii privacionis scolas suas intrare presumat, quandiu meruerit protervitas contumacis. Decernimus eciam, quod nullus doctor deinceps possit excedere punctum unum ultra unam lectionem. Quod si contra fiat ab aliquo, in periurium incidat, et in tribus libris Bonon. de pecunia pro punctis deposita puniatur; et quociens contra factum fuerit, tociens pena salvo remanente statuto conmictatur, et rectores eciam exigere teneantur. Addicientes, quod doctores in fine cuiuslibet puncti predicere scolaribus teneantur, in qua parte sunt incepturi sequencia, et illam partem in qua inceperunt usque ad finem puncti prosequi teneantur. Quod si forte propter conpensacionem glosarum vel textus utile videatur partem lectionis ad aliam partem transferre, illud, in precedenti lectione scolaribus dicere tencatur, ut qui providere voluerint, possint, pena quinque solidorum Bon. doctori, qui contrafecerit pro vice qualibet inferenda. Hoc statutum in principio studii per singulas scolas publicari iubentes.

---

2. possit . . . venire *gehört zu* substitutum (*314, 28*). *In Fl. ist die Satzstellung einfacher, dort fehlt z. B.* si vero . . . rectores. *Das Statut vom substitutus kommt in Fl. eigentlich in einer anderen Rubrik* (*unten Rubr. 105*) *vor. In P fehlt das Statut und es finden sich dafür andere Verordnungen.* — Per unam lectionem, *d. h. hier einen Tag, während ein ähnliches Statut der Universität Lérida lautete:* Prohibetur doctoribus et magistris salariatis preterquam semel in septimana . . . circa lecturam ordinariam vel extraordinariam ponere substitutum, *und zwar mit Erlaubniss des Rectors* (*bei Villanueva XVI, 222*). — 9. *Hs.* admisse. — 10. *Fl., mit P übereinstimmend, hier etwas divergierend von A.* — 16—17 *enthält ein Statut, das in diesbezüglichen Verordnungen von Montpellier und Toulouse ebenfalls wiederkehrt. S. oben Einleitung S. 243.* — 24. *Hs.* teneatur. — 25. *Theilweise auch in Pad.* — 28. *P Fl. nach* inferenda (*Fl. irrig* auferenda) *noch einen grössern Abschnitt über die nicht-juristischen Facultäten.*

Quod nulla decretalis, lex vel paragraphi dimittantur per doctores et de ipsorum repetitionibus. [Rubrica] xlv.

Cum per doctores non lecta per scolares ut plurimum negligantur et per consequens ignorantur, statuimus, quod nullus doctor de punctis dimictere possit capitulum, decretalem vel legem vel paragraphum. Quod si fecerit, illum vel illam infra punctum [sequentem] legere teneatur. Statuimus eciam, quod nulla decretalis vel decretum sive lex vel paragraphus difficilis in fine lectionis servetur legenda vel legendum, si per talem reservationem verisimiliter posset ipsius expedicio per pulsacionem campane ordinate ad exitum impediri. Decernentes, nullam decretalem seu decretum vel legem seu paragraphum repetibilem per doctorem aliquem posse repeti, nisi prius in mane cum omni sua materia saltem ibi ordinarie notata lecta vel lectus fuerit. Et si doctor aliquis tam iuris canonici quam civilis aliquam legem, decretalem vel decretum seu paragraphum dimiserit repetendum, infra illum punctum, quod continent lex, decretalis seu decretum vel paragraphus, repetere teneatur, declarantes infra punctum repeti, quod repetitum [inveniatur] ea die, qua punctus perficitur. Quod si non fecerit, in penam punctorum incidat. Statuentes, quod doctores ordinarii repetere teneantur hoc ordine, scilicet, quod ultimo ex eis doctoratus vel approbatus in publica primo die lune non festivo, quod occurreret post festum b. Luce, repetat, et penultimus in septimana sequenti primo die, quo legetur in illa, et sic de singulis ascensive. Et quilibet repetere teneatur solum decretum, decretalem, legem vel paragraphum, qui sint infra punctum die, qua repetit, absque

---

1. *Überschrift in B P ziemlich gleich, Fl. setzt vorher:* De repetitionibus et disputationibus fiendis. *Pad. enthält, und zwar in der vorigen Rubrik (II, 10) den Satz:* Item nullus doctor dimittere possit capitulum, legem, vel paragraphum, et si dimiserit, infra mensem legere teneatur, *spricht aber von den Repetitiones in Verbindung mit den Disputationes II, 11. Man erkennt jetzt nur mehr, dass Bolognas Statut einst die Grundlage war. — P Fl. Initium und das Folgende wie A, dagegen fehlt in B dasselbe (nämlich* Cum per . . . teneatur *Z. 6) und beginnt:* Statuimus, *weicht überhaupt stark von A ab.* — 13. *B etwas verändert und schiebt vor* Et si *eine Bestimmung ein. P Fl. wie A.* — 15. dimiserit repetendum] demissis repetic *Hs. Correctur aus P Fl. B. — B lässt alles, was sich auf die* puncta *bezieht, aus, und die Bestimmungen gewinnen eine andere Gestalt. P Fl. dagegen halten sich zu A. — Wegen der* puncta *s. Einleitung Paragraph 5.* — 17. *Ergänzung aus P; Fl. bietet* repetitur. — 18. *Wegen der* pena punctorum *s. oben Rubr. 44 S. 314. In Montpellier eine ähnliche Bestimmung. Oben Einleitung Par. 5.* — 22. *Ähnlich Fl. B; P etwas verschieden.* — 23 *bis* S. 317, Z. 2 *fehlt in B.* — 24. absque . . . admictimus *fehlt in Fl., in P auch das Vorhergehende.*

mistura pro ea die alterius [decreta]li[s], leg[is] vel paragraphi, que sint extra puncta. Et sub necessario repetente nullus sustineat; in voluntariis vero repeticionibus substinentes admictimus. Nec per voluntarias repeticiones excusentur ab hiis per hoc statutum inductis. Et ultima die qua legitur in septimana precedente vel prius doctor det cedulam repeticionis sue, quam ea die bidellus generalis publicet, et nichilominus in die qua repetet. Et cum hiis repetentibus doctoribus ex huius modi necessitate sta[tuti nullus] doctor vel bachalarius illius scientie vel iuris, in qua vel quo repetit, concurrere possit in hora. Doctor autem, [in cuius] septimana dies iovis occur[ret] non festiva et in qua cessetur a lectionibus, possit repetere ea die et hora, [qua eligerit]. Finita vero septimana ultimi, id est prius doctorati, in proxima septimana per modum predictum reincipiat [primus], id est ultimo doctoratus, et sequenti secundus, et sic deinceps usque ad nativitatis festum. Post nativitatem ante resurrexionem necessarie repeticiones non fiant, sed tunc disputacionibus intendant. Post octavam [resur]rexionis secundo die lune non festivo qui occurret inchoet ultimus repeticiones et post illum [singulis septima]nis repetat unus modo et ordine prelibato. Et iterum finita septimana ultimi id est prius doctorati [in septimana] sequenti reinchoet ultimo doctoratus, ita quod usque ad kalendas Augusti singulas septimanas repeticio u[na fiat. Sta]tuentes, quod eciam si per universitatis graciam punctorum relassacio facta foret singularis vel [comunis, nihilominus tamen] primis et secundis repeticionibus premisso ordine intendatur. Possint eciam doctores suas septimanas [invicem permutare].

2—11 *mit Varianten auch in B. Es stehen jedoch daselbst diese Paragraphen weit später.* — 4. *In Fl. ist hier der Text verstümmelt und sinnlos. P B richtig.* — 7. *P Fl. irrig* repetitionibus *statt* repetentibus. — 8. *Von hier an die Hs. stark zerrissen und am innern Rande sind viele Wörter verwischt oder verschwunden.* — 9. *P weicht nun ab. Fl. wie A. In B fehlt* Doctor . . . eligerit. — 12. *B enthält bis auf eine einzige Ausnahme das Nächstfolgende nicht. Gherardi interpungiert in Fl. sinnlos.* — 13. *Ergänzung aus Fl.* — 14. *B* post carnisprivium autem disputationibus intendant. *S. dazu Rubr. 46. Weicht hierin nicht bloss von A, sondern auch von P Fl. ab. Selbst Toulouse hält sich mehr an A.* — 16. *Was folgt fehlt auch in Fl.* — 21. *P sagt:* adeo quod singulis hebdomadis una repetitio fiat, *und weicht dann bis 24 wieder ab.* — 24. *Den Schlusssatz haben P Fl. B. Bei B steht er ziemlich anfänglich. — Der Rest der Hs. fehlt. Von dieser Rubrik kann nur wenig mehr fehlen. Ich schliesse dies aus Fl. P. Ich will dasjenige hierher setzen, was sie gemeinschaftlich haben.* Et licet aliquis doctor sua septimana non repetat, sequens ipsum nihilominus repetat in sequenti, [et nihilominus ille, qui debuit in eadem septimana, teneatur repetere, diverso tamen die, et qui septimanas distulerit, totiens in penam incidat nostre universitati applicandam. *Aus P.*] Doctores

[Ergänzung aus der Statutensammlung des Js. 1432, resp. der Hs. vom J. 1507.]

(*p. 37*)[1]) Qui et quando debeant disputare et disputationibus adesse. Rubrica xlvj.

Experto scientes, quod in disputationibus scolarium audacia informatur et dubia producuntur in notitiam veritatis, duximus statuendum, quod quilibet doctor tam in iure canonico quam civili legens et salariatam

---

hoc non servantes penam quinque librarum pro qualibet vice incurrant, nec sit alia interpellatio necessaria, ex quo statutum istud in principio studii per scolas fuerit publicatum, quod per notarium nostrum infra quinque dies post inceptionem studii debeat publicari. *Der Paragraph von 'Doctores' an auch in B. In P nun eine weitere Ausführung, die nur für Perugia Werth hat. Dann:* Item statuimus, quod doctor quilibet repetens legem, capitulum vel paragraphum repetitam vel repetitum teneatur dare bidello generali suis sumtibus in scriptis infra decem dies a die repetitionis facte integraliter et perfecte, sicut in scolis repetiit, de bona litera et competenti, ita et taliter, quod omnibus pateat copia exemplandi sub pena xl solid. pro qualibet vice qua contrafecerit. Statuentes etiam, quod aliquis doctor legens non possit reservare in fine studii legendas ultra duas vel tres leges seu capitula vel paragraphos; quod si contrafecerit, pro unaquaque lege vel capitulo seu paragrapho condemnetur in solid. xx. Hoc autem statutum et precedens quolibet anno in principio studii per scolas omnes publicari precipimus pena solidorum x notario universitatis nostre, si hec pretermiserit, incursuro. *Fl. bricht nun ab, P bringt noch weitere* noviter statuta. *In B wird aber vorzüglich bestimmt, dass die Rectoren auf die Repetitiones achten sollen. Sie könnten im Nothfalle* alicui ex doctoribus necessario repetere debentibus mandare, ut suam necessariam repetitionem faciat . . . nec aliquis doctor requisitus per rectorem renuere seu contradicere possit rectoribus, eo quod illa non sit sua septimana. *Die widerspenstigen Doctoren verfielen einer Geldstrafe. Einzelnes, was darauf folgt, steht in A theils früher, theils in der vorhergehenden (44.) Rubrik. Am Schlusse wird über die Repartierung des aus den Strafen gewonnenen Geldes gesprochen, über die Strafe der lässigen Rectoren, sowie darüber, dass die Doctoren die Bücher in der Schule haben sollen, und über die Exemptionen jener Doctoren,* qui legerint per triginta annos.

1) *Die Seitenzahlen sind aus dem Drucke vom J. 1561.*

1. *In Fl. folgen auf die vorhergehende Rubrik diese:* De collectis doctorum (*Rubr. 51*) *und* Quod quilibet legens vel collectam faciens debeat librum quem inceperit perficere et quo tempore (*Rubr. 52*), *dann kommt erst obige. In B fehlt vor dieser sicher wenigstens eine Rubrik, was sich aus den Anfangsbuchstaben ergibt; Rubr. 44. 45 beginnen mit* C, *Rubr. 46 mit* E, *es fehlt also eine mit* D. *Aus B liess sich dies nicht ersehen, weil Rubr. 45 dort mit* S *anfängt. Es unterliegt keinem Zweifel, dass in den älteren Bologneser Statuten hier eine ähnliche Rubrik wie die erste Florentiner stand. Hätte sie das richtige Incipit, würde ich*

sedem tenens teneatur post festum carnisprivii saltim semel annis singulis disputare hoc ordine, scilicet quod ultimo doctoratus, idest approbatus in publica, prima die post introitum quo contigerit a lectionibus abstineri suam disputet quaestionem. Et proxima sequens ebdomada sit penultimi, et subsequens antepenultimi, et sic de singulis ascensive. Habeant etiam rectores illam potestatem in disputare debentibus, quam eis dedimus in repetere debentibus supra in Rubrica, Quod nulla lex vel paragraphus etc. Et disputent semper in diebus quibus a lectionibus abstinent, dummodo non sit solemnis hora quam elegerint. Habeant tamen rectores potestatem in talibus disputationibus fiendis, scilicet quod duae fiant in ebdomada, si sibi visum fuerit expedire, ut in titulo De repetitionibus diximus. Concedimus etiam volenti, quod in septimana

---

sie hierher setzen, so verlege ich sie in den Appendix Rubr. 104, wo zugleich die nöthigen Nachweise. Wahrscheinlich stand in den Bologneser Statuten nach jener De collectis *eine Rubrik, welche im Wesentlichen mit der zweiten oben erwähnten der Florentiner übereinstimmte und für sie die Grundlage bildete. S. oben Einleitung Paragraph 5 und unten Rubr. 105.*

318, 3. *In B stehen bei* Rubrica *nie die Nummern. — In Fl. Rubr. 53 (nach den beiden eben besprochenen):* Qui et qualiter debeant disputare et disputationibus adesse. *Beginnt:* Item statuimus, *und unterdrückt den ersten Satz. P spricht dagegen in vier Rubriken (II, 11—14) nur von der Medicin, Logik und Philosophie und bezieht die Rubrik* De questionibus *bloss auf diese Wissenschaften. Fl. enthält diese vier Paragraphen ebenfalls, aber erst später (Rubr. 55 bis 58). — Pad. II, 11:* Quod et quando debeant disputare et repetere. *Incipit wie in B (im Drucke verschieden); im Folgenden vielfach wie B.* — 318, 4. audacia *hat hier nicht die schlimme Bedeutung von Frechheit, sondern von Unerschrockenheit im einwerfen und antworten; entgegengesetzt* timor *und* timorosus. *Deshalb war* audax in loquendo *ein ehrendes Epitheton für den Disputierenden. S. unten Rubr. 57 Anm. das Excerpt aus einem Prüfungsprotocolle vom J. 1369. In demselben Sinne spricht König Kasimir im J. 1364 von der* 'audacia allegandi'. *Cod. diplomat. univers. Cracoviensis I, 3.* — 318, 6. *Fl. von hier an, jedoch mit bedeutenden Varianten, wie B. Nach* tenens: vel non salariatam, dummodo collectam faciat. — 318, 7. *In A war* post nativitatem ante resurrectionem *vorgeschrieben. S. oben S. 317, 14. Ebenso Fl. Ähnlich hier Pad. Die Disputatio war daselbst sabbato (der Druck fast durchweg verschieden).*

319, 6. *Von hier an fehlt in Pad. und Fl., wo geringere andere Bestimmungen.* — 7. *Ist die 45. Rubrik. S. jedoch ibid. die Anm. am Schlusse aus B, denn darauf bezieht sich der Hinweis.* — 11. *Wie in den älteren Bologneser Statuten nur eine Repetitio in der Woche sein durfte (s. vor. Rubr.), so war früher wohl auch nur eine Disputatio erlaubt. So auch Fl. und B selbst später.* — *Der* ae *in der Hs. fast immer* ę, *zuweilen* e. — 12. *Rubr. 45.* — *Der Satz* Concedimus *mit Varianten auch in Fl. Was darauf folgt, fehlt daselbst.*

sancta possit disputare. Et ita procedi debet in disputationibus usque ad festum pentecostes. Si vero propter raritatem vel doctorum paucitatem citius complerentur, non intendimus quod doctores legentes plusquam semel eo tempore disputare teneantur. Item statuimus, quod nullus doctor vel alius possit disputare in publico vel aliquid tractare ex quo divisio aliqua in nostra universitate possit oriri; quod si quis fecerit et exinde aliqua in universitate divisio seu scandalum oriatur, ipsum omni commodo et honore universitatis nostrae privare volumus ipso iure. In una vero septimana duae disputationes non fiant, nisi aliud fuerit visum rectoribus, ut supra dictum est. Possint tamen doctores si voluerint septimanas invicem permutare. Et licet doctor aliquis in sua non disputaverit septimana vel disputare non potuerit, servent doctores quod diximus supra de repetitionibus, et eandem habeant potestatem quam eis

---

2. *Wie aus Rubr. 45 erhellt, war früher (in A) für die Disputationen Weihnachten bis Ostern festgesetzt. Ebenso in P Fl. A P Fl. stehen hierin noch immer der alten Praxis in Bologna näher als B. Odofred sagt, er disputiere während des Jahres wenigstens zweimal,* 'ante nativitatem' *und* 'ante pascha'. *Proem. in Dig. vetus. Cod. 4489 der Nat. Bibl. zu Paris f. 102. So war auch in den Statuten von Toulouse für die Juristen vorgeschrieben, dass sie* 'bis in anno, vid. infra festum Natalis semel, et a festo Natalis usque ad Pascha iterato semel' *disputieren müssten. In der oben Paragraph 5 citierten Hs. fol. 43 a. Es ist hier natürlich von den* disputationes necessariae, *wie in Rubr. 45 von den* repetitiones necessariae *die Rede. Derselbe Usus bestand bereits im 13. Jh. hinsichtlich der* Quaestiones disputatae de Quolibet (*nicht zu verwechseln mit den* Quaestiones disputatae ordinariae) *an der Universität Paris. Nur einige Beispiele will ich hier anführen. Bezüglich Heinrichs v. Gent verweise ich auf dieses Archiv I, 386ff. Nicolaus de Pressorio disputierte 1273 de quolibet* 'imminente nativitate dom.' *Cod. P. 37 der Bibl. nacion. zu Madrid fol. 28a. Ranulphus Normannus* 'de natali an. dom. MCCLXXIIIJ'. *Arsenal Bibl. zu Paris n. 379 fol. 218.* In paschate. *Ibid. fol. 221. Ferrarius Catalanus* 'anno dom. MCCLXXV de paschate'. *Quétif-Echard, SS. Ord. Praed. I, 349. Thomas von Aquin* 'anno dom. MCCLXXJ circa festum natalis dom.' *Bibliothek zu Dôle Cod. n. 81 fol. 295a. Erlangen n. 328. Tortosa, Kapitelsbibl. (nicht signiert). Steht am Schlusse des 5. Quolibet. Das 3. Quolibet beginnt in Leipzig, Univ. Bibl. n. 1439*3: Incipit... parisius in paschate anno dom. MCC septuagesimo. *Der Weihnachtstermin wurde auch an der juristischen Schule in Orléans eingehalten, denn die Bulle vom 22. April 1309 (s. oben Einleitung Paragr. 5) bestimmt,* 'quod quilibet legentium ordinarie recipiat unum diem ad disputandum, et illos dies recipiant, qui precedunt immediate Nativitatem'. *B weicht also zweifelsohne am weitesten von der alten Tradition ab.* — 8. *Hier setzen Pad. Fl. wieder ein.* — 12. *Pad. Fl. statt des folgenden:* nichilominus sequens in ordine in septimana sequenti suam disputet questionem.

in praedicto statuto concessimus. Et doctor disputans quaestionem disputandam per octo dies (nisi rectori contrarium placuerit, quia tunc per septem vel (*p. 38*) sex dies), antequam disputare debeat, bidello generali tradere teneatur in scriptis, ut ipsam per scolas legentium idem bidellus semel legat et publicet scolaribus disputandam, eamque patenter in statione teneat, ut quicunque voluerit ipsam inspiciat et transcribat. Et cum disputatur, libros omnes illius scientiae in scolis [doctores] habeant; suos autem libros possint si voluerint deferre scolares. Adicientes quod aliquis qui non sit doctoratus per publicam, non audeat disputare, nec suae disputationi aliquis scolaris interesse, Item quod nullus quaestionem sustineat sub doctore disputante disputationem necessariam et indictam vigore huius statuti, cum qua necessaria non concurrat ea die voluntaria. Si autem disputationem faceret doctor voluntariam die disputatoribus statuta, possit scolaris sub illo si voluerit sustinere, quem ad hoc elegerit ipse doctor. Volumus etiam, quod hora disputationis vel post illam, si post nonam disputatur, nullus canonici vel civilis iuris doctor vel baccalarius possit intrare, et prius intrans teneatur exire. Et quod omnes baccalarii actu legentes vel ad privatam admissi debeant disputationibus interesse, canonistae ad canonicas, et legistae ad legales disputationes poena viginti solid. Bon., qui adesse omiserit, imminente, quam rectores exigere teneantur. Debeant etiam ipsi rectores interesse sub poena periurii, nisi legitimam et iustam excusationem habuerint, in quam poenam periurii incidant, si ipsimet non intersint. Et quando surrexerit aliquis scolaris, doctor qui disputat sine fraude quam cito potest sub poena periurii teneatur et debeat illum audire pacifice et benigne. Et ipsi baccalarii qui surrexerint omnibus aliis inferioribus praeferentur, et ipsis baccalariis praeferantur licentiati. Nobilis autem sedens in primis bancis praeferatur omnibus. Ubi autem non concurrant scolares non habentes aliquem ex praedictis gradibus, stetur declarationi rectorum, qui deferant cui volunt. Idem, si occurrant existentes in aliquo gradu, et argumenta pro et contra ab uno et eodem fieri non possint. Et quod diximus de disputationibus doctorum, volumus fore idem, si concurrant in disputationibus vel repetitionibus scolarium vel licentiati sustinentis sub doctore. Doctores hoc non servantes poenam quinque lib. Bonon. incurrant, nec

1. *Von* Et *an auch Fl. Pad., in letzterm* decem dies. — 3. disputare] disputari *B.* — 4. ut] et *B. Correctur aus Fl. Pad.* — 7. doctores *aus Fl. Pad. ergänzt, wo* doctor. — 8. *Fl. schiebt nach* scolares *noch ein Statut ein, Pad. wie B.* — 9. doctoratus] decoratus *B. Correctur aus Fl. Pad.* — 10 *bis* 15 *fehlt in Pad.* — 11. et indictam ... voluntaria *fehlt Fl.* — 16. nonam] novam *B.* — 20. poena ... scolaris (*24*) *fehlt Fl. Pad.* — 24. *Von hier an wieder Fl. Pad. aber nur bis 25, hierin durchweg bezeichnend genug unter sich übereinstimmend.* — 34. *Das Statut bis* publicari *dem Sinne nach in Fl. Pad.*

sit alia interpellatio necessaria ex quo statutum istud per scolas fuerit publicatum, quod per notarium nostrum sub eadem poena per octo dies ante festum carnisprivii per singulas scolas una cum statuto quod sequitur praecipimus publicari. Rectores autem non facientes hoc servari statutum, puniri volumus eadem poena, qua puniuntur non facientes servari statutum supra in titulo Quod nulla lex vel paragraphus etc. Privilegiamus autem doctores qui legerint per vigintiquatuor annos, ut per responsalem disputare possint.

De quaestione disputanda et in scriptis danda. Rubrica xlvij.

Expedit quod disputatarum quaestionum et repetitionum copia possit haberi. Quare statuimus, quod doctor disputans vel repetens per se vel per alium quaestionem vel argumenta et solutionem suam prout melius poterit recoligat et in grossa litera in pergameno conscribat vel eo dictante per alium conscribantur, nec alii istud officium dictandi committat sub debito iuramenti. Decernentes, quod ipse doctor quaestionem sic disputatam vel repetitionem correctam et examinatam per eum, ut supra dictum est, infra mensem numerandum a die disputationis vel repetitionis factae in virtute praestiti iuramenti bidello tradere debeat generali; quod si facere distulerit, poenam decem ducatorum auri ipso iure incurrant de eorum salario persolvendam, quam nostrae universitat volumus applicari. Et sub eadem poena teneatur et debeat idem doctori in disputatione, quam in statione posuerit, respondere per ordinem iuribus in contrarium allegatis. Volumus etiam, quod copiam quaestionis disputatae, quam tradunt, apud se retineant doctores sub debito iura-

8. *Beiläufig bemerke ich hier, dass im Cod. 1394 der Universitätsbibl. zu Bologna mit den Artisten-Statuten vom J. 1442 von Rubr. 54 ab weitläufige Verordnungen über die Quaestiones disputatae sind.*

9. *Fl.* De quaestionibus disputatis. *Pad.* (*II, 12*) De questione disputata in scriptis danda. *In P fehlt die Rubrik.* — 10. *Pad. beginnt wie B und stimmt fast durchweg dazu. In Fl.* (*Incipit* Item statuimus) *die Rubrik viel grösser, besonders anfänglich verschieden.* — 13. *Auch in den Tolosaner Statuten lesen wir:* Questiones ab eisdem disputatas cum argumentis ad predictas questiones factis seu facientibus, prout disputanti videbitur, in littera grossa et legali ponant in statione bedelli, ita quod scolares ab eodem sine gravamine possint habere. *Hs. in Archives de la Haute-Garonne* (*oben Einleitung Paragraph 5*) *fol. 93 a. Diese Gewohnheit herrschte auch in Paris, wie noch jetzt die Originalhss. der Quaestiones de quolibeto 'in grossa littera' in den verschiedenen Bibliotheken Zeugniss ablegen.* — 17. *Statt* infra mensem *in Pad.* infra decem dies. — 19. *Pad. und Fl. eine kleinere Geldstrafe.* — 21. *B* teneantur. *In Pad. fehlt das Statut, Fl. enthält es ungefähr.* — 24. *Zu* tradunt *ergänze* bidello. *Pad. das Statut wörtlich wie B, Fl. ähnlich.*

menti. Et si hoc observari non facerent rectores, poenam decem lib. Bonon. incurrant pro qualibet disputatione.

De absentatione doctorum. Rubrica xlviij.

Formidantes et merito doctorum absentiam statuimus, ne quis doctorum in iure canonico vel civili legens [ordinarie vel extraordinarie] ultra fines episcopatus Bonon. se debeat absentare tali absentia etiam, per quam unicam lectionem oporteat ipsos dimittere vel alium subrogare, nisi secundum modum istum, videlicet, quod si aliquis doctor legens ut supra dictum est pro legitima causa se voluerit absentare, primo a scolaribus suis licentiam petere teneatur. Qua obtenta demum a rectoribus causam suae absentiae exponat, et si ab eis fuerit comprobata, tunc rector una cum consiliariis a tali absentando recipiant depositum centum librarum Bonon. vel valoris, et tunc licentiam concedere possint tantum octo dierum vel infra, universitate non vocata, et si infra terminum qui se absentat non venerit, ipso facto depositum perdat et universitati applicetur, nec poena possit remitti. Doctor vero, qui se absentaverit huius statuti forma non servata, ipso facto privatus sit omni universitatis commodo, nec restituatur nisi per universitatem et prius centum libris ipsi universitati solutis. Praedicta locum habeant, nisi doctor reipublicae causa fuerit coactus se absentare. Volumus tamen, quod, quamvis de causa aliquis doctor se absentaverit servata hac forma, teneatur dimittere unum idoneum loco sui, qui dimissas continuet lectiones praescripta poena contrafacientibus imminente, quam poenam privationis et non restitutionis, ut supra, doctor praesens incurrat (*p. 39*), qui ab inchoatis lectionibus sine legitima destiterit causa; interveniente substitutum idoneum dimittere teneatur. Praeterea scolaris ipsius doctoris absentiam teneatur per sacramentum praestitum rectori accusare. Et legatur istud statutum infra quindecim dies post studii initium.

---

1. *Pad. statt des Folgenden etwas anderes.* — 2. *In Fl. stehen nun die vier Rubriken, von denen ich oben zu S. 318, 3 gesprochen, dann die nächstfolgende.*

3. *Fl. P* (*beide nach den vier Rubriken*) De absentatione (*P* absentationibus) doctorum vel aliorum legentium cum salario vel collecta. *Pad.* (*II, 19*) De absentatione doctorum et eorum surrogatione. *Der Druck setzt bei* statutum vetus. — 4. *P Pad. beginnen wie B, Fl.* Item statuimus. — 5. *Das Eingeklammerte aus Fl. P Pad. ergänzt.* — 6. *Pad. von hier an verschieden, P Fl. halten sich zu B, besonders P.* — 10. *Ähnlich auch Pad. bis 14.* — 14. *Fl. statt* octo dierum: unius mensis et plus vel minus, *und dann verschieden.* — 16. *P von hier an verschieden. Pad. jedoch wie B bis* solutis. — 20. *Etwas Ähnliches in P Fl.* — 26. *Was folgt, in P Pad. ebenfalls.* — 28. *P statt* infra quindecim

De rogationibus per doctores scolaribus non faciendis. Rubrica xlix.

Fructum scientiae per aliquas preces impediri nolentes, statuimus, quod nullus scolaris vel doctor [praesumat] per se vel per alium rogare tacite vel expresse, re vel verbo vel quocunque alio colore verborum in civitate vel extra quemcunque scolarem, ut eum audiat sub virtute praestiti iuramenti et poena decem librarum Bonon., nec scolaris vel quis alius alium scolarem rogare debeat sub dicta poena praestiti iuramenti. Ad supradicta autem volumus doctores coarctari et in eis tantum intelligi. Scolaribus vero licitum sit invicem se rogare, ut eorum assint principiis vel libri inceptioni vel tractatus secundum libitum voluntatis. Adicientes, ne quis bidellus alicuius doctoris legentis hora qua legitur scolas alterius doctoris sine causa intrare iusta vel morari debeat, poena privationis nisi quadraginta solid. Bon. nostrae universitati solverit vice qualibet imminente. Quod statutum, ut licitum ab illicito discernatur, volumus in principio studii et etiam circa finem studii legi per scolas singulas, poena periurii et quadraginta solid. Bonon. imminente notario, si legere per scolas singulas duxerit omittendum, et super hoc rectores inquirere teneantur, et stare debent unius testis dicto cum sacramento rogati.

Quod propter doctorum et aliorum exequias a lectionibus possit abstineri. Rubrica l.

Gratia sepulturae doctorum qui mortis tempore funguntur officio rectoratus vel qui ab eodem officio functi essent vel doctorum iuris ca-

---

dies: infra primum punctum. *So stand sicher auch in A, und ebenso am Schlusse von Rubr. 62 und 77. Wir können daraus schliessen, dass in Bologna ein punctum gegen 14 bis 15 Tage umfasst hat, was zu der oben S. 242 gemachten Beobachtung stimmt.*

1. *Pad.* (*II, 4*) *wie B, nur steht wie in P* De rogaminibus. *wo auch* fiendis *statt* faciendis. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 3. *In P Incipit wie B. Pad. umschrieben, sonst wie B.* — 4. praesumat *aus P Pad. restituiert.* — 7. *P Pad. statt dessen fast übereinstimmend:* nec scolaris sic rogatus respondere possit per se vel per alium de eum audiendo vel non audiendo. — 9. Ad . . . intelligi *fehlt Pad.* — 12. *Die vorhergehenden Bestimmungen sind sicher ältern Datums. Wir finden sie auch in den Statuten der Juristen-Universität Angers vom J. 1373 n. 15* (*Rangeard, Histoire de l'université d'Angers II, 220*). *Speciell betreffs des letzten Statuts heisst es:* attamen baccalarii si viderint expedire pro se ipsis audiendis et non aliis scolares huiusmodi rogare poterunt *etc.* — Adicientes . . imminente *fehlt P, steht in Pad.* — 14. *Pad. vor* poena *erweitert.* — 15. *Was folgt fehlt in Pad., steht aber in P, nur heisst es noch* infra primum punctum *nach* in principio studii, *was wohl A entnommen ist. S. vor. Rubr.* — 18. *Von hier an fehlt in P.*

21. *Fl. Pad.* (*II, 42*) *wie B, P* Quando *statt* Quod. — 23. *Pad. P Incipit wie*

nonici vel civilis actu legentium per universitatem honorandae possit et debeat a lectionibus, quae hora funeris legendae occurrerint, abstineri; si tamen in septimana eadem postea dies iovis occurreret, in qua deberet a lectionibus abstineri, doctores qui lectiones perdiderint illas ea die recuperent. Et praedicta locum habeant etiam in doctoribus actu non legentibus, qui tamen per viginti annos in Bonon. studio cum doctoratu permanserint et rectoribus nostrae universitatis obediverint et iuraverint secundum formam nostrorum statutorum. Habeant etiam locum in exequiis cardinalium et legatorum sedis apostolicae, episcoporum Bonon., potestatum et capitaneorum civitatis Bonon. et antianorum tempore sui officii et quatuor reformatorum studii nostri. Pro nullius alterius funere a lectionibus, quae de mane leguntur, vacari possit, cuiuscunque sit ille praeeminentiae, dignitatis, officii sive status. Nec rectores etiam cum consiliariis dispensandi super hoc habeant potestatem in totum; possint tamen rectores, si contingat de mane talium superius non expressorum exequias fieri, et debeant post mediam lectionem lectam pro eis honorandis convocare universitatem.

Quod doctor privatus non possit restitui nisi per universitatem. Rubrica lj.

Graviorem ex persona iudicari scientes iniuriam statuimus, quod si quem doctorem legentem vel non legentem per statuta vel per rectores tantum, vel per ipsos et consiliarios privari contingat, privatio ipsa non possit nec debeat nisi per universitatem nostram et solutis per privatum primitus viginti libris Bonon. quomodolibet relevari. Et restitutio aliter facta nullius sit momenti.

De scolaribus legentibus extraordinarie et quantum solvere debeant universitati. Rubrica lij.

Hac provida deliberatione firmamus, quod nullus universitatis nostrae scolaris debeat repetere vel incipere aliquem librum extraordinarie

---

B, doch dann etwas verschieden. — 1. *Von hier an P Pad. Fl. übereinstimmend.* — 3. *Fl. etwas verschieden.* — 5. *Was folgt fehlt in Fl., steht aber in P Pad.* — 6. Qui tamen *etc. fehlt in P.* — *Pad.* decem. — 7. et rectoribus *etc. fehlt auch in Pad.* — 8. Habeant ... potestatem (*14*) *in P Pad. mit Varianten, in P zugleich mit Zwischensätzen.* — 13. *Pad. weiter ausgeführt.* — 15. *Bis zum Schlusse fehlt überall.*

18. *P Fl.* De doctoribus (*Fl.* vel scolaribus) privatis non restituendis *etc. Pad.* (*II, 20*) *wie B.* — 20. *Incipit in P Pad. wie in B. Fl. statt dessen* Item statuimus. *Fl. jedoch verderbt. P Pad. stimmen fast wörtlich mit B überein.*

26. *P wie B. Pad.* (*II, 16*) De scolaribus legentibus extraordinarie. *Fl. enthält hier sechs Rubriken über die Anatomie; obige Rubrik fehlt.* — 28. *Incipit*

sine licentia sui rectoris, quam licentiam rectores teneantur concedere, nisi iusta causa imminente. Et obtenta licentia legendi incipiat die et hora, qua vult, salvo quod scolaris vel Bononiensis in quadragesima vel aliis diebus ieiuniorum, quibus legentes in nonis intrant, in tertiis incipere non possint vel repetere hora tertiae vel in exitu doctorum de mane. Item volumus quod nullo tempore in hora praedicta scilicet exitus doctorum de mane vel in tertiis repetatur vel incipiatur in legibus vel canonibus, nisi ex causa necessitatis contingat aliquem debere repetere. Scolaris autem civis vel forensis incipiens titulum seu tractatum solvat universitati suae solidos quinque Bonon. Si vero legerit Institutiones vel tres libros Codicis vel Autenticum vel unum de libris ff. veteris vel Codicis vel unum de quinque libris Decretalium vel causam aliquam Decretorum, solvat decem solidos Bon. universitati. Si vero aliquid de magnis voluminibus legere voluerit, viginti solidos Bon. bursae universitatis exsolvat. Item si reassumat lectiones cuiuscunque doctoris. Si autem in fraudem, quam semper adesse praesumimus, duxerit se velle legere titulum seu tractatum et probetur legisse ultra titulum etiam per unam lectionem tantum, exigant rectores sub poena periurii duplum eius, quod de iure solvere debet pro libro. Addentes, quod nullus possit aliquem tractatum iuris civilis legere sive titulum, nisi audiverit per quinque annos ad minus, nec librum aliquem, nisi sex annis audiverit. Similiter in decretis (*p. 40*) non possit aliquem titulum legere vel recitare, nisi audiverit quatuor annis, salvo, quod si prius audiverit ius canonicum vel civile, et de uno ad aliud transitum fecerit, unus annus de dicto tempore adimatur. Et aliquis non doctor legens extraordinarie non possit aliquid a scolaribus recipere vel exigere, nec eo nomine ab eis quicquam extorquere, etiam si eo tempore quo legit factus fuerit doctor, nisi de speciali gratia sit alicui per universitatem vel per huiusmodi nostra statuta indultum, nec scolaris det in virtute praestiti iuramenti. Pro pensione autem possit scolaris quinque solidos Bonon. pro quolibet scolari exigere. Statuimus quod nullus scolaris civis vel foren-

in P Pad. identisch mit B. Pad. das erste Statut gekürzt, weil es in der unmittelbar vorhergehenden Rubrik (15) ausführlich steht. — 3. *P abweichend von B. In Pad. fehlt alles bis 19.* — 4. nonis] novis *B.* — 5. doctorum] scolarium *B.* — 6. *P von hier an wie B.* — *B* modo *nach* nullo. — 7. in legibus . . . repetere *fehlt P.* — 9. civis vel forensis *fehlt P.* — 15. Item . . . libro *fehlt P.* — 21. *P Pad.* quatuor *statt* quinque, *und* quinque *statt* sex. — 23. *P Pad.* tribus *statt* quatuor. — 25. Et aliquis . . . iuramenti *fehlt in Pad.* — 29. *Für* nec scolaris . . . iuramenti *in P eine andere Bestimmung.* — 30. Pro pensione . . . exigere *in P Pad., was dann bis zum Schlusse folgt, fehlt in beiden. In P steht die Bestimmung, das Statut solle* 'in principio studii infra primum punctum per scolas omnes' *publiciert werden, was wohl nur A entnommen ist.*

sis possit publice decretalem aliquam legere, decretum vel paragraphum repetere cum oppositis et quaesitis, vel sub doctore quocunque de quaestione aliqua respondere, nisi decretales quinque annis completis audiverit, atque leges sex annis completis, de quo tempore stetur proprio iuramento scolaris. Damus tamen licentiam rectoribus dispensandi in praedictis, ubi eis rationabiliter visum fuerit, etiam sine consiliariis, quod iuramentum rectores exigere teneantur, antequam scolari omnium praedictorum actuum aliquem concedant licentiam exercendi, poena quinque librarum Bonon. rectoribus si contra formam huius statuti concesserint imminente. Adiicientes quod si post tale iuramentum praestitum per scolarem probatum fuerit, praedictum scolarem non tanto tempore sicut iuraverat studuisse, sit ipse scolaris nostrae universitatis privatus omni comodo et honore. Praedicta extendi volumus ad decretalistas ad iura civilia transeuntes, vel econtra ad legistas licentiatos iura canonica audientes.

Quod baccalarii possint bis in septimana intrare.
Rubrica liij.

Hora repetitionis vel vesperarum extraordinarie legentes aliquos libros vel tractatus possint bis ad voluntatem suam intrare, et non plus, nisi forsan Sextum vel Clementinas, vel Volumen, salvo quod rectores cum universitate ex causa possint cum eis dispensare, dum tamen cum doctoribus salariatas sedes habentibus non concurrant, non obstante aliquo statuto, quod in hoc contrarium videatur poena viginti solidorum Bonon. contrafacientibus pro vice qualibet imminente. Illos volumus baccalarios nuncupari et pro baccalariis haberi etiam, non aliter, qui legendo prosecuti fuerint lectiones alicuius libri iuris canonici vel civilis, vel legem aliquam seu decretalem repetierint publice cum oppositis et quaesitis, forma et tempore in praecedenti proximo statuto particulariter declaratis.

Triplex iuramentum promovendorum ad doctoratum.
Rubrica liiij.

Item statuimus, quod si aliquis scolaris voluerit promoveri in iure canonico vel civili, primo per consiliarium suae nationis vel consiliariae, vel si haberi non possit, per alium consiliarium suae tamen universitatis,

---

16. *So P. Die Rubrik fehlt in Fl. Pad. — P stimmt zu B bis* Illos volumus, *von wo an alles fehlt.* — 20. *Zu* forsan *ergänze* legentes. — 24. *Im Wesentlichen war diese Bedeutung eines Baccalars überall dieselbe, ein Hauptunterschied lag darin, wie lange er vorlesen musste, bis er das Licentiat und Doctorat erhalten konnte. S. unten zu Rubr. 55.*

30. *P Fl.* De triplici iuramento promovendi ad doctoratum. *Fehlt in Pad.* — 32. *P Fl. beginnen* Statuimus, *dann etwas von B divergierend, unter*

rectori suo debeat praesentari, quem rector non debeat admittere nisi iuratum et matriculatum inveniat. Cui iuret se legitimo tempore audivisse, studuisse vel alias legisse seu repetiisse secundum formam nostrorum statutorum. Et praedicto praestito iuramento faciat se per doctorem suum archidiacono vel eius vicario praesentari. Non praestito iuramento praedicto, si aliquis se fecerit praesentari, eius examinatio per menses quatuor differatur. Secundo antequam privatam suam recipiat, publice iurabit in praesentia rectorum astantium, quod rectori suo seu doctori vel doctoribus vel scolari vel alicui alii nihil dedit vel promisit seu dabit intuitu suae promotionis vel laboris, exceptis illis personis, quibus statuta nostra dari permittunt vel iubent, ita tamen, quod forma statutorum nostrorum etiam in hiis personis circa dationes debeat observari. Hoc autem iuramentum secundum exigat ille rector, qui non est rector universitatis praesentati seu examinandi. Tertio, cum sedet in maiori ecclesia promovendus ad publicam, suo rectori publice hoc sacramentum defferenti antequam examinatio inchoetur iuret, se nunquam contra universitatem nostram verbo vel facto patrocinium, consilium vel auxilium praestiturum, nec contra scolarem nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Et si contingat eum remanere Bononie, obediet rectoribus in licitis et honestis, et universitatis statuta servabit. Hoc autem iuramentum a Bononiensibus, quia sunt de iurisdictione utriusque rectoris, cum primo talis casus tempore novi rectoratus occurreret, exiget ultramontanus et citramontani et suo nomine. Cum autem secunda promotio talis occurrerit, exiget citramontanus et nomine ultramontani et suo, et sic vicissim quandiu durabit ipsorum officium. Qui ordo per ipsos rectores postmodum resumetur. Item quod nullus Bononiensis praedictum iusiurandum praestare recuset, alias rectores ambo praecipi faciant immediate omnibus doctoribus et scolaribus in ecclesia S. Petri astantibus,

---

sich aber übereinstimmend. — 2. *Von hier an Fl. P fast wörtlich wie B.* — 5. *In P Fl. natürlich* episcopo. — 7. *P Fl. schieben nach* differatur *noch eine Bestimmung ein.* — *Gherardi hat vor* Secundo *in Fl. eine irrige Interpunction.* — 9. *S. dazu unten Rubr. 59.* — 12. hiis] aliis *B. Correctur aus P. In Fl. ist der Text verderbt. Es fehlt dort* forma nostrorum . . . cum sedet. *Das dritte iuramentum ist dadurch nicht wohl vom zweiten zu unterscheiden. Der Text ist nach P zu corrigieren, wo der Satz (13)* Hoc autem . . . examinandi *mangelt.* — 15. *D. h. hier, der Rector muss die Eidesformel dem Promovenden vorsprechen. In Fl. ist dies in der That ausgedrückt. Der Rector sagt zum Doctorand:* Vos domine ad culmen doctoratus presentialiter promovende jurabitis ad sancta dei Evangelia . . . nunquam contra universitatem nostram verbo vel facto patrocinium, consilium vel auxilium prestiturum *etc.* — 18. nec . . . prosequatur *fehlt in der Eidesformel von Fl. P.* — 20. Hoc autem ... iuramenti (*329, 2*) *fehlt P Fl.* — 24. et] etc. *B.*

ut statim de illa ecclesia exire debeant, cum quibus ipsi rectores exeant sub poena praestiti iuramenti. Poena etiam periurii ei doctorando, qui tale sacramentum praestare refutaverit, imminente.

Quantum doctorandus debeat studuisse. - Rubrica lv.

Iubemus scolarem, qui voluerit in iure canonico conventuari, nullatenus admitti, nisi audiverit, vel alias legerit, per sex annos, et hoc si simplex canonista est. Si autem studuerit in iure civili per quinquennium vel plus, et voluerit in iure canonico promoveri, sufficiat ei per quadriennium in iure (*p. 41*) canonico studuisse, dum tamen per medietatem temporis audiverit Decretales, et per unum annum Decretum, et per unum alium studuerit et alias legerit in studio Bononiensi unum de quinque libris Decretalium, vel unam causam Decretorum, vel ad minus triginta lectiones, vel saltim repetierit. Quod autem dicitur de tempore quatuor annorum, volumus locum habere, nisi rectori suo aliud visum fuerit. Si quis autem voluerit in civili promoveri, non admittatur, nisi per octo annos vel ad minus per septem annos studuerit vel audiverit,

---

2. *In P Fl. steht als poena taxiert*, 'quod nullo modo ad publicam valeat promoveri'.

4. *P* Quantum tempus *etc. und* et legisse *nach* studuisse. *Pad.* (*II, 22*) *nach diesem Worte:* et quod debuit disputasse aut repetisse aut lectiones triginta legisse. *Fl. wie B.* — 5. *In P Fl. das Incipit wie oben. Pad.* Inhibemus scholarem *etc.* — 6. Vel alias legerit *darf nicht auf* sex annos *bezogen werden, ausser in dem Sinne: 'innerhalb der sechs Jahre muss der Doctorand auch Vorlesungen gehalten haben'. In den drei andern Statutenbüchern deutlicher. Pad. bringt das Statut über die Vorlesungen am Schlusse unter einem:* nullus admitti debeat ... in iure can. et civ., nisi semel repetierit, aut sub aliquo doctore disputaverit vel saltem triginta legerit lectiones. *Stimmt hierin am meisten zum alten Bologneser Statut. S. oben S. 213. Wie viele Jahre die einzelnen studiert und Jus gehört haben mussten, ehe sie Vorlesungen halten durften, wird oben Rubr. 52 bestimmt. — Savigny hat III, 211 den Inhalt obiger Rubr. nicht richtig wiedergegeben.* — 7. *P und Fl. bringen zuerst, was der Canonist gelesen haben müsse; ähnlich mit 11. In Fl. fehlt* et hoc si ... est. — 9. *Pad.* biennium. — Dum tamen ... fuerit (*15*) *fehlt daselbst. P Fl. haben den ersten Satz, aber mit Varianten.* — 13. *P* xx lectiones, *fehlt in F.* — Quod autem ... fuerit *fehlt P Fl.* — 15. *P von hier an wie B, es fehlt aber wie in Fl.* vel ... septem annos. *Pad. überhaupt nur* sex annos, *und das Folgende gekürzt. Fl. beginnt wie P, lässt dann* et alias legerit ... extendi *aus.* — 16. *In den Stat. coll. doct. iur. civ. vom J. 1397* (*fol. 17 b*) *heisst es:* ... qui non audiverit iura civilia saltem octo annis, nisi aliter per doctores dicti collegii fuerit dispensatum, et qui non repetierit unam legem vel paragrafum publice cum oppositis et quesitis eo anno in civitate Bonon.

et alias legerit unum de libris Codicis vel ff. veteris, vel Institutiones, vel tres libros Codicis, vel Autenticum, vel repetierit secundum formam statuti de hoc loquentis et proclamatione per scolas publice precedente (quod volumus etiam ad canonistas extendi), ita tamen, quod si quatuor menses defuerint de dicto tempore, nihilominus admittatur. Et si dictus praesentandus in iure civili tribus annis in iure canonico studuerit, eum in uno anno volumus de dicto tempore relevari. Si vero studuerit in iure canonico quatuor annis vel quinque, eum in duobus annis volumus relevari, salvo iure domini archidiaconi, quod habet vel habere fuerit consuetus.

De praesentatione scolarium doctorandorum. Rubrica lvj.

Carissimus nostri collegii scolaris, qui doctorari voluerit, iuxta ea quae iamdudum per dominum archidiaconum Bonon. et universitatem nostri studii ordinata cognovimus, debeat per doctorem suum praedicto archidiacono praesentari vel eius vicario. Et rectores rogare debeant archidiaconum vel eius vicarium, ut non debeat aliquem scolarem admittere ad examinationem publicam vel privatam, nisi fuerit iuratus suae rectori uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, et scolares eius honori non debeant interesse sub poena periurii et decem solidorum pro quolibet et qualibet vice. Doctorem suum intelligimus illum vel illos, quos elegerit praesen-

---

2. vel repetierit . . . extendi *fehlt P.* — 3. precedente] procedente *B.* — 4. Ita tamen . . . relevari (7) *in P Fl. Pad. mit Varianten hinsichtlich der Zahl der Monate und Jahre.* — 9. *Der Satz fehlt überall. In P nur Bestimmungen über die anderen Wissenschaften, in Pad. noch das oben erwähnte Statut über die Vorlesungen, dessen Beginn mit Fl. übereinstimmt, wo dann wie in P fortgefahren wird.* — *Ich bemerke, dass an den französischen Rechtsschulen Montpellier, Toulouse und theilweise Orléans die Erfordernisse zum Doctorat weit schwieriger zu erfüllen waren. Nach deren Statuten musste einer, ehe er das Licentiat erhielt, fast ebenso lange als Baccalar gelesen, als vorher studiert haben. Hierin waren die Pariser Gewohnheiten vom Einflusse.*

11. *P wie B, Pad. (II, 21)* De presentatione scolarium ad privatum examen admittendum. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 12. *In P Incipit wie in B. In beiden* Carissimus, *das* C *gilt für* K, *so auch in der nächstfolgenden Rubrik, in A bereits Rubr. 11, B Rubr. 34. 102.* — *In den Statuta colleg. doct. iur. civ. vom J. 1397 handelt Rubr. 10 (fol. 17 a) darüber.* — doctorari] decorari *B. Correctur aus P.* — iuxta . . . cognovimus *fehlt P Pad. Letzteres überhaupt im ersten Theile verschieden, im 2. Theile Gedanken, die Bolognas Statut zur Grundlage haben. P ungefähr wie B.* — 18. *In den Constitutionen des Collegium doctorum jur. can. vom J. 1397 resp. 1460 (fol. 14b) war vorgeschrieben, dass der Praesentatus wenigstens 20 Jahre alt sei. Ebenso in den Statuta coll. doct. iur. civil. vom J. 1397 (fol. 17b).* — 19. sub poena . . . vice *fehlt P.*

tandus, dummodo sit de collegio doctorum illius iuris canonici vel civilis, ad quod voluerit praesentari. Praesentatus autem debeat infra octo dies examinari; quod si infra dictos octo dies a die praesentationis suae non examinetur, tunc praesentatus, dummodo ex facto vel culpa ipsius examinatio dilata non fuerit, possit per alium praesentari. Nec possit aliquis in una scientia nisi sub uno vel duobus praesentari vel doctorari, tertium vero ita demum possit habere, si de eo licentiam obtineat a rectoribus ambobus vel eorum locum tenentibus. Adicientes, quod si scolaris aliquis dictam licentiam seu dispensationem meruerit a rectoribus, et tres praesentantes habuerit seu elegerit, nullus doctor praetextu alicuius odii vel causa qualibet possit istum tertium electum vel compresentatorem nullatenus refutare, nisi causa iustissima, quae per rectorem approbata fuerit. Quod si contrafecerit, sit ipso iure privatus per annum omni nostrae universitatis privilegio, commodo et honore, nec aliquo modo infra annum praedictum per aliquem scolarem in suo privato examine recipi possit in suum doctorem, non obstantibus statutis aliquibus nostrae universitatis factis vel fiendis in contrarium huic stututo obloquentibus, quibus nunc expresse volumus derogari; non obstante etiam aliqua gratia seu exceptione vel privilegiis forte collatis per nostram universitatem in personam talis refutantis socium compraesentatorem. Rectores etiam ambo, postquam de dicta refutatione eis constiterit saltim ex iuramento scolaris examinandi cum dicto unius idonei testis, infra triduum refutantem praedictum privatum per annum per omnes scolas faciant publicari, poena periurii et viginti librarum Bonon. eorum cuilibet, si hanc publicationem faciendam iubere omiserint, imminente. Ex pluribus autem praesentatis primus praesentatus prius subiicietur examini. Doctores autem illos, quos credunt honori magisterii fore dignos, ad examen admittere debeant, non alios, de quo eorum conscientias oneramus.

---

2. Praesentatus . . . praesentari (5) *steht auch in Pad., nur muss im Drucke das* non *vor* possit per alium praesentari *gestrichen werden.* — 4. et tunc *B.* — 7. Tertium . . . imminente (25) *fehlt in P, in Pad. schon das Vorhergehende.* — 18. *B* loquentibus. *In Rubr. 102 wird* obviantibus *statt* obloquentibus *in derselben Bedeutung und im selben Zusammenhange gebraucht.* — 23. *B* in triduum. — 26. *Dieser Satz in P Pad., in P auch noch der Schlusssatz, worauf dann weitere Bestimmungen; solche auch in Pad., verschieden von P.* — 27. *Durch obigen Schlusssatz wird dunkel ausgedrückt, was in den Statuta colleg. doct. iur. civ. Rubr. 10 (fol. 17 a) und den Stat. coll. doct. iur. canon. vom J. 1397 resp. 1460 (beide im Staatsarchiv zu Bologna) verlangt wird, der doctor praesentans solle den scolaris vor der praesentatio 'in secreto' examinieren, um zu erfahren, ob er fähig sei. Dies stimmt zu Bartolo ad l. 1. C. de athletis (10, 53). Vgl. Savigny III, 212, Anm. b. Es war dies das Examen in camera vel doctoris sui (s. zu 332, Anm. 1), es war nur ein Probeexamen, und hatte keinen öffentlichen Werth.*

De punctis in privata examinatione. Rubrica lvij.

[C]haos magnum privati examinis] transire cupientes ultra socios hospicii et duodenae et scolares consanguinitate aliqua sibi coniunctos habeant, cum incedant invitando pro suo examine fiendo, solum decem

---

1. *P Fl. setzen hinzu* et expensis ipsius (*P* illius). *Pad.* (*II, 32*): De assignatione punctorum. *Stimmt aber nicht zu B, und ebenso wenig II, 33* (De invitationibus scolarium), *wo nur der Passus wegen zehn Scholaren mit B übereinkommt. — Die* punctorum assignatio *wird bereits 1270 als eine alte Einrichtung erwähnt* (*s. oben S. 211*), *und sie fand sich an allen juristischen Universitäten.* Punctum *hat hier die gewöhnliche Bedeutung von 'Text' eines Buches, in unserm Falle eine lex, ein Decret oder Decretale. Wie die assignatio punctorum, welche am Tage des Privatexamens statt hatte, vor sich gieng, wird oben nicht ausgedrückt. Die Statuten von Montpellier bestimmen:* in iure civili per duos doctores illius facultatis per episcopum vel deputatum ab eo electos una lex Codicis et altera ff. veteris, que ex bina apertione librorum (ita quod post primam apertionem vel secundam possint ante vel retro volvere duas cartas) a casu sine alia previsione (*Savigny und Germain irrig* provisione) occurrerint, singulariter assignentur; et idem in iure canonico de una Decretali et uno capitulo Decreti per omnia observetur (*Rubr. 18. Es geschah dort in der Kirche. Die Interpunction bei Savigny III, 691 beweist, dass er den Text und die ganze Einrichtung nicht verstanden hat. Germain meinte p. 26 irrig, der Candidat müsse die Bücher öffnen). Die Statuta coll. doct. iur. civ. vom J. 1397 zu Bologna sprechen darüber in Rubr. 11 fol. 19. In Bologna geschah die Assignatio punctorum in Gegenwart des Archidiacons (oder eines Substituten), des Priors des Collegs und der Doctoren. Es wurde bestimmt* 'quod scholari examinando doctor, cui liber assignetur, dare teneatur in punctis unam legem sufficienter glossatam, quam alias non habuerit presentatus in punctis in camera vel examine doctoris sui (*s. zu S. 331, 27*), et quam publice non repetierit. et talem quod apparere possit de sufficientia et insufficientia ipsius examinandi'. *L. c. fol. 19b. Ähnlich war es bei den Canonisten. War nun hier der Usus gleichwohl von dem in Montpellier etwas verschieden, so herrschte die Gewohnheit, die Puncta durch zufälliges Öffnen der betreffenden Bücher,* sine alia previsione, *zu wählen, ziemlich allgemein. Noch Ende des 15. Jhs. finden wir sie in Pisa* (*bei Fabroni I, 457*), *und bei den Dominicanern werden noch heutzutage in dieser Weise die Puncta für das Examen aus der Summa des hl. Thomas assigniert. — 2. Das Incipit bis* cupientes (*P* volentes) *nahm ich aus P.* C *steht wie in der vor. Rubrik für* K. *In Fl. wurde dieses Initium der älteren Bologneser Statuten in* Magnum mare et dubium examinis transitum facere cupientes, *in B dagegen:* Ad rigorosum et tremendum examen transire cupientes *verändert. P Fl. fahren dann gleichmässig fort:* in assignatione punctorum suaque privata possunt per rectorem et doctores sue scientie eos sociari, *und fügen bei:* Doctores etiam alterius scientie eos sociare possunt (*in P das Gegentheil*). Itinerans *u. s. w. Es fehlt also alles bis 333, 10. — 3.* Duodena, *d. i. der nachbarliche District. S. Ducange-Henschel II, 963 n. 6.*

scolares, quinque ultramontanos et quinque citramontanos, vel ad plus viginti tam citramontanos quam ultramontanos. Si qui tamen ex praedictis scolaribus socios habeant in suis vestibus et expensis, illi possint tunc licite eos commitari. Ultra praedictos illi scolares, qui sociabunt eundem, et etiam sociatus per rectores usque ad viginti solidos pro vice qualibet puniri debeant, et ad hoc rectores sub poena debiti iuramenti penitus teneantur. Nolumus tamen, quod per id periurii reatum incurrant, iniungentes poenam periurii rectoribus, quod tali scolari examinando tempore, quo sibi praesentatur, deferant iuramentum et praestari faciant corporaliter de hoc statuto servando. Itinerans autem punctorum vel examinationis causa si ante domum sui doctoris transitum fecerit, non expectet, sed iter continuet inchoatum. Assignentur autem puncta de mane ante consuetam horam intrandi, id est, ante inchoatam vel saltim ante finitam pulsationem campanae ad quam intratur. Examinatio vero fiat eadem die et hora congrua vocatis ante doctoribus per archidiaconum vel ipsius vicarium die praecedenti, ut de officio eius est, et cum his qui praesentes fuerint horis debitis punctorum datio et examinatio expediatur, ita tamen, quod archidiaconus doctorem a rectoribus vel universitate privatum ad praesentationes vel examinationes privatas vel publicas non admittat. Doctores autem examinantes circa materiam punctorum tantum quae(*p. 42*)stiones et oppositiones faciant

---

8. Iniungentes poenam periurii *wird hier im Sinne von* iniungentes sub poena periurii *gebraucht. Ebenso unten Rubr. 58.* — 10. *Von hier an Fl.* — 11. *Druck* ad examinationis causa. *Correctur aus Hs. und P Fl.* — *B schiebt vor* sui doctoris *ein* non *ein. P Fl. richtig.* — 12. *P Fl. durchaus, allerdings mit Varianten, wie B.* — 14. *Dass die* examinatio eadem die, qua puncta assignantur *stattfinden müsse, auch in Pad. II, 34:* Qua hora debet fieri examinatio privata. *Nur steht im Drucke (II, 29) irrig* non eadem die. *Auch im Folgenden über die Gegenwart des Bischofs (in Bologna Archidiacon), des Rectors, der Doctoren und den Ausschluss der doctores privati ist noch Bolognas Einfluss erkennbar.* — 20. *P enthält nach* admittat *mehrere Bestimmungen.* — *B sagt* non examinantes, *was im Zusammenhange einen Widersinn gibt; die* non examinantes *wären zugleich* examinantes. *P Fl. richtig, ähnlich Pad. Padelletti hat mit Unrecht* non *aus B ergänzt. Savigny liess sich III, 212f. ebenfalls durch den irrigen Text täuschen, und seine Erklärungen Anm. e. f. sind deshalb nicht richtig. Wenn er S. 212 d. meint, dass in Bologna schon zu Anfang des 13. Jhs. die Einrichtung galt, dass nur ein Doctor, der praesentierende, examinierte, und sich auf Gottfried de Trano, Summa in Decret. De mag. beruft, so hat er übersehen, dass er einen verderbten Text, in dem es* de magistro scholarium *statt* de magistris scolarum *heisst, zur Stütze hat. S. meine Universitäten I, 148, Anm. 356.* — 21. *Etwas Ähnliches, doch viel detaillierter, in Pad. II, 34. Savigny erklärt 'circa materiam punctorum' mit 'die bearbeiteten Texte', was irrig ist. Der Sinn ist im Zusammen-*

et per eum quem examinent non praestitas, de quo rectores a doctoribus collegii exigant sacramentum, postquam sacramentum a scolari exigerint. Et nullus doctor ante responsionem scolaris alterius doctoris quaestionem assumat, nisi forte ad ipsius thema declarandum. Examinatione vero finita, antequam doctores inde recedant, fiat solito more scrutinium sigillatim et secrete, quo quisque deponat an approbet vel reprobet examinatum. Item statuimus, quod nullus doctor in privata

---

hange vielmehr dieser, dass die Examinatoren Fragen und Einwürfe nur hinsichtlich jener Texte erheben durften, welche für das Examen assigniert waren. Die Doctoren waren an die puncta gebunden. Dazu stimmt auch der Text in Pad. Ausführlicher spricht darüber der Cod. statutorum collegii jurist. Patav. aus dem J. 1382 fol. 8 sqq. (Universitätsarchiv zu Padua). In ihm ist die ältere Praxis erhalten. Von den examinierenden Doctoren fieng der dem Colleg zuletzt aggregierte an circa materiam punctorum Fragen und Einwürfe zu erheben, und dann die älteren Doctoren aufwärts. Doch nicht in Padua, sondern in Bologna wurde dieses Statut zuerst gemacht, wie die Statuta coll. doct. ur. civ. vom J. 1397 Rubr. 11 fol. 20a mit Sicherheit schliessen lassen. Ähnliches wurde auch an der Universität Pisa in den Nachträgen zu den Florentiner Statuten bestimmt. Bei Fabroni I, 458 Rubr. 22: jedoch höchstens 4 Doctoren examinierten daselbst. In Perugia war bloss bestimmt, quod ad minus debeant esse sex doctores arguentes scolari examinando, et quod quilibet doctor facere possit scolari duo argumenta (oppositiones) vel duas questiones, vel unum argumentum et unam questionem et non ulterius'. *Stat. colleg. Jurist. vom J. 1407 Rubr. 13 bei Bini I, 631.* — 1. de quo . . . exegerint *fehlt P Fl.* — 1. *Die Phrase:* et per eum *u. s. w. findet sich auch in Montpellier (Rubr. 19) hinsichtlich der publica examinatio:* surgent volentes arguere, argumenta a doctorando prestita nullatenus facientes. — 4. *Fl. schiebt nach* declarandum *mehrere Paragraphen ein.* — 6. *In Reg. Avenion. Urbani V. tom. 21 (Vat. Archiv) fand ich von fol. 102—131 ein Protocoll über ein Examen, welchem 20 Schüler des canon. Rechts, die auf Kosten Urbans V. in Montpellier studierten, Juli und August 1369 sich unterziehen mussten. Ein wahres Unicum! Ich werde das Actenstück später wenigstens theilweise publicieren. Zuerst legten vier beeidigte testes sigillatim Zeugniss de vita, conversatione et moribus der einzelnen Schüler ab. Dann folgt das Scrutinium zweier Doctoren über das Wissen und Können derselben. Nach den Fragen, wie lange und welche Tractate des can. Rechts der einzelne studiert habe, begann das Examen. Das Resultat wird bei jedem angegeben. Z. B.:* Reperimus (eum) valde aptum secundum tempus suum, audacem in loquendo (*s. oben Rubr. 46 Incipit*) et bene dispositum ad scientiam acquirendum, si continuet studium. Et prout dicebat habet Decretales a dicto domino nostro papa. *Oder:* Reperimus (eum) nichil scire, nec prout prima facie apparebat dispositum ad sciendum . . . Et in isto ut nobis videtur perditur tempus. *Oder:* Reperimus, quod ipse satis debiliter se habuit in dicto examine, et credimus quod propter timorem, ut apparet prima facie. Et ego Savaricus Christiani (decretorum doctor) sum in eo expertus,

vel publica vel eius occasione aliter tractet scolarem, quam suum filium proprium sub poena contra iniuriantes scolaribus imposita et periurii. Et de hoc teneantur rectores post quemcumque talem actum inquirere diligenter, et si culpabilis quis fuerit sic inventus, per scolas publice denunciare faciant infra tres dies post talem actum, ut praedicitur, attemptatum fore per annum suspensum ob omni nostrae universitatis commodo et honore. Et hoc si motivo iniuriandi probetur hoc fecisse. Et hoc statutum legatur in sacristia per notarium nostrae universitatis coram rectoribus et doctoribus collegii in quolibet examine sub poena quinque librarum Bonon., si per notarium remanserit quin legatur. Et ne cura convivii studium impediat promovendi, statuimus, quod nullus universitatis, cuiuscunque conditionis, status vel dignitatis existat, audeat alicui, etiam illis qui eum associant, dare in die sui examinis vel alia qualibet occasione illa confectiones vel vinum in domo propria vel aliena, per directum vel per obliquum, per se vel per alium, quomodocunque expensis suis vel alienis. Quod si quis licentiandus vel licentiatus contrafecerit, volumus ipsum tunc ipso iure privatum nostrae universitatis commodo et honore existere, nec ante possit restitui, quam centum libras Bonon. solverit universitati. Adicientes, quod nullus licentiatus possit quacunque occasione die sui examinis vel alia, ut supra, convivium aliquod facere in domo sua vel aliena, per se vel alium, suis expensis vel alienis modo quocunque poena praedicta contrafacientibus imminente. Nec rectores habeant potestatem super hoc dispensandi, immo ipso facto sint periuri et privati commodo et honore nostrae universitatis, si consenserint quoquomodo, quod fiant dispensationes vel audiverint propositiones de isto statuto tollendo. Nolumus tamen hoc statutum ad scolares cives Bonon. quoad poenas extendi. Possit etiam scolaris licite

---

quod est timorosus et modicum scit attento tempore quo audivit ... *Oder:* Et facta bis diligenti examinatione reperimus, quod modicum voluit aut scivit dicere. Ego tamen predictus Savaricus Christiani credo, quod sciat, et pro tanto, quia quando faciebam collationem de casibus longis et aliis, de quibus eum interrogabam, sciebat et melius, quam illi, qui eo melius (in examine) responderunt *u. s. w. Allerdings darf man nicht vergessen, dass dieses Examen nicht zur Erwerbung des Doctorats galt, wie jenes in der Rubrik beschriebene. Im Wesentlichen glich aber eines dem andern, wie sich besonders aus einem Vergleiche mit Rubr. 18 der Statuten von Montpellier ergibt.* — Item . . . legatur (*335, 10*) *fehlt P Fl.* — 1. *B nach* filium *noch* faceret. — 7. *B* si non iniuriandi *etc., was widersinnig ist.* — 11. *Fl. ist nach* statuimus *etwas ausführlicher, und zieht mit Übergehung von 13—18 das Statut von 18 an herauf. Vor* rector *gehört dort* nec, *oder überhaupt eine verneinende Partikel. P ist hier defect und darauf verschieden.* — 13 *bis* 16 *kommt in Fl. später vor.* — 25. *Das Statut hinsichtlich der* cives

si voluerit mittere archidiacono vel eius vicario, item doctoribus in examine astantibus, antequam de examine recedant, confectiones et vinum. Inhibemus etiam, officialibus nostris specialibus vel generalibus in privato examine quicquam dare statutis non expressum, consuetudine contraria tanquam iniqua, irrationabili et gravosa reprobata, recipientibus et etiam dantibus sponte ultra poenam periurii quinque librarum Bonon. poena, exigenda infra triduum, ipso iure infligenda. Item quod nullus bidellus vel notarius cuiuscunque doctoris sive archidiaconi possit se de vino vel acquistandis confectionibus immiscere sub poena periurii, nisi fuerint bidelli generales, qui possint se immiscere ad voluntatem examinandi. Prohibemus etiam, ne in die praedicta vel alia occasione illa sit sonitus tubarum vel aliorum instrumentorum in domo examinandi, nec aliquae fiant choreae examinationis illius causa. Et hoc statutum a versiculo: *Et ne cura* etc. usque in finem singulis annis saltim per biduum, antequam fiat prima privata examinatio, quae post principium studii occurreret facienda, per scolas praecipimus publicari sub poena viginti solidorum Bonon., quam notarius praetermittens incurrat.

De publicis examinationibus. Rubrica lviij.

Doctorandi, cum invitant ad publicam, incedere debeant sine tubis vel instrumentis quibuscunque, et bidellus archidiaconi Bonon. ac etiam bidelli doctorum, sub quibus publicam debeant recipere, debeant ipsum praecedere equitando, nec illo sero possint facere convivium, nisi inter scolares de eadem domo vel nisi inter coniunctos doctorando in primo

---

ungefähr auch in P, nicht in Fl.; *in beiden fehlt das Folgende, in P das Ganze, wo statt dessen andere Bestimmungen, in Fl. bis* Prohibemus (*11*). — 2. *B nach* recedant *noch* mittere. — 9. *B* de vino vel anquistariis seu confectionibus. — 11. *Dieses Statut in Fl.* — 13. a versiculo . . . finem *fehlt in Fl., dafür dort*: cum duobus precedentibus ac etiam statuto infra proximo. — 14. *S. 335, 10.* — 17. *In P darnach die kurze Rubrik* De privatis examinibus vel publicis diebus festivis non fiendis, *dann die nächste.*

18. *P setzt hinzu* et de observatione ipsorum (examinibus), *Fl.* et de expensis ipsarum. *Pad.* (*II, 35*) *schreibt* De publica examinatione, *der Inhalt stimmt aber nicht zu B und den übrigen. — An den nicht-italienischen Universitäten wurde statt* publica examinatio *oft kurzweg* solemne principium *gesagt, nicht als ob beides dasselbe wäre, sondern weil die publica examinatio in der Kirche und die Ertheilung des Doctorgrades mit der ersten feierlichen Vorlesung des neuen Doctors* (solemne principium) *abgeschlossen wurde. Hierin ist Paris der Ursprung.* — 19. *Fl. beginnt* Permictimus doctorandos, cum invitant; *P* Statuimus doctorandos, cum invitant, *Fl. dann verschieden von B fortfahrend, P stimmt im Beginne theils mit B, theils mit Fl. überein.* — 21. *Was folgt fehlt in P. In Fl. kommt etwas ähnliches in der vor. Rubrik vor.*

secundo et tertio gradu vel etiam quarto. Nullus autem rectorum cum illo illa die equitare praesumat. Scolares autem ultramontani ultramontanum et citramontani citramontranum de domo, qua inhabitent, ad sanctum Petrum, cum illuc pergit recepturus publicam, sociare teneantur, et tunc in ecclesia herbae vel paleae non ponantur.

Omnes autem ultramontani et citramontani intersint in publica, et omnes de sancto Petro postea ad domum associent doctoratum sub poena decem sol. Bonon., quam rectores infra octo dies exigere teneantur. Nullus autem scolaris in alicuius civis vel forensis scolaris publica se pro chorea vel brigata seu hastiludio faciendis vestire audeat vel tunc eques hastiludere. Qui contrafecerit, poenam periurii et decem librarum Bonon. incurrat; quam si infra decem dies post requisitionem alterius rectoris non solverit, privetur omni commodo et honore nostrae universitatis. Imponentes poenam periurii etiam rectori illius scolaris, qui publicam debet recipere, quam ipso facto incurrat, quod omnino exigat iuramentum a doctorando, quod die, qua equitat invitando pro publica recipienda, non faciat hastiludere seu brigardare, prout hactenus ab aliquibus factum fuit. Et si doctorandus requisitus noluerit iurare, vel si iuraverit et contrafecerit, omnino debet interdicere publicam et mandare doctoribus, quod non debeant ipsum conventuare ac etiam inhibere bidello, ut eius cedulam per scolas pronunciare non audeat, poena arbitraria imponenda. Praedicta omnia in hoc statuto disposita locum habere volumus et valere etiam, si doctorandus Bononiensis fuerit vel etiam si forensis fuerit, qui privilegio quocunque fuerit exemptus, antiquorum observantia statutorum reprobata et cassata omni consuetudine in contrarium hactenus observata. (*p. 43*) Adicientes, quod tubatores nostrae universitatis, qui debent esse quatuor numero, sint ista solutione contenti, scilicet quilibet eorum pro associando doctore novello ab ecclesia sancti Petri usque ad eius domum habeat solidos decem Bon. seu libram mediam. Si vero doctor novus per civitatem equitare voluerit, habeant vigintiquinque solidos, computata in his ronzeni vel equi conductione. Et quae dicta sunt in persona unius doctoris, per omnia repetita intelligantur de pluribus pariter incedentibus. Addentes, quod

2—5 *fehlt überall.* — 6. *Dieser Satz in P (natürlich mutatis mutandis), die Strafe fehlt.* — 9. Nullus . . . universitatis (*13*) *auch in P.* — 12 *B* post requisitus alteri rect. *Correctur aus P.* — 14. *Was folgt, fehlt in P.* Imponentes *etc. gleichbedeutend mit* iniungentes sub poena periurii *etc. wie oben Rubr. 57.* — 17. *B* bogardare. Brigardare *ist von* brigada (*oben 10*) *gebildet.* — 19. *Zu* debet *ergänze* rector. — 30. *B* seu libras duas, *was irrig ist.* — 31. *B setzt nach* solidos *hinzu* videlicet libras 1 sol. v. *Darüber s. weiter unten.* — 33. Addentes . . . universitati *auch in P Fl., jedoch mit Varianten, die in beiden identisch sind. Hinsichtlich des Notars heisst es* notario vero pro scriptura nihil solvat.

doctorato seu licentiato tantum, de cuius licentia constet rectoribus, si petierit, testimoniales litterae concedantur solutis in quolibet casuum praedictorum pro sigillo universitatis viginti sol. Bonon. utrique universitati, et viginti notario pro scriptura et charta illarum literarum testimonialium. Et hoc statutum saltim per bidellum, antequam fiat prima publica examinatio, quae occurret post principium studii facienda, singulis annis per scolas praecipimus publicari poena viginti solidorum Bonon. notario nostrae universitatis, si hoc omiserit, imminente. Quod statutum in statione generali volumus publicari seu apponi. Addentes, quod in publicis assumendis hora tertiarum, qua itur ad sanctum Petrum, nullus doctor vel alius legens audeat intrare, et si intraverit, incontinenti exire teneatur, cum incipit pulsari campana pro conventu, et omnes vadant ad associandum praedictum publicam assumere debentem sub poena periurii et viginti solidorum Bonon. utrique universitati applicanda. Quam poenam ipso facto incurrant, si predicta non servaverint et si praedictae publicae non interfuerint, nisi legitima causa fuerint excusati.

De solutione facienda universitati et doctoribus, bidellis, et aliis per scolares doctorandos. Rubrica lix.

[Largitatem amantes, que in discretione distribuit, et expendenda et retinenda moderatione gubernat], ac rem publicam potius quam privatam concernentes, statuimus, quod doctorandus debeat dare univer-

5. Et hoc ... imminente *dem Wesen nach auch in P Fl. Alles übrige fehlt. Dafür dort andere Statuten. In P darauf die Bestimmung, dass jährlich ein scholaris pauper gratis pro deo doctoriert werde. In Pad. folgt (II, 37) dieselbe Verordnung hinsichtlich zweier. Sie stimmen aber nicht überein. Ein ähnliches Statut in Bologna, Stat. colleg. doct. iur. canon. vom J. 1397 resp. 1460 Rubr. 19 fol. 19a.*

17. *Die Überschrift in P Fl. ziemlich gleich mit B. In Pad. existieren hierüber nicht weniger als 9 Rubriken, die ich hierher setzen will, da sie im Drucke (II, 25, 26) zu wenig erkennbar und geschieden sind. II, 23* Sumptus publici ac privati examinis ac conventus in iure canonico ac civili. *24* In privato examine pro collegiatis. *25* In privato conventu pro colegiatis. *26* Sumptus universitatis in privato examine. *27* In privato conventu. *28* In privato examine. *29* In privato conventu. *30* In publicho conventu. *31 (Druck 26)* Quod de cetero nullus audeat de iam dictis sumptibus augendis aliquid proponere aut ad alterius propositionem consentire. *Natürlich stimmt hier Pad. nicht zu B. Der Rector Heinrich Murmester sagt darüber in der Schlussrubrik (IV, 37), er habe das Prooemium des Franciscus Scledus (1460) cassiert; ausserdem* 'detraximus et antiqua statuta de ea re loquentia' *etc. — In den Statuten von Montpellier (Rubr. 18) wurde noch die ältere kirchliche Vorschrift befolgt, und jedes Honorar für die Promotion verboten. S. auch die Bulle Nicolaus IV. vom J. 1289 (bei Germain, Hist. de la commune de Montpellier III, 452), welche verlangt, die Promotionen etc. sollten 'gratis' sein.* — 19. *Obiges Incipit* (Largitatem ... gubernat)

sitati tres libras Bonon., medietatem ante privatam receptionem infra quinque dies, et aliam medietatem quando publicam recipere debet. Doctori autem vel doctoribus, sub quo vel quibus promovetur, scolaris solvere teneatur decem ducatos vel duodecim, vel ei seu eisdem tradere decem vel duodecim brachia panni valoris unius ducati pro brachio arbitrio doctorandi, de quo panno dictus seu dicti doctores se illa die vestire teneantur ad honorem graduandi, nec possint plus recipere sub poena periurii et dupli eius, quod ultra receperint. Singulis autem doctoribus iuris canonici vel civilis, qui in actibus examinationis interfuerint, non solvant ultra tres libras Bonon. hoc modo: pro punctis et examinatione privata non solvat ultra quadraginta solidos Bonon. cuilibet, pro publica vero viginti. His autem, qui non intersint, pro his vicibus quibus non intersint praedictum precium non solvatur, nec aliquid [aliud] in fraudem ipsius, nisi doctor aliquis reipublicae causa abesset vel corporis infirmitate gravaretur vel alia iusta causa detineretur. Et si con-

---

ist Fl. entnommen; es ist wohl das alte, wie man aus dem Anfangsbuchstaben, der zu dem der nächsten Rubrik stimmt, schliessen muss. In B: Cum in omnibus rebus agendis moderatio sit servanda, et rem *etc. P beginnt:* Quoniam temporum varietate diversas solutiones diverso quoque modo factas invenimus eorum, qui ad doctoratus apicem ascendunt, noviter reformantes statuimus *etc., und geht dann eigene Wege in der sehr kurzen Rubrik. Hinsichtlich des Honorars, welches die Doctoren empfangen, heisst es einfach:* doctores id habeant, quod sua novella constitutione statuerunt. *Es wird hiemit auf die Statuta des Collegiums Juristarum hingewiesen. In jenen vom J. 1407 ist in Rubr. 3 davon die Rede (bei Bini I, 625 sq.). — Fl. hält sich zu B. — 3. B wiederholt nach* debet: videlicet libras iij; *so auch im Folgenden. Diese störenden Wiederholungen standen nicht in A, wie sich aus einem ähnlichen Falle in Rubr. 25 ergibt, wo B ebenfalls immer wieder subsummiert. Auch in Fl. fehlen sie. In B wollte man die Wiederholungen übersichtshalber machen, und zwar in römischen Zahlen, da die Zahlen im Texte selbst mit Worten wiedergegeben wurden, wie dies die Hs. vom J. 1507 noch ausdrückt, während der Druck von diesem Princip hie und da abweicht. — Nach* recipere *etc. in Fl. noch eine Erweiterung. — Das Geld musste hinsichtlich aller Bezahlungen im vorhinein, d. h. vor den Examina etc., beim Pedell oder dem Notar des Collegs deponiert werden, wie sowohl aus obigem Texte, als aus den detaillierten Bestimmungen der Statuta collegii Juristarum in Bologna, Padua und Perugia hervorgeht. Natürlich differierten die einzelnen hinsichtlich der Taxe; diese variierte auch an der einen und derselben Universität, wie P im Beginne des Statuts ausdrückt. S. oben. — 5. Fl. hat dieses Statut, aber verändert. — 8. B nach* receperint: videlicet lib. xx, *nämlich 10 Ducaten. — 12. B setzt zu* viginti: lib. iij, *d. h. die 40 Soldi für das private und die 20 für das öffentliche machen 3 Lire aus. — In Fl. dieses Statut erweitert. — 12. Fl. ebenso. Ergänzung daraus. —* 14. nisi doctor . . . contradicere (*340, 4*) *fehlt Fl.*

trafecerit, puniatur poena periurii et decem librarum Bonon., quam poenam etiam incurrat, qui pro eis petierit. Et quilibet nostrae universitatis iuratus, si sciverit aliquid contra hoc statutum proponi vel arengari, debeat contradicere. Et ne amplius scolares doctorum numero aggraventur, statuimus, quod collegium doctorum examinantium computato doctore, qui praesentat, sexdecim doctorum numerum non excedant, secundum quod in statutis ipsius collegii determinatum invenimus. Quod si de facto supradictum numerum doctorum contingat excedere, promovendus supernumerariis illis nihil solvere teneatur. Prohibentes inter consiliarios vel in universitate proponi, arengari, vel consuli de doctore aliquo ultra numerum praedictum sexdecim doctorum in collegio admittendo poena periurii et decem librarum Bonon. ipso facto inflicta proponenti, consulenti vel arenganti, nisi doctores secundum eorum antiquam consuetudinem vellent aliquos supernumerarios habere, quia tunc permittimus eis secundum eorum consuetudinem. Nec aliquis doctor Bononiensis, qui non sit de collegio, possit interesse examinationi privatae vel publicae, ut illo praetextu valeat a scolaribus examinandis vel doctorandis salarium exigere ultra quantitatem superius taxatam, nec examinandus vel doctorandus, etiam sponte, aliquid sibi dare possit, ultra poenam periurii poena decem librarum imminente. Deponatur autem pecunia apud bidellum generalem vel notarium nostrae universitatis, quae solvi debet pro publico examine vel privato, vel etiam apud notarium collegii doctorum, non obstante statuto posito supra sub titulo Triplex iuramentum promovendorum ad doctoratum. Volumus etiam, quod bidellus vel notarius praedicti seu eorum quilibet, quem scolaris praesentandus eliget in depositarium, ipsum depositum nullatenus valeat recusare poena periurii et privationis ipso iure officii sui eorum cuilibet, qui depositum praedictum suscipere recusaverit, imminente, eadem poena eisdem per omnia imminente, si depositum ultra taxationem in hoc statuto factam exegerit, videlicet pro sexdecim doctoribus facientibus collegium. Quod quidem depositum est in privata examinatione vigintiocto libras Bonon., in publica vero quatuordecim. Quod intelligimus verum, si scolaris habuerit seu receperit duos doctores praesentantes

---

6. *Fl.* quindecim. — *B* excedant. — 7. secundum quod . . . imminente (*20*) *fehlt Fl. In den Statuta collegii doctorum iur. civil. vom J. 1397 Rubr. 1 fol. 1b heisst es:* constituimus ... quod in dicto collegio sint et esse debeant tantum sexdecim doctores iuris civilis corporati et non ultra. *Ausserdem waren noch* tres supernumerarii. *Vgl. dazu Rubr. 10 fol. 17a.* — 20. *Fl. schreibt nach anderen Bestimmungen.* Pignus autem pro salario doctorum solvendo promovendus deponat penes generalem bidellum, *und fährt dann wieder verschieden von B fort.* — 24. *S. Rubr. 54.* — 32. *B setzt* videlicet lib. xxviij *hinzu. Die Stilisierung ist im Nächstfolgenden mangelhaft.*

ipsum; si autem receperit seu habuerit unum tantum, tunc salarium pro quindecim, excepto suo doctore, secundum quod statim supra diximus [intelligatur], salva tamen semper detractione, si plures doctores quam duos scolaris praesentandus capiat, et minor numerus in collegio praedicto reperiatur quam supra diximus, nam tunc secundum numerum in collegio doctorum remanentium praeter illum vel illos, sub quo vel quibus scolaris voluerit, depositum capiatur, videlicet pro doctore quo (*p. 44*)libet quadraginta solidos Bonon. in[telligatur] depositum in privata, in publica vero viginti, prout superius est statutum. Cum autem publicam scolaris receperit, bidello generali vestes dare teneatur vel ducatos quatuor tantum, et eius electio sit scolaris, hoc modo videlicet, quod scolaris citramontanus solvat citramontano bidello, et ultramontanus ultramontano. Notario vero decem solidos solvere teneatur, nec ultra possint petere sub poena periurii et quinque lib. Bonon., ratione cuius salarii notarius ipse debeat et necessario astringatur in omnibus publicis examinationibus interesse, approbationes et iuramenta ad publicas admissorum scribere in libro quodam, qui perpetuo ad universitatem remaneat. Quod si non fecerit, dictum salarium pro ea vice qua defecerit recipere non possit, et nihilominus poenam quinque librarum Bonon. incurrat, quam rectores exigere teneantur sub debito iuramenti. Bidellum vero doctoris, sub quo conventuatur, induere teneatur, vel saltim ei duos ducatos dare arbitrio scolaris. Caeteris bidellis doctorum canonistarum, si canonista fuerit doctorandus, vel legistarum, si conventuandus legista fuerit, continuate legentium et salariatas sedes tenentium quinque solidos pro quolibet dare teneatur, dummodo actibus praedictis intersint in habitu honorifico et condecenti, et non aliter illo modo. Statuimus, quod nullus scolaris canonista conventuandus solvat aliquid bidellis specialibus doctorum legistarum leges legentium, nec econtra, sub poena periurii imminente scolari aliter solventi et bidello petenti. Quod si non interfuerint, teneatur notarius vel bidellus, qui pro tunc depositarius fuerit, scolari restituere infra biduum etiam non petenti poena dupli contrafacienti imminente. Quod si in utroque iure publicam uno die receperit,

---

8. *B nach* privata: videlicet lib. ij. — 9. *B nach* statutum: videlicet lib. j. — 13. *B nach* ultramontano: videlicet lib. viij, *nämlich 4 Ducaten. In Fl. eine ähnliche Vorschrift:* libras decem floren. parvorum ad minus vel vestes que tantumdem vel plus valeant. — *Dort auch, jedoch verschieden, über die Bezahlung des Notars.* — 14. ratione cuius . . . interesse *ähnlich Fl.* — 20. *B setzt verwirrend zu* iuramenti: videlicet lib. 0 sol. x, *nämlich die 10 Soldi, welche der Doctorand dem Notar zahlen musste.* — *In Fl. musste dem Pedell wenigstens* unus florenus auri *gegeben werden.* — 22. *B nach* scolaris: videlicet libr. iiij, *d. i. 2 Ducaten.* — 26. *B nach* modo: videlicet lib. 0 sol. v.

specialibus bidellis octo solidos tradere teneatur; generali autem bidello sufficit vestem unam aut loco vestis ducatos sex, et sit in arbitrio scolaris ut supra. Cirothecas autem bidellus vel aliam pecunium eisdem in publica dari prohibemus. Volumus tamen, quod scolaris, qui subierit primum examen, teneatur solvere bidello collegii iuris civilis si legista fuerit sol. sex Bon., notario eiusdem collegii sol. xx Bonon.; cum vero receperit publicam, cuilibet praedictorum solvere teneatur sol. decem. Notario autem et bidello collegii iuris canonici canonista scolaris solvere teneatur tantumdem, ut supra narratum est, salvo, quod pro notario archidiaconi pro privilegio doctoratus habendo eidem debeat solvi pro dicto privilegio doctoratus, quos scolaris eidem notario pro eiusmodi privilegio teneatur dare libras tres et sol. duos Bonon. Adicientes, quod notarius universitatis praefatae habere debeat a quolibet examinando tam in iure canonico quam civili, tam ultramontano quam citramontano, solidos sex Bonon. Item etiam bidellus generalis ultramontanus habeat et habere debeat a quolibet ultramontano examinando solidos viginti Bonon., item a quolibet citramontano examinando sol. decem Bon., item a quolibet citramontano conventuando sol. viginti Bonon. Et econtra bidellus generalis citramontanus habeat et habere debeat a quolibet citramontano examinando sol. viginti, et ab ultramontano decem sol., et a quolibet ultramontano conventuando sol. viginti Bonon. Volumus etiam, quod bidelli speciales doctorum canonistarum sive legistarum, si canonista vel legista fuerit licentiandus, ut diximus supra in versiculo *Caeteris*, habeant et habere debeant pro quolibet examine et pro qualibet bidellaria eo modo quo supra solidos [quinque]. Et hoc tantummodo illi, qui praesentes in examine fuerint. Et hoc statutum perpetuam firmitatem habere volumus non obstante aliquo statuto facto vel fiendo per quoscunque vel etiam consuetudine hactenus in contrarium servata.

---

1. *Druck:* tradetur. *Darnach:* lib. 0 sol. viij. — 3. *Oben, 341, 11. B nach* supra: videlicet lib. xij, *d. i. sechs Ducaten.* — *In Fl. das Gegentheil.* — 6. *B nach* sex Bon.: videlicet lib. 0 sol. vj. — *Fl. enthält nichts mehr darüber.* — *B nach* Bonon.: sive lib. i. *In derselben Weise werden im Nächstfolgenden nach jeder Taxe die Zahlen wiederholt. Ich brauche dies nicht mehr zu erwähnen.* — 23. *Oben 341, 22.* — 25. *Nach* fuerint: videlicet lib. 0 sol. ij. *Dies ist irrig, denn 341, 24 werden 5 Soldi bestimmt.* — 28. *In Fl. folgen zwei kurze Rubriken:* De doctoribus habilibus ad dandum vocem et ipsorum collegio. Quotuplex est collegium nostrum. *Die erste beginnt:* Laudabilem consuetudinem in omnibus generalibus studiis diutius observatam, *und bestimmt*, quod nullus in collegio doctorum seu magistrorum cuiuscunque facultatis admittatur, nisi habeat publicam et privatam, *und wenn er nicht vorher dem Rector den Eid leiste. Aus der zweiten erfahren wir, dass 5 Collegien (Theologen, Canonisten, Legisten, Mediciner, Artisten) existierten.*

De recipiente librum in secreto. Rubrica lx.

Magisterii librum seu doctoratus insignia recipiens in secreto dato, quod doctorem sub quo promovetur non vestiat, volumus quod generalem bidellum nullatenus vestire teneatur vel ei aliquid solvere. Quod statutum locum habere volumus non solum in scolaribus forensibus scilicet doctorandis, verum etiam Bononiensibus, quos praedicto modo accipere contingerit insignia doctoratus. Volumus tamen, quod praestet satisdationem de bidellis praedictis vestiendis vel solvendis, ut superius est expressum in statuto proxime praecedenti in casu, quo publice deberet insignia praedicta recipere. Hoc autem statutum valere volumus quavis alia consuetudine hactenus forte in contrarium non obstante.

De iuramento bidellorum doctorum ordinarie legentium et extraordinarie. Rubrica lxj.

Mandamus, quod bidelli doctorum ordinarie et extraordinarie legentium vel electorum ad salarium communis Bonon. vel ad lecturam Sexti libri Decretalium debeant iurare rectoribus novis infra quindecim dies post creationem ipsorum et post, cum fuerint requisiti, quod ipsis obedient et ad ipsorum vel alterius ipsorum vocationem venient requisiti, et statuta universitatis, quae ipsos tangunt, bona fide servabunt. Quod iuramentum necessario rectores exigant sub debito iuramenti.

(*p. 45.*) Qui dicantur esse bidelli et ad quid teneantur, et quantum recipere debeant pro collectis palearum. Rubrica lxij.

Noxiam bidellorum multitudinem refrenare volentes statuimus, quod nullus intelligatur bidellus nec bidellorum beneficia in collectis vel salariis doctorandorum percipiat, nisi sit bidellus doctoris ordinarie le-

---

1. *Diese Rubrik fehlt überall. In B 1507 steht irrig:* De repetitione librum *etc.* — 2. *B* data, qui.

12. *Die Rubrik fehlt in P Fl., steht aber in Pad. (III, 13) mit der Überschrift:* De iuramento specialium bidellorum, *mit demselben Incipit wie in B und dem gleichen Inhalte; nur dort noch ein Zusatz.* — 16. *Pad.* octo.

21. *Die Rubrik fehlt in P Fl.; Pad. jedoch (III, 12):* De bidellis specialibus et quales debeant esse et ad quid teneantur. *Incipit wie B:* Noxiam bidellorum multitudinem refrenare volentes statuimus, quod quatuor dumtaxat bidelli speciales per totam universitatem habeantur, unus videlicet pro quolibet doctore legente ordinariam tam iuris canonici quam civilis *etc. In B (1507) irrig* Noxiam bidellorum multi^{cem}, *woraus im Drucke . . .* multiplicem *wurde. Ausserdem ist uns in B überhaupt wenigstens im Beginne nicht mehr die ältere Rubrik erhalten, denn obige Statuten stehen im Zusammenhange mit jener*

gentis de mane scilicet Decretum vel Decretales, Codicem vel Digestum vetus, vel doctoris extraordinarii salariati de sero scilicet ad lecturam Decretalium, Sexti et Clementinarum, Digesti novi vel Infortiati, Codicis vel Digesti veteris de sero. Et quod dictum est de doctoribus ordinarie et extraordinarie legentibus, intelligi volumus de his, qui in principio primae partis vel secundae inchoant et ipsas finire volunt ut tenentur secundum formam statuti, quod incipit: *Cum expediat* etc., omnibus aliis exceptis et exclusis, etiamsi a nostra universitate fuerint electi. Nec possit aliquis duorum vel plurium in eadem hora concurrentium ex praedictis esse bidellus, nec etiam in diebus diversis vel horis ultra quam duas possit habere bidellarias. Ipsi tamen bidello vicem duorum tenentium licentiandus vel conventuandus pro una tantum bidellaria solvere teneatur. Nec unus doctor duos vel plures possit habere bidellos. Volumus etiam pro utilitate studii et civitatis Bonon., quod nullus forensis possit esse bidellus sive specialis sive generalis, nisi habitaverit in civitate Bononiae spacio decem annorum. Non negamus tamen, quod si pecias suas habuerit, possit scolaribus modo debito comprestare. Volumus insuper praedictos bidellos esse aetatis decem et octo annorum ad minus. Praedictos vero bidellos infra quindecim dies vel post saltim infra mensem requirere teneantur rectores de praestanda satisdatione, qui requisiti teneantur rectoribus satisdare idonee secundum conditionem doctorum et numerum scolarium de libris scolarium custodiendis. Qui si in

---

Rubrik, welche der 44. der älteren Sammlung substituiert wurde. S. darüber oben Einleitung Paragraph 5. Möglich, dass Pad. hier bedeutend mehr die älteren Bologneser Bestimmungen aufbewahrt hat. — 6. prima *und* secunda pars *bezieht sich auf die beiden Hälften, in die der Codex, das Infortiatum, das Digestum vetus und das Digestum novum abgetheilt wurden, von denen eine das Jahr hindurch* de mane, *die andere* de sero *von je einem Doctor gelesen werden mussten, wie in der neuen Rubrik von B (p. 35), welche der älteren 44. substituiert wurde, vorgeschrieben ist. Hinsichtlich des Codex sagt dies deutlich Canis, Libellus de modo in iure studendi (nicht foliiert):* eodemque modo novem priores libros Justiniani Codicis viridi veste contectos (doctores) in duas ordinarias separant portiones (*s. l. Anno dom.* MCCCCLxxvj). *Auch vom Infortiatum und Digestum vetus nennt er zwei partes.* — volunt ut] volumus *B.* — 7. *Rubr. 44 (p. 35) Hs. und Druck, resp. in der Redaction vom J. 1432. In Pad. war ein Pedell* pro quolibet doctore legente ordinariam *vorgeschrieben, und diese Pedelle mussten bei allen lectiones ordinariae und extraordinariae dienen.* — *Zu* omnibus aliis *ergänze* legentibus. — 13. *Pad.* unus pro quolibet doctore legente. — 19. *Was von hier folgt, ungefähr auch in Pad., jedoch in anderer Ordnung.* — *Pad.* octo. — 22. De libris custodiendis per bidellos speciales *enthält Fl. weit später (Rubr. 106) eine eigene Rubrik, in welcher, viel weitläufiger, ausgesprochen wird, was oben bis 23 steht.* — Qui si . . . teneantur *fehlt Pad.*

scolis perdantur, ipsi bidelli vel ipsorum fideiussores integraliter extimationem ipsorum solvere teneantur, alias pro bidellis non habeantur. Et donec scolares fuerint in scolis, stent continue circa scolas, nisi pro facto scolaris vel doctoris fuerint impediti iuste. Teneatur autem quisque bidellus adesse repetitionibus vel inchoationibus tractatuum, quos per scolares in suis scolis fieri contigerit sub poena decem sol. Bonon. pro vice qualibet. Item teneatur quilibet ex eis ponere paleas in scolis in hyeme sufficientes, pro quibus collectam facere possit pro quolibet unius grossi tantum. Volumus etiam, quod pro eisdem paleis et in eisdem scolis non possit nisi una tantum collecta fieri, ita quod ab intrantibus de mane non possit de sero collecta fieri, et econtra. Si autem essent aliqui intrantes de sero tantum, tunc ab illis possit fieri collecta de sero, et econtrario. Item teneatur quilibet ex eis estivo tempore bis in mense scolas suas bene purgare ab omni immunditia tedium scolaribus inferente. Volumus etiam, quod quilibet ipsorum universitatem et rectores praecedere debeat, cum accedunt ad festa cum cereis vel exequias scolarium defunctorum, et alias, cum per rectores forte palatium ascendentes vel simili modo itinerantes fuerint requisiti, poena quinque sol. Bon. bidello, qui sine iusta causa defuerit vel praedictis capitulis non paruerit, pro vice qualibet et ipsorum quolibet inferenda. Adicientes, quod singulis annis ante inchoationem studii et post, cum opus fuerit, bidelli faciant scolas suas recoperiri et ipsarum fenestras pannis lineis vel aliter claudi, ita quod scolares vel ipsorum libri aqua pluviali vel alia evitabili calamitate non possint offendi. Circa hoc [volumus bidellos] esse sollicitos [sub] poena utrorunque rectorum arbitrio reservata.

---

2. *Dieser Satz kommt in Pad. früher vor.* — 7. *Ebenso auch in Pad. Diese Vorschrift existierte an allen damaligen Universitäten. Auch in Lérida (bei Villanueva XVI, 224) und in Perpignan (Hs. fol. xxvj b) begegnen wir ihr. Geradezu lächerlich ist die allgemeine Annahme, die Artisten in Paris hätten auf der Streu oder Stroh, das statt der Bänke den Schülern als Sitz gedient haben soll, gesessen, woher der Name Rue du Fouarre. Nein, nein! Das Stroh wurde vielmehr im Winter unter die Bänke gestreut, um die Füsse der Schüler zu erwärmen. Auch nahm man dazu, wie heutzutage, öfters Strohmatten* (sturones, natae. *Perpignan*). *Die Benennung* du Fouare *oder* Fouarre, vicus straminum, *hatte die Strasse oder das Viertel in Paris wohl einem andern Umstande als dem zu verdanken, dass in den dortigen Schulen der Artisten Stroh* (feurre) *auf den Boden gestreut wurde, denn dies geschah im Winter nicht bloss daselbst, sondern in allen Schulen.* — 9. Volumus ... et econtrario *fehlt Pad.* — 13. *Hier wieder Pad. Auch in Lérida und Perpignan musste der specielle Pedell* 'scolas tenere mundas in estate'. — 17. *B* et cum alias. — 18. *Pad.* viginti quinque. — 23. *B* aliqua pluvia. *Correctur aus Pad.* — 24. *B* inevitabili, *was sicher irrig ist. Correctur aus Pad.* — *Pad. nach* offendi *neues Statut.* — *In B zwischen* hoc *und* esse *eine Lakune.*

[Quod statutum] infra quindecim dies post inchoatum studium per scolas publicari iubemus.

De collectis bidellorum specialium. Rubrica lxiij.

Nolentes nostros ministros sua defraudari mercede permittimus, quod speciales bidelli duas collectas facere possint in anno. Primam ante festum Nativitatis Domini, secundam ante festum Resurrectionis Domini. In quibus faciendis ipsi speciales bidelli sequi debeant per duos dies generalem non obstante consuetudine aliter observata. Praedictis autem collectis nullus scolaris praedictos bidellos audeat defraudare. Scolares autem sedentes in primis bancis teneantur dare bidello scolarum suarum libras duas Bonon. ad minus pro eisdem. Scolaris paciscens vel ex pacto dans sit periurus, et bidellus paciscens ultra periurium quadraginta solidorum Bonon. poenam incurrat. Sine pacto vero cuique liceat quantum voluerit unicuique elargiri, dummodo non det minus quatuor solidorum poena periurii ei qui minus dederit imminente. [Quod statutum] post collectas doctorum per scolas omnes volumus publicari.

De hospitiis, et eorum taxatione et conductione. Rubrica lxiiij.

Ordinamus, quod rectores qui pro tempore fuerint, si et quando eis visum fuerit expedire, procurent iuxta privilegia nostrae universitati per commune concessa, quod duo taxatores hospiciorum eligantur a com-

---

Pad. Circa hoc etiam jubemus rectorem esse sollicitum. *Obige Ergänzung stimmt zu einer ähnlichen Phrase oben 281, 10.* — *B* sollicitos utrorumque poena rectorum arbitrio *etc.* — 1. *Vor* infra *fehlt offenbar* Quod statutum. *In Pad. nicht der Satz. In A stand sicher* infra primum punctum *statt* infra quindecim dies *etc. S. oben Rubr. 48.*

3. *Pad.* (*III, 14*) De collecta *etc. Fl. erhielt erst 1431 das Statut* De collectis per bidellum specialem fiendis quolibet anno (*Rubr. 111*). *In P fehlt die Rubrik.* — 4. *In Pad. Incipit wie in B, und fährt wie B weiter, Fl. verschieden, stimmt nur in der Verordnung, dass zwei Collecten gemacht werden können.* 7. *Ähnlich Pad. Dies stimmt jedoch nicht zu Rubr. 28, wo nach A* (*nicht nach B Pad.*) *die Collecten des bidellus generalis jenen der speciellen folgen musste. So war es eben früher, worauf die Worte* non obstante consuetudine *etc. schliessen lassen.* — 8. *In Pad. fehlt dieser Satz, dafür andere grössere Bestimmungen.* — 9. *Über das Folgende in Pad.* (*III, 15*) *ausführliche Verordnungen.* — 16. *In B bloss* Post collectas *etc. Pad.* (*III, 14*) *am Schlusse:* Et hoc statutum . . . die quo collecta facienda publicetur.

17. *Diese Rubrik fehlt in Pad. Fl., steht aber in P in der richtigen Reihenfolge.* — 19. *P Incipit wie B, und sie fahren übereinstimmend weiter.* — 20. *B* universitatis. — 21. *Das städtische Statut kommt im 4. Buche* De privilegiis

muni Bonon., et tunc ipsi rectores eligent alios duos scolares honestae vitae et bonae famae, qui diutius in studio fuerint, per quos quatuor iuxta privilegia universitatis taxentur hospitia. Et si domini hospitiorum hospitia sua per deputatos ad hoc iam taxata et conducta vel conducenda scolaribus ea conducere vel retinere volentibus ad taxationem noluerint dimittere (*p. 46*) supradictam, denuncietur eis per nuncium universitatis, ut, nisi praedicta hospicia infra sex dies secundum formam praedictam eis dimiserint, ex tunc per quinquennium sint supposita interdicto. In hoc autem servando eximimus rectores periurio, conentur tamen quantum possint ad id servandum.

De pensione non augenda, nisi hospitium sit melioratum, et ipsius reparatione. Rubrica lxv.

Oraculo praesenti iubemus, quod scolaris aliquis seu doctor legens retinere non possit hospicium, in quo habitat, pro maiori pensione, vel alius de novo conducens plus pensionis nomine solvere, quam in anno solutum fuerit praecedenti, poena privationis imminente cuilibet in contrarium facienti, a qua restitui seu liberari non possit, nisi prius solverit duas libras Bonon. utrique nostrae universitati pariter applicandas. Et si propter hoc doctori vel scolari volenti hospitium pro pensione praeterita retinere hospes per se vel alium minas intulerit, postquam de illo per iuramentum doctoris vel scolaris facta fuerit fides rectoribus, denunciare teneantur hospitium per triennium interdictum, nisi hospes, quod dolose vel ob [eam] causam id non fecerit, per testes idoneos faceret plenam fidem. Et si hospes dimittere voluerit hospitium inquilino dicens, se velle illud cum sua familia vel sine in posterum inhabitare, tunc doctor vel scolaris, qui inquilinus fuerit, in virtute praestiti iuramenti et poena librarum duarum Bonon. hospitium et pensionem praecedentis anni in scriptis reducat, quae scriptura ut omnibus pateat in statione bidelli generalis apponatur, ut nec dictus hospes a doctoribus vel scolaribus exigere nec doctor seu scolaris sibi dare ultra pensionem memoratam possit. Quod si dictus hospes eodem anno, secundo vel

---

scolaribus concessis *p. 70 vor. In P fehlt natürlich dieser Hinweis.* — 7. ut] et *B. Correctur aus P.* — 9. *Der Schlusssatz fehlt in P.*

11. *Pad. (IV, 6)* De pensione non augenda nisi propter augmentum vel meliorationem hospitii. *Das ist auch der Inhalt der äusserst kurzen Rubrik. P* De pensione hospitii per scolares non augenda. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 13. *P Incipit wie B, und fährt dann etwas deutlicher als B weiter.* — 15. *Zu* solvere *ergänze* non possit. — 16. poena ... applicandas *fehlt P.* — 23. *Ergänzung aus P.* — 24. *B* noluerit, *was im Zusammenhange irrig; P richtig.* — 26 *Nach* inhabitare *ist der Satz aus P als Erklärung notwendig:* ut in posterum ipsum hospitium maiori pensione possit locare.

tertio hospitium alteri doctori seu scolari locaverit, teneantur rectores sub debito iuramenti dictum hospitium et omnia alia eiusdem hospitis hospicia per quinquennium supponere interdicto. Et doctor actu legens vel scolaris sic scienter recipiens, quod in dubio praesumimus, si infra quindecim dies domum intraverit causa habitandi, vel etiam plus dans, denuncietur periurus et ab omnibus nostrae universitatis commodis alienus, et nihilominus condemnetur poena decem librarum Bonon., imponentes rectoribus poenam periurii et privationis officii, quam vel quas ipso facto incurrant, si requisiti vel eorum alter requisitus a scolari conquerenti statutum istud non servaverint. Nec possint ipse doctor vel scolaris, qui hospicia praedicta intraverint, restitui, nisi prius nostrae universitati libris viginti Bon. persolutis integre. Statuentes, quod notarius nostrae universitatis supradictorum hospiciorum interdictum et etiam tempus interdicti in actis redigere teneatur poena viginti solidorum Bonon. imminente sibi contrarium facienti. Cui notario bidellus generalis etiam post denunciationem factam per scolas teneatur referre tale hospicium interdictum. Et ne locus ignorantiae relinquatur, dictus bidellus singulis annis tali interdicto durante scolaribus publice per scolas denunciet de mense Augusti, ne talia hospitia conducant vel conducta retineant interdicta. Quod si non fecerint, universitati nostrae libras duas Bonon. poenae nomine solvere teneantur. Si vero hospitium per ipsum hospitem fuerit augmentatum vel aliter melioratum seu diminutum, tunc pro ipsa augmentatione et diminutione possit augeri pensio vel diminui, prout rectoribus, qui pro tempore fuerint, visum fuerit esse iustum, dum tamen rectores ultra decimam partem expensarum pensionem augere non possint. Adicientes, quod si hospitium a scolari conductum fuerit, quod reparatione indigeat, sine qua scolaris defectum vel lesionem possit incurrere, etiam post pensionis solutionem teneatur hospes infra quindecim dies, ex quo per scolarem fuerit requisitus, illud facere reparari; quod si recusaverit, inquilinus id facere possit de pensione promissa. Quod si pensio soluta fuisset, et hospes restituere nollet scolari, quod pro expensa necessaria impendisset: licitum sit scolari vel domum retinere in

---

4. quod in dubio . . . habitandi *fehlt P.* — 7. Et nihilominus . . . teneantur (*21*) *fehlt P.* — 11. *B Druck* detraverint. *In Hs. vom J. 1507* (*ebenso in der Copie*) *fehlt* qui *und* intraverint. — 21—26 *ähnlich in Pad.* — 25. *B* augeri. — 26. *Das Folgende in Pad. IV, 7 unter dem Titel:* De expensis fiendis pro refectione hospitii et de factis recuperandis. — 27. sine] in *B. Correctur aus Pad. Padelletti schrieb in P irrig* sive. — 32. *Pad. fährt nach* impendisset (*dort* expendisset) *fort:* per iudicem restituere compellatur et interdicatur hospitium *etc. wie P, wo es heisst:* interdicatur hospitium tale per annum (*soweit Pad.*), et post annum etiam maneat interdictum

anno sequenti pro eadem pensione, qua illo anno retinuit, vel alteri locare. Quod si propter potentiam civis scolaris hoc non posset, teneatur potestas summarie, simpliciter, et de plano et sine strepitu et figura iudicii, cum sibi de hoc constabit, praedicto scolari facere satisfieri, et nihilominus interdicatur hospitium tale per annum et etiam remaneat interdictum, donec ipsi scolari de praedictis expensis fuerit integre satisfactum. Et si inter scolarem et hospitem super pactis inter ipsos initis super constructione vel reparatione hospitii vel aliis fuerit orta contentio, pro et contra scolarem admittatur ad probandum scolaris socius ipsius et alii familiares ipsius, maxime cum per alios saepe id probare non possit.

Quod nullus scolaris debeat hospitium conducere, in quo alter habitet. Rubrica lxvj.

Potentioribus frenum ponendo statuimus, ut nullus nostrae universitatis sub poena praestiti iuramenti et amissionis commodi scolastici et honoris et nihilominus poena supra proximo statuto inserta audeat super conducendis aliorum scolarium hospiciis per se vel per alium affari hospitem vel quemvis alium mediatorem verborum vel litterarum interponere, quamdiu scolaris idemque inquilinus sive habitator unus vel plures hospitium suum voluerit retinere pro ea pensione, quam anno solverat praecedenti, poena supradicta imminente ei qui contrarium fecerit. Nec aliquis universitatis nostrae asserens, habitationem domus gratis sibi

---

donec *etc., wie 349, 5—7, worauf dann P mit* Et si *fortfährt. Pad. schiebt vor* Et si *noch ein Statut ein.* — 7. pactis] poenis *B.*

12. *Pad. (IV, 5) völlig wie B, ähnlich P, Fl. fügt noch* doctor *ein.* — 14. *Überall dasselbe Incipit, und alle fahren ziemlich übereinstimmend weiter.* — *Diese Rubrik enthält wohl eines der ältesten Statuten der Universität Bologna. Es stammt dem Wesen nach vom Cardinallegaten Wilhelm aus dem J. 1176—1177, wie wir aus einer Verordnung Clemens III. erfahren (Decret. 3 De locato et conducto c. 1 ed. Friedberg mit der Ergänzung aus der 2. Compilation). Das obige Incipit hat in den Worten des Papstes seinen Grund:* ne aliqui scolares ... quasi potentiores in expensis apparere volentes *etc. Das Statut kommt deshalb auch in allen älteren Universitätsstatuten vor, ja in jenen Léridas bildet es das einzige über die Hospize, und die Überschrift ist der Titel, unter dem die Verordnung Clemens III. in den Decretalen steht:* De locato et conducto *(bei Villanueva XVI, 231). Erst in Perpignan wurden dann weitere Bestimmungen beigefügt (Hs. fol. xxxb).* — 15. *B Druck* admissionis. — 16. *B* super. — Et nihilominus ... inserta *fehlt überall.* — 18. litterarum] bonorum *B. Correctur aus den dreien.* — interponere] interpositorem *B*, interpositionem *Fl.*, interpretatione *Pad. Correctur aus P.* — 21. poena ... fecerit *fehlt überall. In Pad. fehlt in dieser Rubrik auch alles Übrige, dafür dort noch ein kurzes Statut.*

fore concessam, possit inquilinum habitantem inquilinatus iure privare, poena de qua superius mentio facta fuit contrafacienti imminente. Inquilinus autem a (*p. 47*) festo nativitatis beatae Mariae in antea, quotiens a scolaribus vel ab ipso hospite fuerit requisitus, an pro futuro anno domum suam velit retinere, dicere teneatur, nec super hoc credatur soli hospiti, sed voluntas inquilini, dum eius habetur praesentia vel haberi commode valeat, modis omnibus requiratur. Ut ergo ad omnium perveniat notitiam tenor praesentis statuti, et ut ad respondendum super praemissis deliberationem habitatores habeant planiorem, quolibet anno in scolis per mensem ante tempus responsioni praefixum hoc statutum praecipimus publicari. Et si dictam domum scolarem contingat velle retinere, in statione bidelli generalis scribere vel scribi facere teneatur in die nativitatis beatae Mariae vel sequenti, alioquin, si non reperiatur in statione, iure inquilinatus sit privatus, nisi unicuique ab eo interroganti dixerit, se velle dictam domum pro sequenti anno tenere. Verum quia super iure inquilinatus inter scolares simul commorantes saepius oriri discordia consuevit, idcirco statuimus, quod ille solus in iure inquilinatus aliis praeferatur, qui per se solum [domum] ab hospite conduxerit, alias ad tollendum eorum discordiam sorte dirimatur. Volumus etiam, quod si quis domum conduxerit et in ea non habitaverit, demum elapso anno ius inquilinatus amittat penes inhabitantes remansurum. Item statuimus, quod singulis annis ante festum Virginis gloriosae de mense Augusti rectores cum consiliariis eligant quatuor prosenetas, qui mediatoris exerceant officium in hospitiis conducendis inter hospites et scolares, nisi per seipsos conducerent. Per alios quam praedictos quatuor vel alterum ipsorum hospitia non possint conducere vel videre animo conducendi alia mediatione interveniente, poena quinque librarum Bonon. cuilibet imminente scolari in contrarium facienti, nisi sufficientes super hoc exceptiones allegaret et probaret, quod rectorum arbitrio reservetur. Insuper volumus, quod dicti quatuor proxenetae singulis annis teneantur ipsorum quilibet ydoneos fideiussores de quantitate triginta

1. iure] vice *B*. *Correctur aus P Fl. Die Strafe nicht in P, dafür dort ein grosses Einschiebsel, das überall fehlt.* — 2. *Was von hier bis* requiratur *folgt, in Pad. IV, 3.* — 7. Ut ergo . . . publicari *fehlt P Fl.* — 14. nisi . . . tenere *fehlt P Fl.* — 15. *Von hier an wieder Pad. und zwar IV, 2.* — 19. *Statt des* alias *muss der Satz aus P Fl. Pad. ergänzt werden:* Si autem plures domum conduxerint vel conduci mandaverint, tunc sorte *etc. Nach* alias *steht in B* forte, *was wohl zu streichen ist.* — *Ergänzung aus P Fl. Pad.* — 21. *B* inhabitantem. — 22. *Das Folgende bis zum Schlusse fehlt in P Fl. Pad.* — 23. *Marias Himmelaufnahme, 15. August.* — *Über die proxenetae s. Ulpian in Dig. 50 tit. 14.* — 25. scolares] consulares *im Drucke von B; 1507 richtig.* — 26. *Zu* possint *ergänze* scolares.

quinque librarum Bonon. exhibere rectoribus et iurare in manibus eorum, fideliter et legaliter officium suum exercere, et nullam domum facere conduci ultra pensionem anni praecedentis; quod si fecerint, poenam quinque librarum Bonon. incurrant. Insuper volumus, quod rectores hoc statutum et praecedens sub poena periurii ac etiam supra in eodem statuto saepius repetita in omnibus et per omnia observent et effectualiter faciant observari. Quod autem praedicti quatuor proxenetae eligantur, relinquimus arbitrio rectorum, videlicet quod omnes eligantur, vel unus aut duo, prout melius poterunt. Et ne in futurum dubium oriatur, declaramus, illum, qui habet ius inquilinatus, hoc privilegium habere, quod triennio possit domum pro eadem pensione retinere. Item statuimus, quod si contingat civem vel alium quemcumque cum scolari concurrere in domo conducenda, ipse scolaris aliis omnibus praeferatur.

De privilegiis doctorum in conducendis hospitiis, et ne ipsi vel scolares conducant [hospitia interdicta]. Rubrica lxvij.

Privilegio scolarium in conducendis hospitiis et conductis retinendis gaudeant et utantur omnes doctores utriusque iuris actu legentes, et versa vice teneantur sicut scolares abstinere ab hospitiis interdictis, quae nullus doctor legens vel scolaris conducere valeat. Et si conduxerit, nisi post admonitionem dimiserit, denuncietur periurus et ab omni commodo nostrae universitatis privatus. Et ne locus ignorantiae relinquatur, hospitia taliter interdicta in statione bidelli generalis cum expressione vici et parrochiae et proprii nominis hospitis in charta cunctis visibiliter describantur. Pro hospitio vero privato, cum restituitur, hospes viginti solidos Bonon. universitati nostrae solvere teneatur. Statutum autem hoc huiusmodi imminente conditione [vel] tempore per scolas annis singulis recitetur.

De hospitiis interdicendis propter iniurias et damna personarum vel illata singularibus, et studio suspendendo. Rubrica lxviij.

Quotiens contingerit, quod absit, scolarem aliquem universitatis nostrae diurno tempore occidi vel vulnerari vel percuti, et malefactor captus non fuerit et iusticiario praesentatus, vel vicinia ad maleficium vel

14. *Pad.* (*IV, 10*) *nach* hospitiis: et que conduci non possunt et quid pro restitutione solvatur. *P wie oben. B nach* hospitiis: et an ipsi vel scolares conducant. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 16. *P Pad. beginnen wie B, und fahren durchaus wie B fort.* — 25. *Schlusssatz fehlt in P Pad.*

28. *Pad.* (*IV, 11*) De hospitiis interdicendis propter damna personarum vel rerum illata scolaribus. *P nach* damna: personis vel rebus doctorum vel scolarium illata. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 31. *P Pad. dasselbe Incipit, und fahren, genauer Pad., wie B fort.* — 33. *S. 352, 28.*

evasionem malefactori dederit auxilium, consilium vel favorem: possint et teneantur consiliarii vel maior pars ipsorum pro homicidio interdicere usque ad decem hospitia illius viciniae vel contractae viciniora loco illius maleficii commissi usque ad decem annos. Pro vulnere vero sex, et pro percussione quatuor hospitia interdicere possint usque ad illud tempus, quod duxerint arbitrandum, nisi domini hospitiorum fecerint emendam ad ipsorum rectorum et consiliariorum vel maioris partis ipsorum arbitrium. Item teneantur rectores cum consiliariis universitatis, quando contingit fieri homicidium vel iniuriam scolari vel scolaribus, ascendere palatium et querimoniam potestati exponere, et quantum possint insistere, ut tales vel tales inferentes iniuriam puniantur. Addentes, quod si ad requisitionem rectorum potestas seu quicunque alii officiales in iusticia exhibenda negligentes extiterint, rectores cum consiliariis vel duabus partibus ipsorum tam praesentium quam absentium ad tempus suspendi studium habeant potestatem, non obstantibus statutis vel consuetudinibus quibuscumque in contrarium facientibus. Quod si aliquos doctores vel scolares suspensionem non servare contigerit, eos ipso facto volumus esse periuros et privatos a nostrae universitatis com(*p. 48*)modo et honore, nec restitui possint, nisi prius quinquaginta libris solutis atque utrique universitati pariter applicandis. Ubi autem scolari fieret iniuria corporalis sine sanguinis effusione, ut quia percuteretur vel aliter enormiter duceretur et iniuriose, prout alias de facto vidimus, teneantur rectores ascendere palatium dominorum et potestatis pro vindicta facienda. Et si contingat vindictam negligi, licentiam damus rectoribus etiam cum solis consiliariis, si eis videbitur, suspendere studium, donec de praedicta iniuria fuerit scolari plene satisfactum. Quod intelligimus, si talis iniuria fuerit scolari illata sine sua culpa. Si vero scolari datum fuerit damnum in rebus per furtum, rapinam, vel qualitercunque, et vicinia in eo negligentia, favore vel auxilio reperiatur esse culpabilis, habeant et teneantur ipsi rectores et consiliarii vel ipsorum pars maior liberam potestatem, ut ad ipsorum arbitrium fiat emenda interdicendo hospitia viciniora loco maleficii commissi ad illum numerum et pro eo tempore, quod viderint convenire, proviso, quod dolus semper gravius quam ne-

8. *Von* Item *bis* sua culpa (*27*) *fehlt P Pad. Das Statut bis* potestatem (*15*) *findet sich jedoch in P dem Hauptinhalte nach weit früher, nämlich II, 6* Quando et quibus casibus rector studium possit interdicere. — 17. *B* ipsos eo facto. — 20. *P enthält in genannter Rubrik etwas ähnliches, doch ist dort nur vom rector publice percussus und acriter vulneratus die Rede.* — 22. Duceretur *im Sinne von* tractaretur. — 27. *Von hier an P Pad.* — 28. Vicinia (*s. auch weiter oben*) *ital.* vicinanza, *mittellat. dem entsprechend* vicinantia. *S. Frati, Statuti di Bologna III, 690. Dazu p. 666* convicinia. *Ducange-Henschel VI, 817.* — 33. *Von* proviso *an fehlt in P.*

gligentia puniatur, ut sic ipsi rectores et consiliarii, quibus circa praedicta merum damus arbitrium, habeant potestatem, ut iuris diffinitionem confirment.

De poena hospitum, qui conveniunt doctores vel scolares propter hospitium interdictum. Rubrica lxix.

Quicumque hospes occasione hospitii interdicti doctorem vel aliquem scolarem auctoritate sedis apostolicae vel legati vel alicuius alterius iudicis convenerit, nisi infra octo dies a monitione rectoris vel rectorum ab ea licite destiterit, interdictum, quod primo fuerat temporale, ex tunc sit perpetuum et perenne, nec possit aliquatenus revocari, nisi de universitatis voluntate vel maioris partis ipsius. Et hoc rectores teneantur publicare sub virtute praestiti iuramenti.

De renunciatione iuris inquilinatus et ipsius cessione. Rubrica lxx.

Renunciare non possit scolaris nostrae universitatis ante vel post conductionem hospitii iuri inquilinatus per se vel alium. Quod si quis contra fecerit, ipsius renunciatio habeatur pro non facta, etsi per hospitem per poenae pecuniariae vel iuramenti appositionem seu sub quocunque alio modo ad hoc astringatur. Et si ob hoc dictus hospes dictum scolarem duxerit molestandum, tunc dictum hospitium sit per quinquennium interdictum, et scolaris dicto iuri renuncians pro periuro nullatenus habeatur. Scolaris tamen alii scolari de universitate ius suum cedere possit, cui si non assentiat hospes, poenae contra eum alias statutae vendicent sibi locum. Volumus [tamen], quod in huiuscemodi cessione socii extraneis praeferantur; quod si plures cessiones occurrant, prior cessio obtineat firmitatem. Quod si de prioritate non constat, sorte dirimi volumus, quis prior debeat tunc censeri. Addentes, quod ius inquilinatus alicui extra universitatem cedi non possit; permittimus tamen, quod si scolaris sit solus in domo, vel solus habeat ius inquili-

---

2. *B Druck* differentiam omnem conforment. *Man löste die Abkürzung* diffoem *der Hs. 1507 irrig auf. Pad. wie Hs., und* confirment *statt* conforment *der Hs.*

4. *P ungefähr wie B; die Rubrik fehlt in Fl. Pad.* — 6. *P dasselbe Incipit und fährt wie B fort.* — 7. sedis . . . legati *fehlt P.*

13. *Pad. (IV, 3) wie B, P lässt* et ipsius cessione *weg, in Fl. fehlt die Rubrik.* — 15. *P Pad. beginnen wie B, und fahren übereinstimmend weiter.* — 24. *Ergänzung aus P Pad.* — 27. *Von hier bis zum Schlusse fehlt in P Pad. In Pad. nun die Bestimmung, von der oben Rubr. 66 die Rede war.*

natus, si non reperiat scolarem vel alium gaudentem privilegiis nostrae universitatis domum illam velle habere pro certa pensione, tunc possit alteri extra universitatem locare.

Quod socius recedens ab hospitio dimittat claves et cameram [sociis]. Rubrica lxxj.

Recedens scolaris de hospicio animo non redeundi, soluta prius sua parte totius conductionis temporis pensione, omne ius, quod ratione conductionis sibi competat, amittat, et clavem seu claves ipsius domus, quas habuit, sociis reddere teneatur. Animum vero praefatum hospicium dimittendi recedentem interpretamur habere, cum res suas omnes vel earum maiorem partem ad aliud habitaculum vel alio duxerit transferendum. Clavem autem camerae, nisi extra civitatem Bononiensem peregrinaretur, vel ob aliam causam civitatem exeat, vel aliqua infirmitate urgente etiam in civitate eadem maneat, ultra sex dies nullatenus debeat retinere. Volumus autem, quod quandocunque contingat socium redire in tempore conductionis, et domum seu hospicium non reperit occupatum, quod possit domum seu hospicium libere reintrare.

Quod hospites ante finem anni non possint scolaribus auferre hospicia. Rubrica lxxij.

Statuimus quod hospites seu locatores domorum etiam pro habitatione propria nullo modo ante finem anni scolaribus nostrae universitatis domos locatas auferre possint, nisi eis totius anni restituant pensionem, ut saltim scolares damnum, quod patiuntur, cum provisione hac recompensent. Quod statutum locum non habeat, si fraudulenter hoc hospes

---

3. *In P folgt die überall fehlende Rubrik* Quando propter novam conductionem aut tempestatem cessant conductiones.

4. *P Fl. Pad.* (*IV, 9*) *mit B übereinstimmend. Ergänzung aus den dreien.* — 6. *P Fl. Incipit:* Ordinamus quod scolaris recedens; *Pad.:* Socius recedens, *und fahren dann ziemlich übereinstimmend fort.* — 8. *P Fl. schieben nun bis* Animum *gleichmässig eine andere und viel längere Bestimmung ein. Pad. wie B.* — 11. habitaculum] habitandum *B. Correctur aus P Fl. Pad.* — 12. *Von* Clavem *an fehlt in Pad., dafür dort andere Statuten.* — 15. *Von hier bis zum Schlusse fehlt P Fl.*

18. *Überall ziemlich gleich, Fl. setzt hinzu* et de pensione solvenda. — 20. *P Fl. beginnen* Ne liceat hospitibus. *Pad.* (*IV, 8*) Item volumus quod hospites *etc.* — 24. *Von hier ab fehlt alles in Fl.* — *B* nisi. *Correctur aus P Pad.*

faciat, ut scolares iure inquilinatus priventur, sed tunc locum habeat statutum istud, per quod specialiter provisum est in hoc casu, cui per istud non intendimus derogare.

(*p. 49*) De domibus in quibus habitant scolares non destruendis. Rubrica lxxiij.

Statuimus et ordinamus, quod hospicia et domus, in quibus habitant scolares, non possint per commune Bononiae occasione alicuius maleficii vel delicti vel alicuius rebellionis vel condemnationis vel mulctae factae de domino domus destrui, vel invadi per alium, donec eas habitaverint, sed libere dimittantur eisdem pro toto eo anno, pro quo eas conduxerint solvendo pensionem, si non solverint, quam debebant solvere, communi Bononien., si ius habet commune in dictis hospitiis ratione condemnationis factae de domino hospitii vel aliqua alia ratione, vel solvendo creditori domini hospitii, qui ratione alicuius obligationis domini hospicii ipsum hospicium occuparet vel acquireret aliter de iure. Et finito anno conductionis possit procedi de iure non obstante habitatione scolarium. Item adicimus, quod si contingat dominum domus vel hospicii vendere vel alienare domum vel hospicium, in quo scolaris habitaverit, non possit ipse scolaris vel eius familia quoquomodo de dicta domo vel hospicio expelli nisi finito tempore conductionis. Hoc autem statutum sumptum fuit de camera actorum et volumine statutorum communis Bononien.

Quod rectores cum consiliariis non dispensent super hospiciorum statutis. Rubrica lxxiiij.

Statuta super hospiciis conducendis edita inviolabiliter ab omnibus serventur, nec rectores etiam cum consiliariis super his cum aliquo valeant dispensare, immo illum qui contrafecerit teneantur rectores sic punire in publico sub debito iuramenti, quod poena unius aliis transeat in exemplum.

---

3. *P fährt noch weiter fort, Pad. nur mehr eine Bestimmung.*

4. *Diese Rubrik fehlt überall. Sie enthält nicht ein Statut der Universität, sondern ist wörtliche Wiedergabe eines Statutes der Commune, das noch einmal im 4. Buche p. 68 zum grossen Theile steht.* — 13—14 *im städt. Statute p. 68 verschieden.* — 17. *Was folgt steht im angezogenen Statute nicht.*

23. *P Pad. (IV, 12) wie B (dort, auch 1507, irrig* doctores *statt* rectores). *In Fl. fehlt die Rubrik, dort statt ihrer:* De pensione solvenda per scolares vel alios, de quibus iam supra dictum est, *die auch im Inhaltsverzeichniss von P angeführt ist, aber im Texte fehlt.* — 25. *Pad. beginnt wie B. P* Praecipimus super hospiciis conducendis edita statuta. — 29. *P enthält noch eine Additio.*

Incipit liber tertius.

De arca et sigillo universitatis, et iuramento scolarium ipsorum concernente utilitatem. Rubrica lxxv.

Arca universitatis in fratrum Praedicatorum sacristia servetur, in qua etiam sigillum stet universitatis, de quo sigillo nulla charta vel litera sigilletur, nisi praescitum fuerit a rectoribus et sociis rectorum et illo consiliario, quem continget pro tempore tenere clavem tertiam secundum formam huius statuti, et coram eis lectum, quod in charta contineatur vel litera et approbatum per ipsos, et tunc, cum per eos deliberatum fuerit de litera vel charta sigillanda, omnes praedicti interesse debeant sigillationi, nec absque praedicta forma sigillum possit appendi, nec alii ipsorum loco substitui valeant etiam per rectorem. Sigillationis autem tempore revideant literam, an sit sub illa forma. Literae tamen testimoniales non concedantur, nisi scolari matriculato, vel alio, qui iam fuerit de corpore universitatis nostrae, nec inserantur in eis, nisi vera. Iubentes, ne vigore alicuius arbitrii rectori vel alii concessi vel concedendi possint literae sigillari praeter formam praedictam, nisi in arbitrio illo de sigillando mentio facta fuerit et id obtentum fuerit cum solemnitate statuti loquentis De gratiis fiendis contra statuta. Verum

1. Incipit *fehlt B Druck.* — 2. *P nur den ersten Theil. Fl.* De arca, sigillo et pennonibus tubarum universitatis. *Beide als 1. Rubrik des 3. Buches. Pad.* (*III, 2*) De capsa universitatis et quid in ea locari debeat. *Dies ist auch das Richtige. In B stand einst, wie zu den zwei früheren Büchern, ein Haupttitel. Obige Überschrift ist nur ein Überbleibsel desselben, das aber als Rubrikentitel benützt wurde, jedoch mit Unrecht, denn erst die nächste Rubrik handelt* De iuramento scolarium. — 4. *P wie B, im Verlaufe aber manches verändert. Pad.* universitatem nostram habere volumus capsam unam. *Fl.* Fiat arca seu capsa. *P zieht die Sätze bis* sigillationi (*11*) *sehr zusammen, Fl. weicht aber fast durchweg ab, Pad. enthält III, 3 die Rubrik* De sigillo universitatis, quale sit et quid sigillari cum eo debeat, *worin ungefähr das Statut* 5 *bis* 10. *In der letzten* (*37.*) *Rubrik des 4. Buches von Pad. sagt der Rector Heinrich Murmester,* 'statutum de capsa universitatis totum fere a nobis ordinatum cum duobus statutis sequentibus (De sigillo *und* De baculo), licet in eis quedam ex veteribus statutis contineantur'. — *Die arca nationis germanicae wurde für gewöhnlich in ecclesia S. Fridiani aufbewahrt,* 'tempore pestis aut guerrarum' *aber wurde auch sie* 'ad monasterium s. Dominici' *oder an einen andern Ort gebracht. Acta nationis germanicae* (*Aushängebogen*) *9, 34.* — 6. praescitum] praestitum *B.* — 8. *Zu* lectum *wie zum folgenden* approbatum *ergänze* fuerit *von oben.* — 11. *Von hier fehlt überall.* — 19. *Oben Rubr. 20, und die Bemerkung dazu am Schlusse.* — *Was von hier folgt ist sicher neu. Früher war eine Taxe vorgeschrieben, wie noch aus P Fl. Pad. und aus dem Wortlaute dieses Statuts hervorgeht.*

quia per universitatem nostram legitime reformatum cognovimus fuisse propter scandala, pericula et scismata, quae parabantur in corpore universitatis occasione emolimentorum sigilli ex statuto ab olim obvenientium utrique universitati pariter applicandorum, idcirco repetendo statuimus et firmamus ac approbamus, quod de cetero nullus scolaris de corpore nostrae universitatis vel alius eius nomine recipiens literas baccalariatus, licenciaturae publicae vel privatae alteriusve modi secundum formam nostrorum statutorum fiendas debeat vel possit compelli pro earum sigillatione aliquid solvere vel promittere, immo rectores et illi, qui secundum formam praesentis statuti sigillationi et literarum correctioni interesse debent, diligenter se interponant, ut qui literas procurat habere secundum modum praefatum, aliquorum subtili vel callido ingenio non impediatur, poena periurii cuilibet praedictorum, qui contra hoc statutum venerit, ipso facto imminente, et nihilominus poenam decem librarum Bononien. utrique universitati pariter applicandam incurrat, non obstantibus aliquibus statutis aliis etiam derogatoriis, quae huic statuto quantum ad solutionem contraria viderentur. Habeat etiam dicta arca tres claves, et unusquisque rector habeat suam, tertiam habeat unus consiliarius ultramontanus per sex menses, cui consiliarii ultramontani seu eorum maior pars concedere voluerit, et per alios sex menses habeat unus de consiliariis citramontanis, quem consiliarii citramontani seu eorum maior pars duxerit eligendum. Demum recipiant vicissim, ut supra praemissum est. Clavis vero capsoni intus dictam capsam situati sit et esse debeat penes sindicum nostrae universitatis, qui una cum eis interesse debeat in praedictis et quolibet praedictorum. In quo quidem capsono volumus sigillum universitatis conservari, nec penes aliquam personam, sive rectorem, sive quencunque alium, remanere [possit] poena periurii contrafacienti immi-

17. *Von den drei Claves auch in Pad. (III, 2), in P Fl. zwei, doch mit vielfach verschiedenen Bestimmungen. — 23. Alles was bis zum Schlusse folgt, fehlt P Fl. und theilweise Pad.; in ihnen wird ausser anderm übereinstimmend befohlen, dass ein volumen statutorum in der arca aufbewahrt werde. So war es einst wohl auch in Bologna. Seit 1432 oder schon früher galten daselbst hinsichtlich des Aufbewahrungsortes der Statuten andere Bestimmungen. S. unten Rubr. 103. P Fl. sagen aber auch noch:* (sint in dicta arca) ac etiam omnes questiones disputate et repetitiones bidello generali per doctores tradite. Item secundum exemplar punctorum. *Dies ist wohl nur A entnommen. Hinsichtlich der Quaestiones disputatae vgl. die Bestimmungen darüber oben Rubr. 19; wegen des exemplar punctorum unten Rubr. 101. Nebenbei bemerke ich, dass den Statuten der natio germanica aus dem Ende des 15. Jhs. zufolge deren Statutorum liber ei matricula penes procuratores, also ebenfalls nicht in der capsa nationis germ. waren. Acta nat. germ. 9, 29. — In Fl. folgen die Bestimmungen über die* pennones universitatis, *die in P II, 8 vorkommen.*

nente. Necnon conservari debeant omnia privilegia nostrae universitatis, quae extrahi non debeant nec penes aliquem dimitti, nisi si et in quantum necessitas exegerit, quo casu in eorum repositione volumus sindicum esse sollicitum. Supplicatoriae autem vel recommendatoriae literae papae, imperatori vel regibus nulli concedi per nostram universita(*p. 50*)tem possint, nisi doctori vel licentiato, aut qui alias rector vel statutarius nostrae universitatis fuerit, poena periurii rectori, consiliariis et aliis debentibus interesse contrarium facientibus imminente.

De iuramento scolarium et Bononiensium. Rubrica lxxvj.

Advenae sive forenses scolares in iure Bononiae iurent singulis annis et singulis suis rectoribus, quod eis obedient in licitis et honestis, et quod ad illorum vocationes venient et universitatis statuta facta et fienda servabunt. Et habeat quilibet rector matriculam, in qua iuratorum nomina describantur. Nec per hoc ordinationi seu statuto de matricula per notarium nostrae universitatis describenda et habenda in aliquo volumus derogari, prout supra in titulo De massariis est statutum, poenam quinque librarum Bononien. rectori hoc non facienti imponentes. Nullus autem Bononiensis vel diocesanus in hac matricula aut alia notarii describatur. Hoc autem iuramentum non possint rectores scolaribus dimittere vel differre ultra quindecim dies numerandos a tempore citationis peremptorie factae de natione illa, de qua scolaris existit. A praedicto autem iuramento nullus immunitatem petere possit, immo antiquo statuto universitas sibi in hoc frenum possit imponere et potestatem auferre, nec dispensare possit, nec hoc statutum immutare, nisi forsitan circa legitimos regis filios sive eorum fratres. Reliquos omnes, qui iurare contempserint, per scolas omnes nunciari

1. *Nach* debeant *ergänze* in arca. *Dass die* privilegia universitatis *in der arca sein mussten, auch Pad. Vgl. dazu noch Rubr. 11.*

9. *P Fl.* De iuramento scolarium rectori per eos praestando, *P dabei* et infra quod tempus. *Pad.* (*I, 26*) De iuramento scolarium et eius forma. — 10. *P Fl. Incipit* Praesenti statuto. *Pad.* Forma secundum quam scolares. *Bis 13 alle ziemlich übereinstimmend.* — 13. *Von hier an Pad. verschieden. P Fl. enthalten das Statut über die Matrikel (bis 14), fahren aber dann in anderer Weise, P sehr ausführlich, fort.* — 16. *Oben Rubr. 18. Vgl. jedoch ibid. die Anm. Das Statut, dass der Notar, wie es dort in B heisst, zwei Matrikeln haben müsse, kommt eben nur in B vor. In den ältern Bologneser Statuten und Fl. P war nur von der Matrikel des Rectors die Rede.* — 19. *Hier setzen wieder P Fl. ein, theilweise auch Pad.* — 22. *Von hier an fehlt wieder P Fl., steht aber in Pad, wodurch der obige dunkel stilisierte Satz deutlich wird:* immo universitas voluit in hoc ipsi rectori frenum imponere vel potestatem auferre, ne dispensare possit vel hoc statutum immutare, nisi forsan circa legitimos regum filios sive fratres. — 26. *Ein ähnlicher Paragraph auch in P Fl.*

iubemus ab universitatis commodis alienos. Statuentes etiam, quod quilibet intrans scolas, etiam si Bononiae existat, debeat iurare (et hoc rectores teneantur facere), quod nunquam erunt contra universitatem verbo vel facto, et quod scolares honorifice et benigne in quocunque loco tractabunt, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur, et bonum statum universitatis per se et suos procurabunt et facient hic et ubique. Nolumus tamen quod propter hoc in nostris congregationibus, in quibus aliquod negocium nostrae universitatis tractatur, intersint vel voces habeant in eisdem. De hoc autem iuramento a Bononiensibus scolaribus praestito volumus notarium nostrae universitatis librum habere seu matriculam specialem, in quo iuratorum Bononiensium ad perpetuam rei memoriam nomina describantur. Rectorem a poena periurii eximimus, si a Bononiensibus singulariter hoc iuramentum non exhibeatur, nec facere possit exhiberi vel praestari.

De periurio evadendo propter ignorantiam vel solutionem quinque solidorum. Rubrica lxxvij.

Animarum periculis occurrere salubriter affectantes statuimus, quod licet statuta universitatis pluries fuerint publicata, illa tamen per

1. *Diese Statuten fehlen überall.* — 2. hoc *d. i.* iurare. — 8. *Zu* intersint *ergänze* Bononienses. — 13. *Hier finden wir eine Nachwirkung der älteren Statuten, in denen von einem juramentum der Bononienses noch keine Rede war. Oben Rubr. 10 (265, 26) werden die Bononienses getrennt und gegenüber von den iurati universitatis erwähnt, und B lässt den Passus natürlich aus, weil er später keinen Sinn hatte. Deshalb waren die Bononienses früher doch der jurisdictio rectoris unterworfen, gerade wie in Lérida (s. weiter unten). P enthält für obiges die ältere Fassung, nur vom iuramentum der advenae oder scolares forenses wird gesprochen, nicht mit einer Silbe von dem der Perusini oder comitatenses. Hinsichtlich dieser heisst es:* Nullus autem Perusinus vel comitatensis in illa matricula describatur (*s. oben 358, 16*), nec de universitatis corpore censeatur, etiamsi descriptus inveniretur ibidem. *Ähnlich auch III, 51. Das stimmt zum Statute Léridas aus dem J. 1300, das wie jenes von P auf Bologna zurückgeht:* Quamvis scolares cives civitatis istius ... non sint de stricto corpore universitatis studii nostri ... debent tamen subesse rectoris iudicio et universitatis statuta servare. *Bei Villanueva XVI, 226. Im Zusammenhange damit heisst es p. 229:* Cum te dicas civem Ilerdae, iurare non cogeris universitatis statuta, licet dum in hoc studio fueris, ad eorum observantiam tenearis. *In Perpignan, deren Universitätsstatuten jene von Lérida zur Grundlage haben, wurden diese Bestimmungen ebenso cassiert, wie die älteren Bologneser Verordnungen von den späteren Statutarii Bolognas und Paduas. Darüber nächstens.*

15. *P nach* solutionem: viginti vel quinque. *Pad. (I, 31)* De periurio evitando per solutionem decem solidorum per ignoranciam. *In Fl. fehlt die Rubrik.* — 17. *Incipit überall dasselbe. B Pad.* succurrere. *Correctur aus P.*

oblivionem vel ignorantiam non servantes in foro conscientiae reatum periurii non incurrant. Declarantes, per iuramentum non astringi scolares ad statuta servanda, quae per universitatem revocari forma debita contingeret. Adicientes, quod praecepta, quae deinceps rectores universitatis nostrae facient super generalibus scolarium convocationibus, quae occasione statutorum poenam periurii videbantur infligere, intelligantur et esse debeant suspensiva seu conditionalia quoad poenam, ut videlicet hi, qui convocationibus ipsis non interfuerint, ut mandatur, poenam periurii evadant, et infra octo dies a tempore suae vocationis proxime numerandos quinque solidos Bonon. solvere teneantur, quorum medietas applicetur universitati, de qua fuerit, reliqua rectori suo poenam periurii incursuro ipso facto, si infra dictum tempus dictam poenam effectualiter non exigerit. Et praedicta extendimus ad doctores vocatos, aliis statutis de doctoribus et scolaribus loquentibus in suo robore manentibus. Adicientes, quod notarius singulis annis infra quindecim dies post principium studii per scolas omnes hoc statutum debeat publicare poenatrium librarum ei, si hoc omiserit, imminente.

[De sedibus consiliariorum in congregatione universitatis. Rubrica lxxviij.

Bases universitatis nostre, scilicet consiliarios, cum universitas congregatur ad aliquid ordinandum vel rectorem eligendum, sive sit comunis sive sit singularis, volumus astare rectoribus. Quare iubemus, quod in bancis, que sedi rectorum assistunt, soli dicti consiliarii sedeant, nec

---

1. *Pad. bringt alles bis 4 nach den andern Statuten. P wie B.* — 4. *P etwas reichhaltiger.* — 10. quorum *bis zum Schlusse fehlt in Pad., in P stehen andere Bestimmungen, und am Ende das Statut von der Publicatio* (in principio studii). *Wegen der 15 Tage s. oben zu Rubr. 48. Dass dieses Statut ebenfalls* infra punctum *publiciert werden musste, ergibt sich aus P, wo steht, dass es zugleich mit jenem* De iuramento doctorum in principio studii *etc. bekannt gemacht werden soll. Allein dies geschah* infra primum punctum. *S. zu Rubr. 42, wo auch P wie A.*

18. *Obige Rubrik fehlt in B; sie stand aber im J. 1317 resp. 1347 sicher an diesem Orte, wie in P und Fl., sie wurde in B später mit Rubr. 15* De iuramento consiliariorum *verbunden, wo diesem Titel* et eorum sedibus *beigesetzt wurde (s. oben zu Rubr. 15). Auch in Pad. ist die Rubrik für sich (I, 47). In Fl. ist uns das alte Incipit, dessen erster Buchstabe zum Anfangsbuchstaben der vorhergehenden und nachfolgenden Rubrik stimmt, erhalten.* — 20. *Incipit bis* dum *aus Fl., das übrige bis* singularis *aus B in der genannten Rubrik (p. 13). Überall jedoch ähnlich, aber kürzer.* — 22. *Die Stilisierung* Quare iubemus, *aus P Fl. Pad., Fortsetzung aus B, die aber überall ziemlich gleich ist.*

alii sedere debeant sub poena decem solidorum Bonon., exceptis his, quos rectores vocarent, poena periurii imminente rectoribus, qui statutum istud non fecerint servari nec servaverint.]

De scolaribus unius universitatis non recipiendis in aliam et quod respiciatur origo. Rubrica lxxix.

Bilingues detestantur. Proverbium Salomonis. Quare ultramontanum in universitate citramontanorum et e converso recipi prohibemus. Sed rector, qui non suae universitatis scolarem recipit, teneatur illum quam cito hoc sciverit ad alterius universitatis rectorem remittere et integre restituere, si quid ab illo receperit. Statuentes, quod quando dubitatur, de qua universitate vel natione scolaris existat, non respiciatur in hoc domicilium, sed origo propria et non paterna. De qua origine, si per legitimam probationem constare non possit, stari volumus iuramento scolaris ipsius, in quo exprimat originis suae locum, et de qua diocesi locus ille existat, ad quod iuramentum praestandum rector suus ex suo officio illum compellat. Qui si iurare noluerit, de qua origine, natione sive diocesi sit, ex nunc non admittatur in ipsa nec in aliqua alia natione. Addentes, quod scolaris ultramontanus, qui per suam universitatem, vel citramontanus privatus fuerit per aliam universitatem, recipi non valeat vel teneri, poena periurii et quinque librarum Bonon. contrafacienti vel permittenti ipso facto imminente.

(*p. 51*) De modo partiti ponendi in universitate. Rubrica lxxx.

Bene convenit modum dare, per quem discerni possit, quid in universitate firmatur. Quare statuimus, quod quodlibet partitum ponen-

1. *Fl.* doctoribus et antiquis rectoribus vel aliis quos sibi rector vocaverit . . . exceptis. *Pad. P nichts von den doctores.* — 3. *P enthält nun noch Bestimmungen* de armis ad universitatem non portandis, *worauf in B die 81. Rubrik.*

4. *Diese Rubrik fehlt überall; in Pad (I, 34) wird nur in der Rubrik* De immatriculandis scolaribus . . . et de origine scolarium *darüber kurz gesprochen.* — 6. *Prov. 8, 13:* Os bilingue detestor. *Oben wird das Deponens mit passiver Bedeutung gebraucht* — 11. *In Pad.* . . . tunc is, qui inscribi vult, propriam originem suam et presens domicilium, non autem originem paternam sequatur. — 21. *P Fl. setzen hinzu:* et qui dicantur esse universitatis. *Pad. (I, 41) bloss* De modo partiti. Partitum, *worauf in den älteren Statuten wiederholt hingewiesen wird, findet in Almi collegii s. theol. doctorum Bononiae Constitutiones (Bononiae 1726) p. 22 folgende Erklärung:* Barbara Partiti vox, usu tamen seu abusu communi recepta, significat illam secretorum suffragiorum decisionem, qua res petitae sive propositae declarantur seu receptae et volitae a vota ponentibus, seu reiectae et reprobatae.

23. *P Fl. Incipit wie B. P fährt aber verschieden von B weiter. Pad. fast*

dum tam in universitate quam inter consiliarios, sive leve sive magnum sit partitum ipsum, fiat ad fabas albas et nigras hoc modo, videlicet, ut, cui placet quod proponitur, ponat in pixide fabam albam, nolens autem illud, ponat fabam nigram. Iubentes, quod quilibet de universitate sub debito iuramenti illud partitum eligat, quod secundum suam conscientiam universitati expedire vel congruere credit. Et nullus praeterquam unam fabam det in uno partito sub poena periurii, rectoribus exceptis, qui in quibuscunque actibus universitatis possint duas fabas vel duas cedulas tantum dare. Quando vero fiet partitum ad fabas, bidellus vel notarius dabit cuilibet scolari duas fabas, unam scilicet nigram, aliam vero albam. Postea alter ipsorum recipiat a scolaribus et portabit unam pixidem, in qua eas ponere debeat. Si vero bidellus vel notarius essent in facto suspecti, per duos fratres ordinis Praedicatorum, quos prior vel subprior vel sacristanus ad illum actum duxerint deputandos, recipiantur. Qui si non possint haberi, duo scolares, unus ultramontanus et alter citramontanus, per rectores et consiliarios assumantur, qui iurent fideliter hoc officium exercere. Qui fratres vel scolares fabas hoc modo recipiant, scilicet fabam ab uno unam solum in manu, quam per se non visam ponant in pixide, et si unus plus quam unam fabam daret, proiiciant illas in publico. Et pro illa vice fabam dare non possit. Illis ab omnibus collectis ipsi iidem collectas coram rectore enumerent fabas illas, et tunc demum intelligatur, quod propositum est, fore firmatum, quando numerus fabarum sive cedularum ad illam partem accedit. Addentes, quod quodlibet partitum de per se et singulariter poni debeat, et quamplures postae seu quamplura facta sub uno partito poni non possint neque debeant. Quod si aliter vel alio modo factum fuerit, sit nullum ipso iure. Et rectores et consiliarii transire permittentes seu aliqua in universitate proponi, per quod derogari posset huic statuto qualitercunque, periurii reatum incurrant et poenam quinque librarum Bonon., notarius vero scribens illud, ultra periurium pro vice qualibet tres libras de salario suo perdat. Addentes, quod post collectas fabas vel cedulas nullus audeat vel praesumat ire vel appropinquare se ad locum, ubi fabae vel cedulae ponuntur vel ad illum locum fabas proiicere, sicut

---

völlig divergierend. Fl. hält sich mehr zu B. — 2. *Von hier nach weiten Ausführungen auch P.* — 7. rectoribus ... albam (*11*) *fehlt P Fl. Dass auch in Pad. der Rector zwei Stimmen hatte, wurde bereits oben zu Rubr. 14 erwähnt.* — 11. *Von hier an ungefähr wieder P Fl.* — 15. *In P Fl. ist nur von Scholaren und zwar von einem die Rede. Auch fehlt daselbst der Satz von den duo fratres Praedicatorum.* — 17. *P Fl. hier verschieden, unter sich übereinstimmend.* — 21. *B Druck* ipsi iisdem collectis. — *Wie B ungefähr auch P Fl. bis* accedit, *dann weichen sie ab; P Fl. lange Ausführung, wer zur Universität gehöre, Fl. aber schliesst.*

a multis saepe fieri visum est, et minus sapienter, immo omnes sedeant in bancis et locis ubi debent, poena periurii et viginti solidorum Bonon. contrafacienti cuilibet imminente, et eisdem poenis rectoribus imminentibus, qui a talibus contra facientibus praedictam poenam non duxerint exigendam.

De armis ad universitatem non ferendis. Rubrica lxxxj.

Calamitatibus scolarium providere volentes statuimus, quod dum universitas congregatur ad aliquod ordinandum vel rectorem eligendum sive sit universitas vel singularis, nullus arma deferat. Habentes autem iustam causam deferendi arma ad talem universitatem venire non tenentur, dummodo rectori, qui pro tempore fuerit, de causa illa fidem faciant saltim per proprium iuramentum, qua causa cessante quantum ad ipsos cesset huiusmodi constitutum. Si vero congregatur universitas utraque ad exequias vel ex altera causa propter festa vel processionem aliquam faciendam vel his simile, locum non habeat hoc statutum. Addentes, quod si quis temerarie contra hoc statutum in universitatis congregatione arma portaverit, ipso iure sit privatus omni nostrae universitatis commodo et honore, quem sic privatum rectores infra triduum, postquam eis de hoc constiterit, sub poena periurii per scolas omnes faciant publicari.

De exequiis et suffragiis mortuorum. Rubrica lxxxij.

Corpora defunctorum doctorum et scolarium honorare et animabus suffragium afferre volentes statuimus, quod omnes doctores legentes et scolares teneantur venire ad exequias doctoris vel scolaris mortui sub poena periurii, nec possit nisi ex causa iusta doctor vel scolaris absolvi. Et bidellus generalis, cum pronunciat exequias, domum mortui exprimat et ipsius viciniam, contractam sive parrochiam. Bidellis autem, qui sub poena quinque solidorum Bonon. venire tenentur, in funeribus

---

6. *Pad.* (*I, 32*) *ebenso. In P ist die Rubrik mit der* De sedibus consiliariorum (*III, 4*) *verbunden, in Fl. fehlt sie.* — 7. *Pad. anderes Incipit, P* Adicientes. *Sie enthalten aber obige Bestimmungen, Pad. reichlicher.* — 13. *Von hier an fehlt P.* — 15. *Was folgt fehlt Pad.*

21. *Pad.* (*II, 43*) *ebenso. P Fl.* De exequiis doctorum et scolarium mortuorum et suffragiis pro eis fiendis. *In B* obsequiis *statt* exequiis. *In diesem Sinne wird auch in A 'obsequia' gebraucht. S. Rubr. 19. 25. Dass oben* exequia *gehört ergibt sich aus Rubr. 95 und den Reformationes p. 84.* — 22. *Überall dasselbe Incipit und alle fahren mehr oder weniger übereinstimmend weiter.* — 27. *Von hier bis 364, 28 fehlt in P Fl.* Contracta, contrada, *ital. Strasse.* — *In Pad. fehlt* Bidellis . . . reprobando.

nihil detur, contrariam consuetudinem reprobando. Generales autem bidelli et speciales doctoris illius scolaris defuncti specialiter interesse teneantur, quibus, si laboraverint, pro labore valeat provideri. Qui autem exigerit aliquid contra istud statutum, puniatur in duplum eius quod exigerit vel petiit. Verum quia plerumque contingit scolares vel alios non reperiri, qui defuncti corpus deferre velint, statuimus, quod tunc et eo casu omnes bidelli tam generales quam particulares quicumque (tamen illis exceptis, qui ratione aetatis vel defectus personae forent inhabiles ad portandum id corpus) portare omnimode teneantur sub poena periurii et privationis sui officii cuilibet contra facienti. Quibus tamen portantibus et non aliis dari volumus sex candelas pro quolibet praemium sui laboris. Volumus (*p. 52*) etiam, quod in singulis scolarium funeribus istae religiones universitatem et funus honorent et associent in hunc modum, scilicet cum funere de domo sumendo usque ad locum sepulturae incedant quadraginta fratres Praedicatorum, triginta Minorum, Heremitarum viginti, et decem ordinis Servorum et totidem Carmelitarum. Et teneantur ad praedicta venire reverendus pater dominus Abbas sancti Proculi cum monachis suis et in pontificalibus officium mortuorum celebrare supra corpus doctoris vel scolaris defuncti. Quod si requisiti per bidellum generalem vel socios scolaris defuncti non fecerint, exceptis Praedicatoribus, quibus ex pacto fit festum sancti Dominici propter domum per ipsos universitati concessam, ipsis non parentibus festum cum cereis illo anno non fiat, nec etiam Praedicatoribus requisitis non mittentibus quadraginta fratres fiat festum illo anno sancti Thomae, cum sub hac conditione fuit eis id festum ab universitate concessum, nec ad aliud festum possint rectores universitates convocare sub poena quinque librarum Bonon. per sindicos auferenda. Addentes, quod singulis annis in feria secunda septimanae sanctae vel passionis domini rectores universitatem convocent, et ipsa universitas una cum ipsis rectoribus in ecclesia Praedicatorum conveniat, et ibi missa celebretur conventualis pro animabus omnium scolarium ibi vel alibi Bononiae sepultorum, qua missa finita processionaliter fratres vadant et universitas illos sequatur ad cimiterium generale scolarium, et offerantur fratribus cerei extimationis quinque librarum Bonon. vel id circa; et dentur sacristae ultra id solidi quadraginta Bonon. vel id circa, de quibus candelam decentem cuique fratri ipse sacrista ministret, quando

---

3. *Von hier bis 364, 28 fehlt Pad.* — 21. pacto] praeterito *B Druck. Die Abkürzung der Hs. irrig aufgelöst.* — 28. *Hier setzen die drei wieder ein, und ändern das Folgende nach den localen Verhältnissen. Pad. hält sich mehr zu B, P Fl. stimmen unter sich überein. Der defecte Text in Fl. muss nach P corrigiert werden.* — 35. *B setzt* vel id circa *nach* sacristae.

ipsi missa completa incipiunt processionem. Doctores autem legentes, si per bidellum scolarium fuerint requisiti, exequiis praedictae missae debeant interesse sub poena decem solidorum Bonon., nisi iustam excusationem habuerint, quae infra decem dies exigatur ab eis.

De compaternitate et commodatione. Rubrica lxxxiij.

Compaternitatem cum bononiensi cive vel diocesano nullus scolaris contrahat, nisi prius petita licentia et obtenta a rectore suo, quam rector non praestet sine iusta causa et se in exhibitione difficilem reddat; et si rector vellet contrahere compaternitatem, alter rector concedat licentiam, domino Johanne Andreae et ipsius liberis descendentibus utriusque sexus exemptis. Nec librum aliquem alicui praedictorum ad pignorandum concedat ultra periurium quinque librarum Bonon. in his praedictis poenam addentes. Quod statutum de libris non commodandis Bononiensibus ad forenses scolares extendimus, nisi essent commodantium consanguinei vel affines.

De poena advocantium [contra scholarem]. Rubrica lxxxiiij.

Contra scolarem pro non scolare doctor, scolaris, seu advocatus, vel sindicus nostrae universitatis, vel quicunque alius, sive procurator, sive advocatus, advocans ipso facto sit privatus omni commodo et honore nostrae universitatis cum omnibus suis ascendentibus et descendentibus et transversalibus ex masculina usque in infinitum. Et sic privatum publice nunciari faciant rectores ad petitionem scolaris, contra quem procuratum, advocatum vel consultum fuerit ope, verbo vel in scriptis. Et talis privatus nullatenus restitui possit, nisi scolari laeso satisfecerit integraliter, et nisi talis restitutio procedat de voluntate ipsius scolaris offensi et totius universitatis. Quod intelligi volumus in quacumque

---

1. *Was folgt fehlt in Pad., steht aber in P Fl., jedoch ziemlich verändert.*

5. *Dieses so vernünftige Statut fehlt in P Fl. Pad., was um so mehr zu verwundern ist, als ein ähnliches De compaternitate auch in den Statuten von Toulouse (Hist. de Languedoc ed. Privat VII, Notes p. 498 Rubr. 26; p. 538 Rubr. 5) und Montpellier (Rubr. 8) sich findet. Zur Erhaltung des Corpsgeistes und der Disciplin unter den Scholaren war das Statut ausgezeichnet.* — 10. Johanne] Janne *B.* — 11. *Zu* praedictorum *ergänze* Bononiensium *und* rector *zu* concedat.

16. *Ergänzung aus P Fl. Pad. (IV, 14) und dem Index von B.* — 17. *Überall dasselbe Incipit.* — 19. *Alle drei nach* privatus: donec laeso satisfaciat (*Pad.* satisfecerit) competenter, *und es fehlt dann alles bis 26. In Fl. hat Gherardi zu* patrocinium *irrig* iniens *statt* prestans *ergänzt. Vgl. P.* — 26. *Von hier an alle drei ziemlich übereinstimmend mit B.*

causa, quae aliquem scolarem de corpore universitatis contingat directe vel indirecte, nisi supradicti suam vel suorum iniuriam prosequantur, vel nisi dominus pro sua familia, prius praestito iuramento, quod ipsum familiarem in fraudem praesentis statuti in sui servitium non recepit vel duxerit postulandum, vel etiam [nisi] in huiusmodi patrocinium aequitate suadente rector contra scolares, dum in suo auditorio litigant, duxerit admittendum, quod tunc ipsius rectoris arbitrio et maioris partis consiliariorum committatur, cum forte inops vel alia persona miserabilis coram ipso suam iustitiam prosequatur. Ob praedictam causam autem praedicti restitui non possint, nisi prius per eosdem de libris viginti Bononien. nostrae universitati fuerit satisfactum.

De vestibus scolarium. Rubrica lxxxv.

Damnosis scolarium sumptibus providere cupientes statuimus, quod nullus scolaris in civitate Bononiae vel eius districtu emat per se vel per alium pannum alium, quam pannum qui vulgariter vocatur pannus de statuto vel de panno coloris nigri, quem pannum pro habitu superiori, cappa, tabardo vel gabano vel consimili veste consueta pro tunc, longiore veste inferiori et clausa a lateribus ac etiam fibulata seu maspillata anterius circa collum, portare teneantur intra civitatem sub poena trium librarum Bonon. rectori effectualiter exigenda, excepto panno pro caligis, caputiis et tunicis; salvo etiam, si scolarem in conventu associando conventatum vel conventandum intra civitatem vel extra contingeret equitare, et si pedes extra civitatem ire voluerit. (*p. 53*) Pro familiari etiam cuicunque vestes emere ad votum liceat. Huic tamen statuto monachos vel regulares, etiam canonicos, nolumus subiacere. Mandantes rectoribus sub pena quinque librarum Bonon., quam ipso facto incurrant, quatenus statutum istud faciant servari. Quod statutum singulis annis infra octo dies a principio studii praecipimus publicari per scolas.

---

1. contingat = tangeret *in P Fl.* — 5. *Ergänzung aus den übrigen.* — 6. *Überall* scolarem, *und dann in Fl.* litigat (*Pad.* litigatur), *was vorzuziehen.*

12. *In Fl. ist dies die letzte* (*108.*) *Rubrik, in P und Pad. fehlt sie, im Drucke* (*IV, 32*) *ist sie neu.* — *Fl. setzt hinzu* et eorum nomine. — 13. *Fl. beginnt:* Volentes, quod scolares, *und fährt verschieden von B weiter.* — 15. *Fl.* de una cappa vel gabano vel statuta. *Ebenso später* hoc est cappam sive statutam. — 16. *D. h. das Oberkleid, d. i. die Kappe etc., muss aus jenem Tuche sein.* — 25. *B Druck irrig* volumus. *Hinsichtlich der studierenden Religiosen konnte nur bestimmt werden, dass sie nie sine cappa clausa durch die Stadt gehen, wie dies betreffs der Doctoren thatsächlich in den Statuten von Montpellier Rubr. 4 der Fall ist. Bei den Dominicanern ist dies alte Gewohnheit.*

De ludo taxillorum. Rubrica lxxxvj.

Dispendiis ex taxillorum ludo provenientibus occurrendo statuimus, quod nullus scolaris ad taxillorum ludum cum aliquo Bononiensi vel alio quocunque ludere praesumat, vel ubi talis ludus taxillorum exerceatur publice ex proposito et deliberatione stare et inspicere collusores. Contra facientes rectores, qui pro tempore fuerint, tanquam statutorum transgressores per scolas faciant publicari. Et si aliquis accusatus fuerit luxisse ad taxillos (praeterquam ad scacos vel ad tabulas) cum aliquo scolari vel Bononiensi vel quocunque alio causa recreationis, et super hoc rectoribus vel rectori facta fuerit plena fides, ipsum in quinque libris Bonon. nostrae universitati applicandis sub poena periurii praecipimus condemnari. Et si contingat eum huiusmodi solutionem facere recusare, omni commodo universitatis privetur. Adicientes, quod nullus doctorari volens vel sapiens recedere infra duos menses ante suum recessum vel conventum audeat ludum in hospicio suo tenere, vel aliis ludentibus consentire, nec etiam post doctoratum per mensem, si tantum contingat Bononiae remanere. Praecipimus etiam, quod nullus in domo, ubi ludus teneatur ex usu per Bononiensem scolarem vel alium forensem, convenire debeat ad ludendum. Nullus etiam rector, doctor, vel scolaris in domo habitationis suae ex usu teneat vel teneri permittat. Contrafacientes in his ultimis casibus ultra poenam periurii vingiti librarum Bonon. poena mulctentur. Inhibentes rectoribus, ut quoquo modo non audeant vel praesumant in ipsorum domibus baractariam vendere nec baractores admittere sub poena quadraginta solidorum Bonon. tempore sindicatus exigenda. Volumus etiàm, quod in huiusmodi totius observatione statuti unus rector in subsidium alterius rectoris iurisditionem exerceat. Et hoc statutum singulis annis de mense decembris praecipimus publicari.

---

1. *P Fl. setzen dazu* et eius poena. *Nur im Drucke von Pad.* (*III, 5*) De ludis et pecuniis scolarium, *und stimmt nicht zu unserer Rubrik.* — 2. *P Fl. Incipit wie B und stimmen auch sonst, mit Varianten, dazu.* — 12. *Von hier an P Fl. von B verschieden, unter sich aber zuerst übereinstimmend.* — 18. *Dass auch diese Rubrik wenigstens hinsichtlich dieses Punktes vor 1388 anders gelautet hat, ergibt sich aus Fl., wo es heisst:* Sed volumus sine pena posse ludere solummodo in domo nostri rectoris et alia fieri, prout est moris in Bononiensi studio. *Auch in Montpellier lautete das Statut nicht so strenge wie oben* (*Rubr. 6*), *dann* interdum ad solatium vescendi cause *war es erlaubt um weniges* (*zwei Soldi für einen*) *zu spielen.* — 22. *Zu* baractaria *s. Ducange-Henschel I, 583* barataria 2. *und* barator.

De scriptoribus et famulis scolarium. Rubrica lxxxvij.

Decernimus, quod quicunque privilegio nostrae universitatis gaudens operas cuiuscunque scriptoris duxerit conducendum, exigere teneatur corporale iuramentum ab ipso, quod alicui scolari privilegio nostrae universitatis gaudenti non est astrictus ad praestationem operarum, nisi sit tale opus, quod infra decem dies valeat expediri, quod etiam antequam aliquod opus incipit perficere teneatur. Nec scolaris ille sciens illum alteri obligatum scolari aliquod opus quoquomodo dare praesumat, nisi forte id fecerit de consensu vel voluntate eius vel eorum, cui vel quibus supradicta persona praestare dictas operas teneretur. Adicientes, quod si scolaris vel alius privilegiis gaudens universitatis scienter conduxerit operas alicuius privati per statuta vel etiam per rectorem, nisi post primam admonitionem [destiterit], rectores privare illum teneantur et privatum per scolas facere nunciari. Scriptor autem si contra sacramentum mendax fuerit deprehensus, rectores teneantur ipsum infra triduum a die noticiae per scolas omnes facere denunciari privatum, nec possit restitui, nisi primo solidos viginti Bonon. persolvat, cuius poenae medietas nostrae universitati, et alia medietas ei, in cuius praeiudicium conductae vel locatae sunt operae, applicetur. Et de praedictis eius credatur simplici iuramento, in cuius praeiudicium factum erit. Providemus etiam, quod nullus scolaris possit vel debeat conducere vel tunc conductum retinere famulum aliquem contra voluntatem scolaris illius, cum quo moram trahit, quamdiu cum illo moratur. Contrafacientes autem puniri volumus poena quinque librarum Bonon., quam poenam ad petitionem scolaris conquerentis rectores exigere teneantur sub poena periurii.

Quod nullus scolaris debeat ratione privilegii denunciare aliquem Bononiensem. Rubrica lxxxviij.

Extirpando noxia providemus, quod si scolaris praetextu privilegii nobis concessi maliciose denunciaverit in palatio communis Bononiensis aliquem Bononiensem, ex tunc omni commodo et honore nostrae uni-

1. *P vorher eine andere Rubrik* De scolaribus non comparentibus seu non obedientibus *etc., dann:* De scriptoribus (*Fl. bloss diesen Titel*) et familiaribus. *In Pad. III, 28 Überschrift wie in B (im Drucke fehlt die Rubrik).* — 2. *Incipit überall gleich, und auch sonst zuerst Übereinstimmung.* — 6. *In P fehlt irrig* decem. — 7. *B Druck* praeficere. — 9. *B* cuius. — 10. *Pad. nach* teneretur *bis* Adicientes *einen grossen Paragraphen.* — 11. alius] si *B. Correctur aus Fl* — 12. *In Fl. P fehlt übereinstimmend* privati . . . rectorum, *was aber zum Sinne durchaus nothwendig ist. Pad. wie B.* — 13. *Ergänzung aus P Fl. Pad.* — 14. *Das Folgende fehlt in P Fl. Pad. fährt wie B weiter.* — 19. *Statt* Et de . . . erit *in Pad. ein anderes Statut.* — 23. *Der Satz* Contrafacientes *in Pad. verändert.*

26. *Die Rubrik fehlt in P Fl. Pad.*

versitatis ipso facto perpetuo sit privatus, dum tamen rector, de cuius universitate scolaris fuerit, probationem plenam super his habeat, cui merito sit credendum, et rectores teneantur illum per scolas facere publicari. Si vero contingat praedictum non calumniose agere, rector et consiliarius suae nationis teneantur pro eo iurare secundum formam, quae in privilegio continetur.

(*p. 54*) De calumniosis accusationibus et bannis absentium.
Rubrica lxxxix.

Exquisitis remediis innocentiam studentium tueri volentes statuimus, quod si Bononiensis calumniosam accusationem contra scolarem nostrae universitatis intentare praesumpserit, si semel admonitione a rectore praemissa non destiterit, ipse et filii usque in gradum tertium, et pater eorum et avus sint ipso privati nostrae universitatis commodo et honore, et eorum bona sine spe restitutionis subiaceant interdicto. Quod interdictum a tempore termini sibi assignati peremptorie infra tres dies per scolas publice nuncietur. Addentes, quod si quis scolarem nostrae universitatis in palatio communis Bononiensis banniri fecerit praetermissa solemnitate, quae in universitatis privilegiis [est expressa], sive scolaris sive Bononiensis existat, privatus sit ipso iure omni universitatis commodo et honore, et eius hospicia si qua habet sint interdicta.

De poena iudicis secularis [spernentis privilegium scolarium].
Rubrica lxxxx.

Equitas, iniquitatis actus reprimens, statuere suggerit, quod si quis scolaris conventus coram iudice seculari allegaverit privilegium scolasticum vel clericatus, et praedicto iudici evidenter constiterit per inhibitionem vel denunciationem sibi factam per rectorem: iudex, qui spreto privilegio fori contra eum processerit, ipse cum posteris suis sit

---

7. *In Pad.* (*IV, 15*) *Überschrift wie in B, Fl. schreibt nach* accusationibus: et denuntiationibus scolarium, *P dazu:* et poenis ipsorum. — *Incipit überall gleich.* — 11. *Pad.* Paduanus. *P Fl.* quicunque. *Überhaupt stimmt Pad. durchweg fast wörtlich mit B überein.* — 13. *Fl. fährt anders weiter* (*nur eine Geldstrafe*), *P* ipse et filii eius perpetuo sint omni honore et privilegio nostrae universitatis . . . privati. *Ihre Namen sollen* in statione generalis bidelli ac etiam stationarii *geschrieben sein. Dann Schluss.* — 18. *Ergänzung aus Pad.* — 20. *Pad.* per quinquennium interdicta.

21. *Ergänzung aus P Fl. In Pad.* (*IV, 21*) *nach* privilegium: scolasticum vel clericale. — 23. *Pad. Incipit wie B. P Fl.* Statuimus. *Pad. fährt wie B weiter, in P Fl. ist Bolognas Statut bloss die Grundlage.* — 26. *Pad.* per instrumentum vel testes.

ipso iure privatus omni universitatis nostrae commodo et honore. Et si potestas vel capitaneus, cuius assessor fuerit iudex praedictus, ad denunciationem rectorum revocari non fecerit, ita quod uterque ipsorum spreverit inhibitionem vel denunciationem rectorum (quod semper est praesumptione dignum et praesumimus, ex quo illam cum effectu non acceptaverit), poena simili puniatur. Hoc addito, quod civitas seu alia communitas, quae postquam hoc sibi per universitatem notificatum fuerit, illum receperit in rectorem, taliter puniatur, quod omnes, qui de illa civitate vel communitate in studio fuerint, priventur omni universitatis commodo et honore. Et qui privatus est ab universitate, intelligatur esse privatus commodo singulorum. Item statuimus, quod si potestas vel quivis alius officialis civitatis Bononiensis bis per rectores requisitus privilegia seu iura scolarium in persona alicuius convenientis seu accusantis spreverit seu non servaverit, sit ipse potestas vel officialis non servans praedicta privatus ipso iure omni commodo et honore nostrae universitatis secundum formam in principio statuti huius superius annotatam. Et de praesenti statuto mentionem facimus supra in statuto posito sub rubrica De iuramento potestatis.

---

1. *Pad. bricht hier ab und schliesst:* et puniatur pena, de qua supra in statuto de iudiciali iurisdictione rectoris. *S. Zeile 18.* — 8. *D. i Rector civitatis.* — 18. *In Pad.* De iudiciali iurisdictione rectoris, *und dort (I, 18) kommt wirklich eine solche Bestimmung vor. Man könnte versucht sein, oben den Text ähnlich zu verändern, denn eine Rubrik* De iuramento potestatis *findet sich nicht im Drucke von B. Allein in Rubr. 10* De iurisdictione rectorum *wird bloss gesagt, dass der Scholar einen nicht coram iudicibus Bononiae belangen soll. Die Sache verhält sich so. Es existierte wirklich eine Rubrik* De iuramento potestatis; *wir besitzen hierfür noch weitere Zeugnisse. In der Rubrik* Ad quid rectores specialiter teneantur, *heisst es im Drucke, die Rectoren sollen zu jedem neuen Podesta gehen* 'et ab eis sacramentum exigere . . . secundum formam traditam infra in titulo De iuramento potestatis'. *Ebenso steht in den späteren Reformationen der Statuten:* Cassamus et annullamus statutum positum sub hac rubrica videlicet 'De iuramento domini potestatis', et loco illius rubricae et statuti apponimus infrascriptam *etc. (Druck p. 76). In der That findet sich in der Hs. vom J. 1507 die Rubrik* De iuramento domini potestatis Bononiae, *und zwar zwischen Rubr. 11 und 12 (fol. 6a), d. i an Stelle der Rubrik* De electione mercatorum *des Druckes vom J. 1561. S. oben zu Rubr. 11. Die Rubrik* De iuramento *etc. beginnt:* Cum spiritualia sine temporalibus diu esse non possint. *Sie blieb im Drucke nur aus Versehen aus. Da sie in der Redaction vom J. 1317 resp. 1347 nicht steht, so kam sie zwischen 1347 und 1432 oder wahrscheinlicher im letztgenannten Jahre in die Collection. Auch in P (III, 28) findet sich eine ähnliche Rubrik unter den Nachträgen, jedoch nur in ein paar Sätzen.*

De offensa scolaris propter officium universitatis. Rubrica lxxxxj.

Fiduciam nostris officialibus per hoc concedendo statuimus, quod si quis scolaris vel alius aliquem scolarem universitatis nostrae officialem vel in officio aliquo deputatum occasione eius, quod officium suum exercendo gesserit, verbis vel facto offenderit, vel offendi mandaverit, aut iniuriam intulerit, vel inferri procuraverit, vel consensum auxilium vel consilium praebuerit: sit ipso facto privatus omni universitatis commodo et honore, et a scolarium participatione et consortio sit exclusus. Volumus etiam, quod statutum istud rectores infra biduum a die, quo eis vel alteri eorum de praedictis per offensi constiterit iuramentum, teneantur executioni mandare omni iuris et facti exceptione cessante ac etiam aliqua non obstante. Nec possit a dicta privatione eximi nisi per universitatem et prius tamen universitati decem libris Bonon. poenae nomine solutis, nec deinceps ad aliquod universitatis officium assumi valeat quoquo modo. Salvis etiam in hoc casu poenis et processibus et aliis, quae contra iniuriatores scolarium sunt statuta.

De poenis iniuriantium scolaribus et rectoribus. Rubrica lxxxxij.

Frenum iniuriosis ponendo statuimus, quod si aliquis scolaris offenderit scolarem vel offendi fecerit in civitate Bononiae vel suburbiis vel comitatu percutiendo, vel insultum faciendo, vel fieri mandando, et qui consilium, auxilium, vel assensum praebuerit, ipso facto sit privatus omni universitatis commodo et honore, et nullus scolaris possit pro ipso fideiubere, nec debeat eum de novo ad societatem admittere. Quod si contrarium fecerit, sit ipso iure privatus, et privatus nunciari debet per rectorem, qui statutum istud exequi teneatur, nec ullatenus restituatur, nisi solutis triginta solidis Bonon. utrique universitati applicandis, — scolari tamen,

---

1. *In Pad.* (*I, 52*) *fehlt* universitatis; *Incipit wie B. In Fl. Überschrift* De offensa facta scolari *etc., in P* De poena scholarium offendentium officiales universitatis. *In beiden jedoch nur ein kurzer Abschnitt von 3—4 Zeilen mit Incipit* Statuimus. — 9. *Pad. vor diesem Statute andere Bestimmungen.* — 13. *Von hier an fehlt in Pad.* — 17. *P enthält vor der nächsten Rubrik eine:* De speciali provisione ad aliorum terrorem, *die rein locales Interesse hat.*

18. *P Fl.* De privatione scolarium et aliorum iniuriantium scolaribus. *In beiden Incipit:* Iniuriosis actibus frena imponere cupientes statuimus. *In Pad.* (*I, 53*) De pena scolarium et aliorum iniurantium scolaribus matriculatis. *Incipit wie in B und stimmt überhaupt mehr als P Fl. dazu, doch auch in Pad. einiges umgestaltet.* — 28. *Was folgt, fehlt P Fl., sie fahren aber unter sich übereinstimmend mit einem kurzen Statute hinsichtlich der* irrogata iniuria *eines*

qui dicitur iniuriam intulisse, in principio causae citato infra biduum a die, quo constiterit (vel alteri ipsorum) per legitimas probationes denunciatione a passo iniuriam iam recepta et testibus datis in scriptis et specificatis. [Quod statutum infra octo dies rectores] exequi teneantur. In cuius statuti executione nulla iuris vel facti exceptio admittatur, et etiam appellatio repellatur. Quod si verbalis iniuria fuerit, teneatur rector iniuriantem citare ad sententiam omnimodo audiendam, ut tunc per procuratorem valeat compare(*p. 57*)re, in cuius persona sententia promulgetur, ut hac via infamiam possit iniurians evitare. Si autem iniuriam per se vel alium inferens Bononiensis vel alius forensis existat, qui in aliquem nostrorum scolarium manus iniecerit violentas vel aliam quamvis iniuriam in persona vel rebus ipsius irrogaverit, vel irrogandum auxilium c lium vel favorem praebuerit, et hoc per lesum ad rectorum vel consiliariorum pervenerit notitiam: ipse iniurians vel praebens consilium auxilium vel favorem, ipsiusque parentes et filii pro huiusmodi laesione vel iniuria ab omni universitatis commodo et honore ipso iure sint privati, et ultra praedictam poenam incidat iniurians in poenam dupli eius, in quo alias ex forma statutorum comunis Bononiensis veniret condemnandus. Si autem praedictae iniuriae fuerint illatae in persona vel rebus alicuius rectoris seu vicerectoris, tunc ultra supradictam privationis poenam incidat iniurians in poenam quadrupli eius, in quo ex forma statutorum communis Bononiensis veniret alias condemnandus. Quarum poenarum tertia pars offenso, tertia universitati offensi, reliqua tertia camerae Bononiensis communis applicetur. Item non possit doctor vel alius pro talis defensione advocare, scribere, vel consilium aut favorem aliquo modo praestare sub poena privationis sui et suorum hic et in quocumque loco privilegio seu exceptionis gratia non obstante, quibus in hoc casu propter ingratitudinem derogamus, si a nostra universitate fuerit iam ullo tempore concessa vel in posterum concedenda. Item quilibet, qui crediderit verisimiliter tractari de offensa alicuius scolaris forensis, teneatur rectorem et talem scolarem premonere de hoc. Et quilibet scolaris, qui aliquem

---

Scholars, qui de corpore universitatis non (*in Fl. fehlt irrig* non) fuerit, *fort* (*s. weiter unten*). — 4. *Ergänzung aus Pad., wo das Folgende ziemlich wie in B.* — 8. *Bei Paginierung des Druckes vom J. 1561 sprang man von p. 54 auf p. 57 statt 55 über.* — 12. vel irrogandum ... notitiam *fehlt Pad.* — 16. *Pad. hier verschieden bis 373, 2.* — 21. *P Fl. enthalten später* (*Fl. Rubr. 102; P III, 22*) De poena inferentis iniuriam rectori *eine eigene kurze Rubrik, die in P bis 22 ziemlich mit B übereinstimmt, weniger in Fl. In den älteren Bologneser Statuten existierte darüber wahrscheinlich ebenso eine eigene Rubrik, wie noch in den Artisten-Statuten vom J. 1442 im Cod. 1394 der Universitätsbibliothek zu Bologna.* — 26. hic] huic *B.* — 29. crediderit] ceciderit *B.* — 31. premonere] promovere *B.*

offensorem alicuius scolaris forensis sciverit vel verisimiliter crediderit, teneatur rectoribus nunciare sub poena praestiti iuramenti. Si autem iniuria fuerit atrox, possint et teneantur sub poena periurii et quinque librarum Bonon. ipsi rectores statim consiliariis etiam non requisitis universitatem convocare, et si videbitur cum ipsa palatium ascendere et petere iustitiam de offensa, etiamsi offensus remitteret iniuriam vel cum iniuriante se componeret. Atrocem iniuriam declarantes ex loco, scilicet si scolaris ad scolas vel de scolis itinerans, vel in eis manens, vel in habitationis domo insultum passus fuerit vel percussus; item si in statione generali, in qua sunt rector vel socii vel alter ipsorum, vel in universitatis domo, vel in universitate, vel cum itur processionaliter ad festa vel ad exequias defunctorum. Et super iniuria credatur sacramento scolaris. Et quod ad privationem iniuriantis statutum est, extendi volumus ad offensas illatas famulis seu familiaribus scolarium, eis praesentibus vel absentibus, dummodo in domibus vel porticibus eorundem. Et hoc, quando iniuria atrox esset. Ubi autem non esset atrox iniuria, servetur quod supra diximus in statuto proxime praecedenti. Adicientes, ut si scolaris [causa] nostrae sententiae privationis in se latae propter iniuriam universitatem expensis procuraverit aggravare appellando vel quolibet alio modo universitatem ipsam gravando, idem restitui non valeat, nisi damnis et expensis omnibus universitati primitus resarcitis. Si autem non scolaris propter iniuriam, quam scolari intulit, privatus in ipsum vel alium scolarem iniuriam similem vel dissimilem duxerit iterandam, restitui non possit, nisi prius decem libras Bonon. ultra poenam superius expressam universitati persolvit. Addentes igitur, quod quanto gravius et abominabilius est delictum, tanto gravius est ferendum ac poenis atrocibus puniendum, praesenti constitutioni noviter addendum duximus et firmiter statuendum, quod si quis scolaris contra venerandas personas universitatis nostrae rectorum seu vicerectorum seu alterius eorum iniurias intulerit verbales, poena puniatur librarum viginti Bonon.; si actuales, citra mortem et sanguinis effusionem, puniatur poena quinquaginta lib. Bonon. et ipso iure sit privatus omni commodo et honore nostrae universitatis, habito tamen respectu per alium rectorem de qualitate excessus, — quas tamen poenas nostrae universitati volumus applicari; si vero ultra sanguinis effusionem vel mortem, tunc poena puniatur a iure communi statuta, et sit privatus omni commodo et honore nostrae universitatis, nec possit restitui sine consensu partis laesae

---

2. *So auch Pad. mit Varianten. Ähnlich P Fl., doch nur bis 7, während Pad. mit B fortfährt.* — 12. *Pad. manches verändert.* — 16. *Was folgt, fehlt in Pad.* — 22. *Dieses Statut in Pad., von* 23 *an jedoch bis zum Schlusse verschieden.*

et rectoris laesi. Et hoc si personaliter possit apprehendi; alias per potestatem Bonon. publice banniatur poenam infamiae incursurus et alias, si quae aliae in statutis nostris reperiantur. Si autem talis iniurians ipsi rectori quovis modo civis fuerit vel alius forensis et non scolaris, ultra poenas in statutis communis Bononiensis contentas triennio a civitate Bononiae banniatur ad requisitionem rectoris iniuriati seu ipsius consiliariorum maioris partis. Hoc autem statutum et praecedens per omnia servari volumus; ubi iniuria esset illata rectori, secundum determinationem praecedentium volumus, quod pro iniuriis sibi illatis poenae duplicentur.

Quid solvere debeant supervenientes et restituti. Rubrica lxxxxiij.

Firmamus, quod scolaris de novo superveniens teneatur universitati solvere duodecim solidos Bonon. pro introitu matriculae, ad quod rector suus teneatur eum cogere infra mensem, si constat eum solvere posse secundum formam statuti de hoc loquentis, revocata provisione de quinque solidis per supervenientem capellae nostrae solvendis. Illud etiam, quod de solvendo dicitur, non extendatur ad illos, qui alias fuerint de universitatis gremio et solverint. Item (*p. 58*) si scolaris, scriptor vel corrector vel miniator ac etiam stationarius interdictus fuerit per rectorem, antequam de interdicto extrahatur, viginti solidorum Bonon. poena mulctetur, ubi per statutum non exprimatur certa summa. Et hoc, nisi rector noverit se errasse, vel interdictus sive privatus iustam excusationem haberet, et tunc in restitutione privati debeat per scolas per bidellum publice proclamari, qualiter per errorem vel sine causa fuerit ille privatus sive interdictus. Reliqui vero Bononienses privati sive interdicti, ubi certa summa non exprimitur, in restitutione quadraginta solidos Bonon. solvere teneantur.

---

1. *B* hoc *vor* rectoris. — 2. *Zu* alias *ergänze* poenas.

11. *P Fl.* De solutione scolarium supervenientium de novo. *Der Ausdruck* supervenientes de novo *ist in Bologna alt. Er findet sich bereits auf der 1. Seite der Annales nat. german. zum J. 1289 (Acta nation. germ. — Aushängebogen — 35, 21) und begegnet uns dann fortwährend. S. auch oben Rubr. 17. — Pad. (I, 34) enthält von der Rubrik einiges in der bereits erwähnten Rubrik* De immatriculandis scolaribus et quid pro matricula universitati solvatur. — 13. *P Fl. beginnen* Statuimus, *und stimmen nur im ersten Satze und etwas später mit B überein. Ebenso Pad.* — 14. *P Fl. Pad.* viginti. — 18. *Etwas Ähnliches überall, P Fl. aber deutlicher:* Qui semel suo introitu matriculae solvit, si ipsum de studio pro tempore absentari contigerit et ad studium istud reverti, de novo solvere nullatenus teneatur nec etiam compellatur. *Ähnlich Pad.* — 22. *Das Folgende fehlt überall.* — summa] summitas *B.*

De forma in suspensione studii et limitatione arbitrii dati sapientibus quoad illa et quoad quedam alia. Rubrica lxxxxiiij.

Gregem studentium suspenso studio inutiliter in studio manere noscentes statuimus, quod rectores una cum consiliariis et adiunctis et non aliter (qui adiuncti eligantur secundum formam, quae servatur in electione rectorum) habeant et possint tractare de causa et tempore suspensionis studii. Et si duae partes ipsorum tam praesentium quam absentium in hoc concordes fuerint, possit de suspensione studii in universitate proponi, alias nullo modo. Et quod in universitate obtentum fuerit, illud fiat. Nolumus autem per hoc generale statutum speciali provisioni alicui de suspendendo studio derogari. Sapientium insuper officia olim super suspensione studii celebrata perpetuo abolemus.

De festivitatibus per universitatem processionaliter cum cereis honorandis. Rubrica lxxxxv.

Gerentes et merito ad sanctos apostolos et confessores specialem affectum, statuimus, quod annis singulis festum apostolorum Petri et Pauli, item festum eximiorum beatorum Dominici et Francisci per universitatem cum

---

1. *Die Rubrik fehlt in Fl. In P findet sich II, 6* Quando et quibus casibus rector studium possit interdicere, *und beruft sich in derselben auf Bologna und Padua. Doch stimmt die Rubrik nicht zu der obigen, sondern zu Rubr. 68. S. daselbst. Dagegen Pad. II, 17:* De forma observanda in suspensione studii. *In B* de forma et suspensione *etc.* — 4. *Pad.* Multitudinem studentium, *und zieht das Statut bis* fiat *etwas zusammen, stimmt aber insoferne nicht mit B überein, als der Rector und die Consiliarii nur entscheiden konnten, ob die Frage de suspensione studii vorgelegt werden könne. Vor die Universitas kam sie erst, nachdem die sapientes gewählt und diese mit dem Rector und den consiliarii versammelt waren. S. nächste Anm.* — 12. *In Pad. sind noch die Bestimmungen über die* sapientes *erhalten. Aus jeder Nation wählten die Consiliarii einen sapiens, in summa 20, wie auch angegeben wird, da die Deutschen 2 Stimmen hatten; die übrigen der Rector. Im Ganzen waren vierzig sapientes. Erst nachdem diese erwählt waren, konnte der Universitas die Frage de suspensione studii vorgelegt werden. Dass eine ähnliche Vorschrift auch in den ältern Bologneser Statuten war und die ganze Rubrik früher ein anderes Aussehen hatte, kann man aus obigem Schlusssatze, besonders aber aus Rubr. 20 (von 283, 3 ab) erkennen. Dort ist überhaupt von den sapientes die Rede. B unterdrückt aber die Erwähnung derselben.*

14. *Die Rubrik hat locales Interesse. Etwas ähnliches wurde in P Fl. hinsichtlich der Patrone Perugias und Florenz' bestimmt (s. oben zu Rubr. 43 am Schlusse); in Pad. (II, 39) finden wir die Rubrik* De festivitatibus per universitatem processionaliter honorandis. *Dass die Rubrik viele neuere Bestimmungen enthält, ergibt sich aus dem Inhalte.* — 16. sanctos] istos *B.*

cereis processionaliter celebrentur, ita tamen, quod capitulum Bononiense pro suo festo, Praedicatores pro suo, et Minores pro suo parent cereos sufficientes scolaribus, sicut fieri consuevit, pro quibus teneatur scolaris quilibet unum Bonon. grossum solvere. Ad illos autem recipiendos pro festo sancti Petri et sancti Francisci (cuius festi sancti Francisci solemnitatem translatamus in festum Conceptionis beatae virginis Mariae gloriosae) conveniant scolares in domo universitatis, scilicet in claustro Praedicatorum, pro festo vero sancti Dominici conveniant in ecclesia sancti Proculi. Huic autem statuto addita fuerunt ista festa et in istis ecclesiis processionaliter celebranda, prout de aliquibus in conventionibus cum universitate habitis, de aliquibus in novis reformationibus est inventum. Festum sancti Augustini apud ecclesiam sancti Iacobi, festum Omnium Sanctorum ad honorem nativitatis beatae Mariae apud ecclesiam fratrum Servorum sanctae Mariae in burgo sancti Petronii, festum sancti Martini apud ecclesiam sancti Martini fratrum Carmelitarum, festum sancti Thomae de Aquino apud ecclesiam sancti Dominici; et tunc congregetur apud ecclesiam sancti Proculi. Fratres vero praedictarum ecclesiarum venire teneantur ex conventione gratis ad funera scolarium defunctorum, in quacunque ecclesia eos contigerit sepeliri. Item festum Assumptionis beatae Mariae virginis de mense Augusti apud ecclesiam nostrae universitatis, et hoc, quia merito reperimus per diuturnam consuetudinem singulis annis observatum. Volumus tamen, quod religiosi in dicta nostra ecclesia habitantes teneantur venire ad exequias defunctorum nostrae universitatis et gratis, requisiti tamen, alias punientur secundum formam statuti supra De exequiis mortuorum etc. Addimus etiam ecclesiam sancti Proculi, ut in die festivitatis dicti sancti eo modo quo dictum est visitetur, ita tamen, quod dominus Abbas dicti monasterii teneatur ad id, quod dictum est supra in capitulo De exequiis et suffragiis mortuorum. Et quia inter cetera festa, quae in civitate Bononiae celebrantur, festum beati Petronii episcopi veneratur, volumus, quod domini rectores utriusque universitatis per aliquos dies ante dictum festum praecipiant bidellis universitatis, ut ad domum cuiuslibet doctoris legentis et etiam cuiuslibet scolaris accedant et ipsos requirant, ut unum solidum Bonon. dent, de qua pecunia fieri faciant unum dopereum honorabile, sicut decet. Et in vigilia dicti sancti Petronii debeant apud ecclesiam sancti Dominici convocari, et quicunque doctor vel scolaris non venerit, in viginti solidis condemnetur. Et in dicta vigilia ante vesperas vel in vesperis, sive tem-

16. et tunc *bezieht sich darauf, wann das Fest des hl. Thomas gefeiert wird.* — 17. *S. dazu oben Rubr. 82.* — 24. *B* super. — 25. *Oben Rubr. 82.* — 33. dent *fehlt B 1507.* — 34. dopereus *oder* doperius (*boen neutr.*). doplerium, *ital.* doppiere, doppiero, *eine Wachsfackel, die Tortzen. Vgl. dazu Ducange-Henschel II, 926.*

pore oblationis, accedant ad ecclesiam sancti Petronii cum illo dopereo processionaliter cum tubis et piffaris, sicut moris est, ad honorem et exaltationem dictae universitatis. Et ut festivitates honorabilius celebrentur praecipimus, ut omnes doctores tam iuris canonici quam civilis ordinarie vel extraordinarie legentes teneantur honorabiliter in festivitatibus, quas fecit universitas, nostros sociare rectores, et ipsi rectores quemlibet ipsorum, [qui] hoc sine iusta causa neglexerint, poena viginti solidorum Bonon. punire debeant, et infra decem dies poenas exigere. Addentes, quod deinceps per universitatem, communem vel singularem, aliud festum processionaliter fieri non debeat vel faciendum in universitate firmari. Iungatur autem per rectorem, quando universitas procedit, illis, qui recipiant processionem, quod ecclesia vel con(*p. 59*)ventus triginta missas faciant celebrari statim post creationem utriusque rectoris pro bono statu universitatis, rectorum et studentium, et quod suffragia ecclesiae et ordinis habeat universitas et in ea studentes, et quod quilibet ecclesiae vel ordinis talis bonum statum universitatis nostrae et studentium apud praelatos, cives et quoscunque alios teneantur hic et alibi procurare et scolares honorare et recipere, et quanto citius et melius poterunt expedire. Quae autem proxime dicta sunt a versiculo: *Iungatur* usque hic volumus rectores ad periurium evitandum, in hoc scilicet, quod de missis dicitur, [non] teneri nec obligari. Volumus tamen, quod si pro bono modo facere possint, quod tunc statutum servetur. Singulares tamen nationes vel scolares ipsarum alia festa facere possint ad libitum, dummodo per illa non impediantur ista. Item statuimus, quod scolaris quilibet portans cereum in festivitatibus praedictis in ecclesia, quam visitant, seu eius altari ipsum cereum bona fide dimittant poena periurii aliter facientibus imminente.

De festivitatibus nationum. Rubrica lxxxxvj.

Gravamen nationum refrenando statuimus, quod festivitates nationum, quae non sunt descripta inter festa universitatis, non celebrentur, sed fient die dominico vel solemni antecedenti vel sequenti ipsas festivitates ad voluntatem ipsarum nationum.

---

6. *B* et quemlibet. *Correctur und Ergänzung aus Pad., wo das Statut* Et ut honorabilius *steht.* — 9. *B* deinceps conventio per universitatis conventionem vel singulare aliud *etc. Correctur aus Pad.* — 10. Iungatur . . . servetur (*22*) *fehlt Pad.* — 13. *B* statuto. — 19. *Zeile 10.* — 20. scilicet] satis *B.* — 23. *B* talia *statt* alia. *Correctur aus Pad.* — 24. *Von hier an fehlt wieder in Pad.*

28. *In Pad. II, 40. Die Rubrik fehlt in P Fl.* — 29. *Pad. Incipit und das Übrige wie B.*

De praepositis nationum et consiliariis ultramontanis. Rubrica lxxxxvij.

Hactenus grandes experti discordias propter officia praepositorum seu priorum nationum seu consiliariorum ultramontanorum, per quae etiam rectorum iurisdictio per tempora extitit multum impedita, ipsos praepositos seu priores seu quocunque nomine censeantur ipsorumque officium abolemus. Qui autem praedictos vel eorum officium suscitare ausus fuerit, omni universitatis nostrae commodo penitus excludatur et decem librarum Bonon. condemnatur mulcta, eadem poena [illi], qui praepositi officium seu prioris vel alio quovis nomine nuncupetur assumpserit, imminente. Per hoc tamen statutum ultramontanorum consuetudinibus et statutis circa eorum praepositos non intendimus derogari.

Quod statuta nationum ultramontanarum ab ipsarum scolaribus observentur. Rubrica lxxxxviij.

Hoc statuto decernimus, quod ultramontanus rector, qui pro tempore fuerit, ea, quae a maiori parte alicuius ultramontanae nationis propter ipsorum festa vel alia ipsorum negocia ordinata sunt vel fuerint, remediis quibus potest ex officio suo faciat in posterum per singulos de natione illa inviolabiliter observari, dummodo per illa statutis universitatis nostrae non derogetur in aliquo.

De scolaribus recedentibus non associandis. Rubrica lxxxxix.

Hac deliberatione statuimus, quod nullus scolaris aliquem scolarem de Bononia recedentem et eques in Bononia vel extra Bononiam associare debeat vel praesumat, nisi recedens fuerit publice doctoratus vel pro sapiente recedat sine spe aliqua redeundi; socii tamen in domo et alii tres numero tantum, quos recedens elegerit, ipsum possint licite sociare sub poena decem solidorum associanti cuilibet imminente. Et quia scimus contrarium servatum, ideo rectorum arbitrio volumus relinqui, an servetur necne.

---

1. *Die Rubrik fehlt überall.*

13. *In B sind die Überschriften der beiden folgenden Rubriken verwechselt worden, die der Rubr. 99 steht bei Rubr. 98, und umgekehrt. Oben befinden sie sich an richtiger Stelle. — Die Rubrik fehlt in P Fl., befindet sich aber in Pad. (II, 36). Incipit und das Übrige wie in B, nur ist durchweg ultramontan. gestrichen.* — 20. *B* deroget. *Correctur aus Pad.*

21. *Die Rubrik fehlt überall. In Pad. bloss* De privilegio scolarium in recedendo a studio *(IV, 25), die aber nichts mit obiger zu thun hat.* — 24. *Druck von B hier defect. Hs. 1507 wie oben.*

De procurantibus divisionem vel subtractionem salarii, quod datur a comuni Bononiensi. Rubrica c.

Irrefragabiliter duximus statuendum, quod si aliquis procuraverit vel procurari fecerit, quod salarium, quod datur a communi Bononien., dividatur in plures, vel subtrahatur in totum vel in partem, sit universitatis nostrae omni comodo et honore privatus, et rectores, quam cito ad eos pervenerit, teneantur ipsum privatum publice facere nunciari, et nisi solvat libras quadraginta Bonon. nostrae universitati, restitui non debeat ullo modo.

[De punctatione librorum. Rubrica cj.

Infra decem dies, ex quo statuta omnia erunt publicata, volumus, quod rector cum consiliariis vel ipsorum maiori parte eligat sex canonistas provectos in iure canonico non tamen habentem quemquam privatam, et eodem modo eligat sex legistas. Qui canoniste cum omnibus scolaribus privatam habentibus requisito consilio doctorum legentium libros, quos punctant, libros iuris canonici debeant reformare. Et illi sex legiste eodem modo cum scolaribus in iure civili privatam habentibus requisito

---

1. *P* De procuratione subtractionis vel divisionis salarii, quod datur doctoribus a comuni. *Fl.* De non procurando salarium doctorum subtrahi vel dividi. *In Pad. fehlt die Rubrik.* — 3. *Überall dasselbe Incipit und sie stimmen auch im weitern überein.* — 6. *B* quam cito rectores ad eos pervenerit. *Correctur aus P Fl.* — 9. *P darnach noch eine Bestimmung.*

10. *Diese Rubrik fehlt in B Pad., sie folgt aber in P Fl. unmittelbar auf die vorhergehende, in Fl. steht sie zugleich vor der nächstfolgenden. Auch der Anfangsbuchstabe stimmt dazu. Die Rubrik stand einst mit demselben Incipit und dem Hauptinhalte nach sicher in den älteren Bologneser Statuten, denn wiederholt wird in ihnen auf die puncta, von denen oben gesprochen wird, hingewiesen (s. Rubrik 17. 18. 22. 25. 42. 44. 45), ohne dass jedoch einmal erklärt würde, wie man sich hinsichtlich der Punctation verhalten und wer dieselbe vornehmen soll. S. darüber oben Einleitung Paragraph 5. Da man sich später in Bologna mit einer allgemeinen Lectioneneintheilung begnügte, wurde zumeist auch die Erwähnung der puncta und folgerichtig obige Rubrik unterdrückt (s. a. a. O. und zu Rubr. 48, 49. 52. 62. 77). In P Fl. existieren nicht bloss Verordnungen für die Juristen, sondern auch für die übrigen Facultäten, und in beiden finden sich ausser der obigen Rubrik eine* De punctis servandis in loyca, philosophia et medicina (*Fl. Rubr. 56. P II, 12*). *P Fl. stimmen fast wörtlich überein. Ich lege Fl. zu Grunde.* — 13. non . . . privatam *fehlt P.* — 14. *P nach* scolaribus: in iure canonico perquisita utilitate scolarium et facta investigatione, quantum commode legi possit et qui libri magis scolaribus placeant, puncta librorum iuris canonici debeant reformare. — 17. privatam . . . punctant *fehlt P. Dort galt das Statut natürlich wie für die Canonisten.*

consilio doctorum legentium libros, quos punctant, omnes libros iuris civilis ordinarios et extraordinarios reforment in punctis, qui ad puncta legi consueverunt et debent. Et illa puncta omnia per dictos punctatores facta ante festum assumtionis beate Marie debeant esse completa. De punctis autem fiat duplex exemplar, quorum alterum sit in arca universitatis, et reliquum penes notarium, qui debet illa publicare per scolas. Hortamur autem, quod punctatores iuriste et canoniste sic ordinaria cum extraordinariis partiendo compensent, quod libri, quos punctant, veniant complendi et perficiendi eo tempore, quo secundum formam statutorum nostrorum iussimus esse completos. Adicientes etiam, quod punctationes librorum iuris canonici sic punctando se habeant, quod tractatus de poenitentia in volumine Decretorum, quod ordinarie legi precipimus, punctatione facta per numerum lectionum totus vel ipsius pars maior quadragesimali tempore a doctore sit legendus, cum illo tempore melius se conformet. Volumus tamen, quod super quolibet puncto doctoribus assignato possit rector dispensare prorogando usque ad tres vel quatuor lectiones pro puncto et non ultra, habito tamen prius consilio et deliberatione cum bonis et discretis scolaribus illius doctoris, cuius vult super puncto lectiones aliquas prorogare.]

---

2. et extraordinarios *fehlt Fl. Daselbst irrig* canonici *statt* civilis. — qui . . . debent *fehlt P.* — 4. *Nach* completa *schieben beide gleichmässig Verordnungen über die Punctation der Bücher in medicina, philosophia, logica, notaria ein.* — 5. *S. dazu oben Anm. zu Rubr. 75. Die Punkte wurden, nachdem man sie auf Grund der Bücher taxiert hatte, niedergeschrieben, wie dies auch in Toulouse (s oben Einleitung, Paragraph 5) und ebenso in Bologna der Fall war, denn wie hätte sie sonst der Notar publicieren und wie der Rector während des Jahres Controle üben können? Des Gedankens muss man sich entschlagen, als seien die Bücher selbst punctiert worden, wie man verführt durch den Ausdruck* libros punctare *annehmen könnte.* — 6. *In A stand sicher* notarius, *nicht* bidellus, *wie sich in P Fl. findet, denn die Publicatio punctorum gehörte in A dem Notar zu, in P Fl. dem Pedell. S. oben Rubr. 25 und 27 und die betreffenden Anmerkungen. Lérida hierin wie Fl. P:* Item quod si puncta fuerint ordinata doctoribus, quod ea similiter in fine cuiusque termini dicat (bidellus generalis). *Bei Villanueva XVI, 223. Ebenso Perpignan (Hs. fol. xxi), Toulouse (s. oben Einleitung, Paragraph 5) und Montpellier (Statuten Rubr. 27).* — 7. *P Fl. nach* canoniste: ac etiam medici. — 9. *Die Verordnungen hierüber unten Rubr. 105. S. daselbst.* — 14. *Auch in B (Rubr. p. 35) findet sich die Bestimmung,* quod unus decretorum doctor legat in quadragesima tractatum de penitentia. *In Orléans wurde ebenfalls darauf Rücksicht genommen (Bulle Clemens V. im Regest. n. 4056).* — *Fl. P* tempore doctori legendus. *In Fl. darnach* cum illo tempore. — 15. *In den älteren Bologneser Statuten wird nur eine Lection gewährt. S. oben Rubr. 44, S. 315, 17. Dies war auch die Regel in P Fl.* — 19. *P fährt fort:* nisi

De interpretatione statutorum et de opponentibus seu obloquentibus. Rubrica cij.

Karolus magnus legitur fuisse iudicio certissimus et locutione luculentissimus. Quem licet pro posse certis et claris verbis statuta componendo fuerimus imitati: si tamen aliquod ibi dubium interpretationem exposceret, volumus rectores, qui pro tempore fuerint, illud interpretari posse, et adiungantur eisdem tres doctores, duo antiquiores doctores ex legentibus in iure canonico, et antiquior ex legentibus in iure civili. Et trium (*p. 60*) ex illis quinque interpretatio teneatur quoad casum illum tantum, quo interpretatio illa facta est, nolumus enim, quod de interpretatione illa per praedictos possit fieri lex quoad alios, vel generale statutum. Praedicta tamen volumus firma esse, si nullus ex illis, qui condiderint seu reformaverint praesentia statuta, reperiatur tunc in hoc studio.

Ubi autem quatuor vel tres saltim reperirentur, stetur determinationi seu interpretationi ipsorum vel maioris partis ipsorum. Si autem duo vel unus reperiatur, tunc illi duo vel unus associentur rectoribus tantum. Et si discordaverint, adiungantur eis duo doctores, et quod isti fecerint habeatur ratum et firmum, ut supra dictum est. Adicientes, quod si quis opposuerit deinceps coram rectore vel rectoribus in universitate vel alibi, vel in iudicio positus, vel extra, aliquod statutum vel ordinamentum scriptum in libro statutorum nostrae universitatis, qualiacunque verba contineat vel processum secundum formam alicuius statuti

---

aliquis casus fortuitus acciderit in persona doctoris, cuius examen in rectoris discretione comittimus. Addimus etiam, quod si una potius quam alia forma magis congrueret dicta puncta ordinari secundum diversitatem ipsorum, possit rector in universitate propositum facere, non tamen, quod ipsa punctatio (*P* presentatio) aliquo modo in desuetudinem trahatur neque pretereatur. — *Vielleicht fehlt hier noch eine Rubrik mit* J. *S. unten S. 387, 17.*

1. *In P fehlt die Rubrik. Fl. Pad.* (*IV, 20*) De interpretatione statutorum. *Pad. stimmt nur wenig zu B.* — 3. *Fl. Incipit wie B* (*hier* Carolus). — *B* iudicio fortissimus et locutione luculentus. *Der Sinn obiger Worte ist auch in Pad. IV, 35* (De statutariis) *im Beginne ausgedrückt. Im 4. Buche* 'multorum statutorum inepta principia detraximus, partim mutavimus', *sagt Heinrich Murmester IV, 37. Zu diesen* inepta principia *gehört sicher auch das obige.* — 6. *In Fl. den localen Verhältnissen gemäss etwas verschieden.* — 7. *Im Ganzen also fünf.* — 9. *Dieses Statut auch Pad. IV, 20.* — 10. *B irrig* volumus. — 11. *Zu* alios *ergänze aus Pad.* casus. — *Das folgende Statut fehlt Fl. Pad.* — 15. *Etwas Ähnliches in Pad.* — 19. *Folgendes Statut in Fl. fast wörtlich, nur gehört* opposuerit *statt* exposuerit. *In Pad. ebenfalls IV, 35* (De statutariis) *wörtlich bis* nuntiatum (*382, 4*) — 21. *B* qualicunque verbo contineatur. *Correctur aus Fl. Pad.*

scripti ibi sive ordinamenti habitum, non tenere vel iniquum fore seu contra ius factum, ipso iure sit privatus omni comodo et honore nostrae universitatis, postquam fuerit eidem per rectorem vel per partem nunciatum. Huic addendo statuimus, ne quis doctor vel alius legens contra mandata vel processus rectorum vel rectoris, si quos contra scolarem vel alium quemcunque secundum formam nostrorum statutorum fecerint seu per scolas publicari iusserint, in cathedra sibi obloquendi causam assumant vel ipsa eludant quomodolibet vel impugnent poena quinque librarum Bonon. nostrae universitati, si contrafecerint, persolvenda ultra poenam periurii, quam ipso facto in detestationem incurrant. Et hoc statutum ligare volumus doctorem quemlibet, privilegiis etiam seu exemptionibus aliquibus non obstantibus huic statuto obviantibus, quibus in hac causa expresse volumus derogari. Addentes quod nullus doctor, sive scolaris, vel quaevis alia persona audeat vel praesumat impetrare per se vel alium decretum aliquod seu exemptionem contra statuta ab aliquo quam ab utraque universitate sub poena privationis commodi et honoris totius nostrae universitatis, quam ipso facto incurrat talis contrafaciens, quem publicari volumus per rectorem infra octo dies per omnes scolas, nec possit restitui nisi primo solutis universitati nostrae decem libris Bonon.

(*p. 66*). **Quando ligent statuta, et de ipsorum voluminibus.**
Rubrica ciij.

[L igationis tempus et ligaminis statutorum definire manifeste volentes statuimus, quod die, qua statuta in nostra universitate fuerint

9. persolvenda *fehlt in B Druck.* — 10. *Was folgt fehlt Fl.* — 13. *Hinsichtlich des letzten Statuts in Pad. eine eigene Rubrik (IV, 17), jedoch mit weit detaillierteren Bestimmungen* (De arrengantibus contra iura universitatis et scolasticam libertatem). — 20. *Wegen der in B. folgenden 18 Rubriken s. ob. S. 217. 252.*

21. *Diese Rubrik hat obige Gestalt zum grossen Theil erst im J. 1432 erhalten, manches scheint noch späteren Datums zu sein. Das ergibt sich für jenen, der sie aufmerksam liest und mit früheren Statuten vergleicht. — Fl.* Quando statuta ligent et de ipsorum voluminibus et penis volentium ea infringere. *In P fehlt die Rubrik. In Pad. bloss (IV, 36)* De voluminibus statutorum universitatis (*eigentlich die letzte im Codex, denn die 37. enthält nur die Veränderungen, welche 1463 gemacht wurden*). *Sie beginnt* Ex nunc autem revocata, *d. i. wie B nach den oben eingeklammerten Worten (Druck verschieden).* — 23. Tempus ligationis . . . subiectos *Fl., wo auch* iniri *statt* definire. *A begann wohl des Anfangsbuchstabens wegen wie oben. In B Incipit:* Eadem die et hora, postquam publicata sunt vel pro publicatis habita, volumus quod ligent statuta, illis exceptis, de quibus, quando ligent, specialiter est expressum. *Wie schon Gherardi erkannt hat, ist die Rubrik in Fl. defect. Von den volumina*

publicata, vires habeant et ligare incipiant. Quibus statutis omnes secundum eorum conscientiam volumus esse subiectos.] Et ex nunc revocata esse volumus omnia statuta hoc volumine non inserta, et omnia alia volumina statutorum, ac etiam omnes provisiones, omnia gesta et acta retroactis temporibus factas vel facta, quae statutis praesentibus minime sunt insertae vel inserta, clausulis derogatoriis non obstantibus quibuscunque, etiamsi de eis in statuto huiusmodi de verbo ad verbum fieri deberet mentio specialis. Addentes, quod per totum mensem februarii fieri debeant quatuor volumina statutorum, quorum duo teneant ambo rectores, quilibet unum, et tertium in statione generali universitatis ligatum cathenis ferreis volumus permanere, quartum vero poni volumus in camera actorum ad perpetuam rei memoriam, poenam periurii et decem librarum Bonon. ipso facto incursurus rector vel rectores ambo, qui statutum seu librum statutorum cathenis in statione ligatum substulerit vel removerit vel consenserit, ut removeatur, tacite vel expresse, etiamsi ad tempus removere voluerit; eandem poenam incurrere volumus quemcunque scolarem vel alium, qui removerit praedicta statuta vel consenserit removeri. Et eadem poena ligamus bidellos generales, qui statim cum sciverint non nunciaverint ambo(*p. 67*)bus rectoribus. Et quia rector necesse habet statuta penes se habere, ideo volumus, quod notarius nostrae universitatis satisfacto sibi competenter de scriptura scribere teneatur in praedicto loco stationis, ubi praedictum volumen fuerit ligatum. Et ne dubium oriatur statuimus, quod statuta, quae debent esse penes rectorem ultramontanum, scribantur expensis ultramontanae universitatis, et statuta, quae debent esse penes rectorem citramontanum, expensis universitatis citramontanae, statuta vero quae esse debent in statione et in camera actorum, expensis communibus scribantur scilicet utriusque universitatis. Districte inhibentes, ne quis rector, scolaris vel notarius, officialis vel alius quicunque audeat addere, detrahere vel supplere (ultra illas rasuras et additiones, de quibus infra

---

und den Strafen wird nicht gesprochen, wie man doch dem Titel nach erwarten sollte. — 1. *Pad. darüber eine eigene Rubrik* (*IV, 18*) Quod omnes gaudentes privilegio scolastico statuta observent. — 2. *Fl.* continentiam. *Von hier an Pad. IV, 36. Dagegen Fl. nichts mehr.* — 4. *Pad. nach* statutorum *wieder verschieden.* — 9. *In Pad.* tria volumina, *weil nur ein Rector war. Was in B bis 114, 5 folgt, fehlt in Pad.* — 9. *Hinsichtlich des muthmasslichen Aufbewahrungsortes wenigstens eines Exemplares der Statuten in* arca universitatis *s. oben Rubr. 75 S. 357, 23. In Pad. ist auch hier wie dort das Statut, dass ein Exemplar in arca sein müsse.* — 28. Districte ... remitti non possit *auch Pad., doch mit mehreren Varianten.* — 30. *Es können hier nur die nach den städtischen Statuten im 4. Buche folgenden Reformationes, durch die vieles ältere cassiert wurde, gemeint*

in fine fit mentio specialis) vel quomodolibet maculare statutum aliquod in voluminibus praedictis descriptum ultra poenam periurii cuicunque officiali, quem id fecisse constaret, poenam privationis perpetuae infligentes, quae non solum per rectores remitti non possit: immo sub poena periurii, cum hoc illis vel ipsorum alteri nunciaretur vel de hoc haberentur probabiles coniecturae, quisquis eorum etiam altero resistente teneatur inquirere et poenam praedictam, si de hoc constiterit, declarare. Addentes, quod statutis in hoc volumine descriptis nullus inscribere vel detrahere audeat. Pertinaciter autem asserentes, illa in totum vel in partem ex defectu potestatis vel inhabilitatis alicuius vel quia in eligendis statutariis vel quia in prosecutione statutorum scilicet reformatione, additione, compositione vel detractione non fuerit servata forma statuti quod incipit: *Sancitum est* etc. sub rubrica De statutariis et revocatione statutorum, vel quia prorogationes ad prosequendum statuta non fuerint rite et recte factae iure statutorum vel consuetudinis forma non servata, vel alia de causa non valere: privamus omni nostrae universitatis ipso facto commodo et honore, et nihilominus poenam periurii incurrant et vigintiquinque librarum Bon. incurrant, [quam] rectores etiam ad petitionem unius de statutariis exigere debeant sub poena privationis officii et periurii, quam ipso facto incurrant.

Item statutarii nostri, qui praesentia statuta reformaverunt, correxerunt et addiderunt, gaudeant per quatuor annos continuos plena exemptione, non obstante statuto posito sub rubrica De statutariis. Statuimus etiam nobis ipsis reservando potestatem etiam post publicationem istorum statutorum faciendi transcribere et in publicam formam reducere (et nihilominus ista publicata obtineant roboris firmitatem; volumus etiam statuta penes nos remanere, quousque transcripta fuerint in publicam formam redacta, et si interim rectores statutis indiguerint, mittant ad domum prioris statutariorum et ibi eis copia fiat), describere et in formam statutorum reducere privilegia noviter concessa. [Volumus etiam], quod statuta civitatis inserta in volumine statutorum antiquorum illa tantum describantur, quae pro universitate faciunt; quod si in transcribendo appareant dictiones, orationes sive clausulae contrariae, superfluae, sive non conformes: removeantur, et addantur, quae sunt ad decorem, ordinem, corroborationem et observantiam.

---

sein. Daraus folgt, was sich auch sonst ergibt, dass diese Schlussrubrik nach 1432 eine Umwandlung erlitt, denn die Reformationes sind aus späterer Zeit. — 1. *B* ad statutum. *Pad. richtig.* — 8. inscribere] insistere *B.* — 13. *S. oben Rubr. 20, die in B wie oben beginnt.* — 23. *Rubr. 20. Dort waren aber in B, d. i. 1432, nur 2 Jahre gewährt, eines in A. Sicher ist obige Bestimmung nach 1432 gemacht worden.* — 35. *In Fl. folgen nun nach obiger Rubrik 13 andere, von denen vier bereits früher erwähnt wurden; sie alle erweisen sich dem Anscheine*

Appendix.

[De collectis doctorum. Rubrica ciiij.

Item statuimus, quod nullus doctor faciens collectam ordinarie vel extraordinarie possit facere collectam ante festum s. Andree sub pena

nach ebenso als Nachträge (obgleich wahrscheinlich im J. 1388 angefertigt), wie die 13 Rubriken, welche in P nach der Rubrik (III, 19) De punctatione librorum *stehen, von denen eine (22)* De poena inferentis iniuriam rectori *oben S. 372 herbeigezogen wurde. P Fl. gehen auch bezüglich dieser Rubriken sowohl dem Titel als dem Inhalte nach völlig auseinander. Die Anfangsbuchstaben sind da und dort durchweg ausser jeglicher Ordnung, was in solcher Weise vorher nicht der Fall ist. In Pad. folgt als Schlussparagraph* Enumeratio omnium novarum additionum in hoc volumine contentarum. *(Im Drucke fehlt die Rubrik.) Darin werden eine Menge von Veränderungen aufgezählt, welche das frühere Statutenbuch durch Rector Heinrich Murmester von Hamburg und 8 consiliarii im J. 1463 erfahren hat. S. dazu unten Beilage.*

1. *Ich lasse hier jene Rubrik aus Fl. folgen, von der ich oben am Beginne zu Rubr. 46 gesprochen habe. Sie steht in Fl. gerade dort, wo in A eine Rubrik mit* D *beginnen sollte, die aber in B fehlt. Allerdings conveniert nicht das Incipit obiger Rubrik; allein in Fl. wurde das alte Bologneser Incipit oft in* Item *oder* Item statuimus *ungeändert, wie man beispielsweise oben Rubr. 46. 47. 48 u. s. w. ersehen kann. Dass in den älteren Bologneser Statuten ähnliche Bestimmungen* De collectis doctorum *vorkamen, erhellt auch sonst. Die Collecten der Doctoren werden in A erwähnt. Vgl. Rubr. 42 (auch B) 43. 44. In B noch Rubr. 63. Sollen nun darüber keine Verordnungen existiert haben? Merkwürdiger Weise, aber für jenen leicht erklärlich, der den Ursprung kennt, stehen auch in den Statuten Léridas vom J. 1300 mehrere Bestimmungen über die collectae der Doctoren gerade wie in Fl. zwischen Statuten über die Lectiones und solchen De disputationibus. (Bei Villanueva XVI, 222 sq.) Beide gehen eben auf dasselbe Vorbild, die Statuten Bolognas, zurück. Ebenso finden wir in den Statuten der Universität Montpellier die Rubrik (25.)* De collectis doctorum *(bei Germain, Étude historique sur l'école de droit etc. p. 95). Weshalb man später in Bologna diese Rubrik unterdrückte, ist nicht unschwer zu errathen. Ende des 14. Jhs. und noch mehr später gab es daselbst bereits so viele von der Commune besoldete Professoren (s. meine Universitäten des Mittelalters I, 208 f., Savigny III, 244 f.), dass die Verordnungen über die Collectae ihren Werth fast verloren, da die von der Commune Salarierten eigentlich keine Collecta von den Scholaren nehmen sollten. Aus demselben Grunde fehlt die Rubrik auch in Padua und Perugia, ja selbst in Florenz wurde gerade deshalb im J. 1431 das alte Statut zum Theil aufgehoben (s. Rubr. 109 daselbst im Nachtrage).*

Oben bringe ich nur jene Paragraphen, die sich auf die Juristen beziehen. — 3. *Ähnlich in Lérida:* Collectam ante festum b. Andree *(30. Nov.)* et ultra festum carnisprivii facere non presumant doctores. *In Montpellier:* doctores

florenorum auri quinquaginta applicandorum camere universitatis nostre. Post festum vero s. Andree facere possint infra octo dies, quacunque die voluerint. Et non ultra quam semel facere possint collectam in anno. Doctores ergo iuris canonici et iuris civilis ordinarii et extraordinarii occasione sue collecte tantum unum florenum auri a suis scolaribus audeant exigere, et non ultra. Legentes vero in Notaria facere possint in anno duas collectas, et pro qualibet vice et quolibet scolare suo possint accipere medium florenum, et non ultra. Et hoc si tantum Notariam legant. Si vero legant librum Institutionum, possint eodem modo ab audientibus Institutam facere duas collectas et non plures, pro qualibet vice percipiendo a quolibet scolare medium florenum, et non ultra. Duas autem dictas collectas faciant: unam post festum s. Andree et non ante, aliam vero de mense maii et non ante. Et teneantur dicti

legentes ordinarie . . . primam collectam ex duabus, quas tantum possint facere et non ultra, faciant inter festum s. Andree et festum Natalis domini; secundam autem, que pro banchis fieri consuevit vel etiam pro doctorum salario, si in prima collecta forte non fuerit satisfactum, inter festum Natalis domini et carnisprivium facere teneantur. *In Bologna hatten wohl ebenfalls zwei Collectae statt, wie dies in Lérida und damit übereinstimmend in Montpellier der Fall und auch in Fl. für die legentes in notaria vorgeschrieben war. Durch die Bestimmung in Montpellier (s. oben) erhalten wir einiges Licht über die Aufzeichnungen des Nardus de Clusio (in einer Pandektenhs. der k. öffent. Bibl. zu Stuttgart. Cod. iur. Fol. 72 Bl. 1b), der zwischen 1324 und 1335 unter Rainer von Forlì und Jacob de Belviso in Bologna studierte (s. Savigny III, 256):* Item dedi domino Ray. meo doctori pro suo salario . . . unum florenum. Item dedi domino Belvisi pro bancis et domo . . . decem solidos. *Hier haben wir also zwei Collectae, eine* pro salario, *die andere* pro banchis, *gerade wie in Montpellier. Der Hörsaal, in welchem Rayner vortrug, gehörte wie es scheint dem Jacob de Belviso. Gewiss war in Bologna nicht wie in Fl. bloss der Zeitpunkt* infra octo dies post festum s. Andree *fixiert, sondern wie in Lérida und Montpellier mehrere Wochen, denn sonst geben die Worte oben in Rubr. 42 keinen Sinn:* per tot septimanas eorum (doctorum) suspendantur collecte *etc. Was aber die Bezahlung anlangt, so musste in Lérida der scolaris* audiens decretum *dem Doctor* tempore collecte viginti turon. argenti pro tota lectura ipsius libri *geben,* die audientes leges sive decretales pro lectura decem solidos jaccenses et non minus *(bei Villanueva p. 220 sq.), was in den Statuten der Universität Perpignan aus dem Ende des 14. Jhs. mit* 'unum florenum auri' *wie in Fl. und Bologna identificiert wurde (Hs. in der Stadtbibl. zu Perpignan fol. xx^a). In Montpellier* pro tallia doctoris *(d. i. die erste Collecta)* decem solidos, et quinque solidos pro banchis *(die zweite Collecta). Alle weiteren Ausführungen gehören in den zweiten Band meiner Universitäten. Wegen der Collecta für das Sextum s. oben Rubr. 43.* — 6 *Nun folgen Verordnungen für die Professoren der übrigen Facultäten.*

legentes in Notaria libros quos legunt bis in anno legere et complere, videlicet semel incipiendo post festum s. Luce usque ad dominicam Ulivarum exclusive, et post festum Resurrectionis usque ad festum s. Marie de mense augusti exclusive. Nec possit aliquis doctor vel legens in aliqua dictarum facultatum librum alicuius scolaris, quem occasione collecte acceperit, soluta dicta collecta aliqua alia de causa vel ratione retinere, sed incontinenti reddere. Et si scolaris dictum suum librum requisiverit, et doctor reddere recusaverit vel se eum perdidisse dixerit, teneatur ad valorem et extimationem dicti libri. Et rector predicto doctori interdicat actum ministerii, si infra octo dies assignatos non satisfecerit, quousque predicto scolari satisfactum sit; nec doctor predictus vel legens, quicunque fuerit, excusatus sit, etiamsi de casu fortuito vel alio quocunque modo predictum librum perdidisse asseruerit. Et hoc statutum per notarium universitatis omni anno infra octo dies a principio studii legatur semel per scolas cuiuslibet doctoris hora sua, pena rectori librarum x florenorum parvorum, si hoc observari non fecerit, imminente.]

[Quod quilibet legens vel collectam faciens debeat librum quem inceperit perficere, et quo tempore. Rubrica cv.

Item statuimus, quod quilibet doctor et bachalarius in iure canonico vel civili salariatus vel collectam faciens per se vel per alium (qui, si iuste impeditus fuerit, et per rectorem et consiliarios fuerit legiptime

---

2. *Palmsonntag.* — 3. festum S. Mariae de mense Augusti *15. August.* — 4. *Nach* exclusive *wiederum Bestimmungen für die übrigen Fächer.* — 5. *Dieser Brauch war in Bologna sehr alt, wie wir aus Roffred, Libelli juris civ. de off. jud. quo petunt salaria etc. erfahren:* hodie tamen ita usus est, ut salaria promissa a scolaribus doctores exigant et libros scolarium pro collectis capiunt, ut tutius sit eis pignori incumbere, quam in personam agere. *Cod. Burghes. 135 (nicht foliiert), und meine Universitäten I, 199.* — 9. rector] hoc *Fl.* — 15. *Auch in Lérida hatte der Rector darüber zu wachen.*

17. *Das ist die zweite Rubrik in Fl., die ich am Beginne von Rubr. 46 erwähnt habe. Bis S. 388, 9 und von 389, 10 ff. hängt sie mit der vorhergehenden, d. i. der ersten, aufs engste zusammen, und stützt sich wie jene wahrscheinlich auf die Bologneser Statuten. Sie besass in A wohl ebenfalls ein Incipit mit* D, *denn, wenigstens in der Regel, sollten im 2. Buche der Statuten je zwei (wie im 3. je drei) Rubriken mit demselben Anfangsbuchstaben beginnen. — Eine allgemeine Ordnung der Vorlesungen schreiben auch jene Universitäten vor, an denen wie z. B. in Montpellier, Toulouse, Orléans, die Puncta taxiert wurden, obgleich sie allerdings hinsichtlich der Bestimmungen divergieren. Ja die allgemeinen Umrisse bilden geradezu die nothwendige Voraussetzung für die Eintheilung in Puncta; die Punctatoren mussten eben genau wissen, in welcher Weise die Libri von den einzelnen Professoren ge-*

substitutus) teneatur librum seu tractatum quem inceperit perficere, sub pena xxv librarum universitati nostre penitus adplicanda. Hoc tamen addito, quod si doctor aliquis vel bachalarius dimicteret (dum tamen non ultra tres partes de quactuor partibus libri vel tractatus, quem legendum inceperit), tunc xx librarum denariis camerario per eum persolutis dimidiam collectam suis scolaribus restituere teneatur. Si vero ante medietatem libri vel tractatus desisteret a legendo, tunc totam collectam scolaribus suis restituere teneatur, et nichilominus xxv libras florenorum parvorum universitati nostre persolvat. Et libros, quos legendos assumpserit, teneatur complere infrascripto modo legendo. Legentes Decretum debeant complevisse extraordinaria eiusdem libri in kalendis augusti ordinaria vero in kalendis septembris: et idem per omnia disponimus de legentibus Decretales. Legentes vero Sextum librum decretalium et Clementinas teneantur legisse totum, scilicet Sextum et Clementinas usque ad dies octo septembris. Hoc etiam addito, quod dicto tempore teneantur legisse et complevisse Arborem consanguinitatis domini Iohannis Andree et titulum De regulis iuris. Doctores vero in iure civili legentes, eo anno quo legunt Codicem, illum perficiant hoc modo, videlicet, quod extraordinaria Codicis debeant complevisse in kalendis augusti, ordinaria vero dicti libri debeant perfecisse in kalendis septembris. Eo vero anno, quo legent ff. vetus, debeant eius extraordinaria perfecisse in festo Sancte Marie de mense augusti; ordinaria vero dicti libri complevisse debeant in festo Sancte Marie de mense septembris. Doctores vero legentes extraordinarie, videlicet Infortiatum, ff. novum et Volumen, debeant singulis annis librum quem legerint perficere, ac etiam regulariter in kalendis septembris penitus complevisse. Qui vero contra hoc statutum fecerit vel contra aliquam eius partem, libras xxv florenorum

---

lesen werden und wann sie dieselben vollendet haben mussten. Darnach richtete sich die taxatio punctorum, und deshalb wird auch in Rubr. 101 auf die folgenden Bestimmungen hingewiesen. Hinsichtlich dieser allgemeinen Umrisse berief man sich in Perugia am Schlusse von II, 9 (d. i. oben Rubr. 44) auf die vetustissima consuetudo hactenus observata. *In zweifelhaften Fällen* possit rector unacum consiliariis aut maiori parte habita aliorum studiorum vera informatione prout scolaribus melius videbitur expedire statuere et determinare. *Die consuetudo glich wohl der in Florenz. Eines darf man jedoch bezüglich folgender Umrisse nicht vergessen, dass ein Doctor allein das Decret in einem Jahre nicht fertig lesen konnte. Es waren wohl zwei Doctoren, wie später in Bologna, beabsichtigt, die aber in anderer Weise, als in den Bologneser Statuten vom J. 1432 vorgeschrieben ist, vortrugen. Darüber in meinen Universitäten 2. Band. — 19. Zum Folgenden vgl. Odofred oben S. 249 Anm. 3. — 22. 15. August. — 23. 8. September. Dies stimmt völlig zu Toulouse. S. oben S. 244 Anm. 2.*

parvorum nostre universitati solvere teneatur. Teneatur etiam quilibet doctor infra xv dies post inceptionem studii extraordinaria libri quem legit incipere et continuare, qualibet septimana, in qua ultra unam diem ab ordinariis lectionibus non cessatur, bis de ipsis extraordinariis legere, preterquam in illa septimana, qua occurreret ipsius doctoris repetitio vel disputatio necessaria. Tunc autem dictus doctor repetens vel disputans saltem septimana illa de extraordinariis semel legere teneatur; et idem, quod in ipso, et in aliis statuimus, quando in septimana duo festa vel plura occurrant, dummodo saltem tribus diebus ordinarie legatur in illa. Item hoc addito, quod nullus doctor collectam faciens ordinariam vel extraordinariam libri, quem legit, audeat aliis delegare in totum vel in partem, nisi a rectore et maiori parte consiliariorum licentiam habuerit. Et ipse possit tantum de extraordinariis dimissum, prout sibi placuerit, aliquas lectiones [aliis] committere, dummodo dicta commissio lectionum decem numerum non transcendat. Et hoc statutum locum habeat in doctoribus et bacchalariis collectam facientibus in iure canonico et civili. In scientia vero medicine et in aliis facultatibus legentibus illud servetur, quod in alio statuto ad hoc est specialiter provisum. Et hoc statutum ante festum Nativitatis domini per omnes scolas omni anno publice legatur sub pena notario nostre universitatis non legenti librarum decem florenorum parvorum [imminenti] et rectori totidem.]

---

1. *Aus Folgendem erhellt, dass derselbe Doctor, welcher über einen liber ordinarius, d. i. Codex, Digestum vetus, Decret und Decretalen las, auch die extraordinaria desselben lesen musste. So war es auch in Toulouse, wie aus dem oben S. 244ff. mitgetheilten Schema erhellt. Die Regel war, dass in der Woche zwei ausserordentliche Vorlesungen gehalten wurden. Der eine Doctor konnte dies fertig bringen, da sich die genannten extraordinaria verhältnissmässig auf ein Minimum reducierten. Man vergleiche oben das genannte Schema. Vielleicht verstand Odofred dasselbe in der häufig citierten Stelle ad l. fin. Dig. de divort. (bei Savigny III, 263 d). In Montpellier (Rubr. 11) und Orléans war es anders.* — 8. quando] quod *Fl.* — 10. *Zum Folgenden vgl. Rubr. 44.* — 13. *Ähnliche Verordnungen gab es an allen Universitäten.* — 19. festum] pascha *Fl., wodurch auch in Fl. bloss* festum *ausgedrückt wird, wie dies vereinzelt im Mittelalter (s. Ducange-Henschel V, 116 sq.) und im ital. heute noch vorkommt, z. B.* la pasqua di Natale.

Index zu Statuta universitatis scholarium iuristarum Bononien[1]).

i. Praefatio historica.

Liber primus.

De rectoribus, ipsorum syndicis, consciliariis et communibus officiis.

ij. Quales debent esse rectores.
iij. Quod rectoratus non procuretur.
iiij. Quando debent eligi rectores et per quos.
v. De quibus nacionibus sint eligendi rectores.
vj. Qualiter et per quos fieri debet electio rectoris et de exemptionibus contra electum.
vij. Per quem publicetur electio rectoris et de excusacionibus electi.
viij. Forma iuramenti rectorum.
ix. De immunitate rectorum.
x. De iurisdictione rectorum, et diebus, quibus sedere tenentur.
xi. Ad quid rectores specialiter teneantur.
xij. De substitucione rectorum.
xiij. De syndicis rectorum.
xiiij. De numero consciliariorum et nacionibus, ipsorum electionibus, excusacionibus et subrogacionibus.
xv. Iuramentum consciliariorum.
xvj. De tractatu consciliariorum.
xvij. De supervenientibus per consciliarios nunciandis et per repetitores.
xviij. De massariis.
xviiij. De petiariis.
xx. De statutariis et revocatione statutorum, et gratiis optinendis contra illa.
xxi. De electione mercatorum facienda singulis annis.
xxij. De denuntiacionibus doctorum non servancium puncta vel statuta.
xxiij. De advocatis et syndicis universitatis.
xxiiij. De creacione notarii et quantum duret eius officium.
xxv. De officio notarii et ipsius salario et solutionibus sibi faciendis.
xxvj. Iuramentum bidelli generalis.
xxvij. De officio bidelli generalis.
xxviij. De collectis bidelli generalis.

---

1) *Ein Index fehlt natürlich in der Hs. von Pressburg, im Drucke steht Anfangs der Statuten ein verwirrender; einfacher ist der der Hs. vom J. 1507, ebenfalls am Beginne.*

xxviiij. Iuramentum stacionariorum librorum et petiarum.
xxx. Ad quid tenentur stacionarii librorum.
xxxj. De venditione facta per stacionarios vel eorum institores de libris.
xxxij. Quantum recipere debeant stacionarii de venditione librorum.
xxxiij. Iuramentum et satisdacio stacionariorum petiarum.
xxxiiij. De pignoribus petiarum et ipsorum perdicione.
xxxv. De pena stacionariorum, qui scriptoribus vel correctoribus interdictis petiam concesserunt.
xxxvj. De taxationibus petiarum et quaternorum.
xxxvij. De arbitrio rectorum et consiliariorum super stacionariis librorum et peciarum.
xxxviij. De ligatoribus librorum.
xxxix. Quod nullus removeatur de suo officio nisi per universitatem, etiamsi sit inutilis.

Liber secundus.

De doctoribus salariatis et aliis, de bachalariis, doctorandis, de bidellis doctorum et hospiciis.

xl. De electione doctorum salariatorum.
xli. De electione doctoris ad lecturam Sexti.
xlij. Forma iuramenti doctorum.
xliij. De inchoatione studii et festivitatibus per doctores faciendis.
xliiij. De forma procedendi per doctores in lectionibus, et de punctis et de penis ipsorum.
xlv. Quod nulla decretalis, lex vel paragraphi dimitantur per doctores et de ipsorum repetitionibus.

[Ergänzung aus der Statutensammlung des Js. 1432, resp. der Hs. vom J. 1507.]

xlvj. Qui et quando debeant disputare et disputationibus adesse.
xlvij. De quaestione disputanda et in scriptis danda.
xlviij. De absentatione doctorum.
xlix. De rogationibus per doctores scolaribus non faciendis.
l. Quod propter doctorum et aliorum exequias a lectionibus possit abstineri.
lj. Quod doctor privatus non possit restitui nisi per universitatem.
lij. De scolaribus legentibus extraordinarie et quantum solvere debeant universitati.
liij. Quod baccalarii possint bis in septimana intrare.
liiij. Triplex iuramentum promovendorum ad doctoratum.
lv. Quantum doctorandus debeat studuisse.

lvi. De praesentatione scolarium doctorandorum.
lvij. De punctis in privata examinatione.
lviij. De publicis examinationibus.
lix. De solutione facienda universitati et doctoribus, bidellis et aliis per scolares doctorandos.
lx. De recipiente librum in secreto.
lxj. De iuramento bidellorum doctorum ordinarie legentium et extraordinarie.
lxij. Qui dicantur esse bidelli et ad quid teneantur, et quantum recipere debeant pro collectis palearum.
lxiij. De collectis bidellorum specialium.
lxiiij. De hospitiis, et eorum taxatione et conductione.
lxv. De pensione non augenda nisi hospitium sit melioratum, et ipsius reparatione.
lxvj. Quod nullus scolaris debeat hospitium conducere in quo alter scolaris habitet.
lxvij. De privilegiis doctorum in conducendis hospitiis, et ne ipsi vel scolares conducant hospitia interdicta.
lxviij. De hospitiis interdicendis propter iniurias et damna personarum vel illata singularibus, et studio suspendendo.
lxix. De poena hospitum, qui conveniunt doctores vel scolares propter hospitium interdictum.
lxx. De renunciatione iuris inquilinatus et ipsius cessione.
lxxj. Quod socius recedens ab hospitio dimittat claves et cameram sociis.
lxxij. Quod hospites ante finem anni non possint scolaribus auferre hospicia.
lxxiij. De domibus in quibus habitant scolares non destruendis.
lxxiiij. Quod rectores cum consiliariis non dispensent super hospiciorum statutis.

Liber tertius.

lxxv. De arca et sigillo universitatis, et iuramento scolarium ipsorum concernente utilitatem.
lxxvj. De iuramento scolarium et Bononiensium.
lxxvij. De periurio evadendo propter ignorantiam vel solutionem quinque solidorum.
lxxviij. De sedibus consiliariorum in congregatione universitatis.
lxxix. De scolaribus unius universitatis non recipiendis in aliam, et quod respiciatur origo.
lxxx. De modo partiti ponendi in universitate.
lxxxj. De armis ad universitatem non ferendis.

lxxxij. De exequiis et suffragiis mortuorum.
lxxxiij. De compaternitate et commodatione.
lxxxiiij. De poena advocantium contra scolarem.
lxxxv. De vestibus scolarium.
lxxxvj. De ludo taxillorum
lxxxvij. De scriptoribus et famulis scolarium.
lxxxviij. Quod nullus scolaris debeat ratione privilegii denunciare aliquem Bononiensem.
lxxxix. De calumniosis accusationibus, et bannis absentium.
lxxxx. De poena iudicis secularis spernentis privilegium scolarium.
lxxxxj. De offensa scolaris propter officium universitatis.
lxxxxij. De poenis iniuriantium scolaribus et rectoribus.
lxxxxiij. Quid solvere debeant supervenientes et restituti.
lxxxxiiij. De forma in suspensione studii, et limitatione arbitrii dati sapientibus quoad illa et quoad quaedam alia.
lxxxxv. De festivitatibus per universitatem processionaliter cum cereis honorandis.
lxxxxvj. De festivitatibus nationum.
lxxxxvij. De prepositis nationum et consiliariis ultramontanis.
lxxxxviij. Quod statuta nationum ultramontanarum ab ipsarum scolaribus observentur.
lxxxxix. De scolaribus recedentibus non associandis.
c. De procurantibus divisionem vel subtractionem salarii, quod datur a comuni Bononiensi.
cj. De punctatione librorum.
cij. De interpretatione statutorum, et de opponentibus seu obloquentibus.
ciij. Quando ligent statuta, et de ipsorum voluminibus.

Appendix.

ciiij. De collectis doctorum.
cv. Quod quilibet legens vel collectam faciens debeat librum quem inceperit perficere[1]).

---

1) Zu S. 254, Anm. 1 habe ich hinsichtlich des Wappens folgende Notizen nachzutragen, welche ich der grossen Freundlichkeit des Herrn Geh. Staatsarchivars und Archivraths Dr. E. Friedlaender verdanke. Auf meine Anfrage hin wandte er sich an den Vorsteher des k. Heroldsamtes in Berlin, Heroldsmeister v. Borwitz, bekannt wegen seiner erstaunlichen Kenntniss auf diesem Gebiete, von welchem er folgende Auskunft erhielt. Das Wappen unserer Hs. haben in den gleichen Farben mehrere Familien geführt: 1) die Ligny im Lüttichschen; 2) die Vicomtes de Dare, ebenfalls im Lüttichschen;

Beilage.

De origine et progressu iuris scolastici Paduani[1]).

Ne ingratitudinis ac invidie crimine accusari merito valeamus, nomina eorum, qui ante nos simili condendarum institucionum beneficio universitatem nostram affecerunt, nolumus aboleri.

---

3) die Blumenau im Elsass (s. Siebmacher, Wappenbuch ed. O. v. Hefner, II. 10. Abthlg., Tafel 5; alte Ausg. V, 148); 4) die Florentiner Familie Giacomini. Der Güte des Conte Nerio Malvezzi und des Herrn Staatsarchivars Malagola in Bologna schulde ich es, dass ich in dieser Woche zu Bologna in die Aushängebogen der von Dr. Friedlaender so mustergültig edierten Acta nationis germanicae, ein prächtiger Band, Einsicht nehmen konnte. Von den oben genannten Namen kommt keiner um oder nach Mitte des 14. Jhs. in den Acta vor. Auch konnte ich nicht eruieren, ob ein Giacomini um jene Zeit in Bologna studiert hat. Sicher scheint nur zu sein, dass das Wappen keiner ungarischen Familie angehört. Möglicher Weise gehörte die Hs. einmal der Corvinischen Bibliothek an. Bekanntlich hat ja Mathias Corvinus seine Bibliothek mit Büchern aus aller Herren Ländern versehen. So kann auch diese Hs. von Bologna, wo zur Zeit des Mathias Corvinus nicht mehr die Statuten vom J. 1317–1347, sondern die Reformatio vom J. 1432 Geltung hatte, und erstere nicht mehr berücksichtigt wurden, in die königliche Bibliothek gekommen sein.

Bei meinem jüngsten Aufenthalte in Bologna erfuhr ich zugleich vom Staatsarchivar Malagola, dass er zur Universitäts-Jubelfeier die von mir oben benützten Statutenbücher der Juristen-Collegien sowie der S. 199 citierten Statuta universitatis scolarium Medicine et Artium und die Hs. vom J. 1507 mit der Reformation vom J. 1432 veröffentlichen werde.

Schliesslich spreche ich hier dem hochwürdigsten Herrn Titularbischof Heiller in Pressburg, den Herren Canonicus Dankó in Gran und Canonicus und Kapitelsbibliothekar A. Pór in Pressburg, welche mich bei meinem Aufenthalte in Pressburg auf das liebenswürdigste unterstützten, sowie Herrn Stadtarchivar Batka, welcher die Correcturbogen mit der Hs. verglich, meinen wärmsten Dank aus. Derselbe gebürt auch P. Anton M. Josa, Praefect der Biblioteca di S. Antonio in Padua, der mir die nöthigen Abschriften aus Cod. 1381 der Bibl. civica besorgte.

1) *Da ich oben in der Einleitung oftmals auf dieses historische Prooemium der Paduaner Statuten hingewiesen habe und der Druck fehlerhaft zugleich und selten ist, lasse ich es hier nach Cod. 1381 der Bibl. civica zu Padua, wo es fol. 3 als Rubr. 1 steht, folgen. Die Hauptsache dieser Rubrik stammt nicht erst aus dem J. 1463, sondern ist älter. Heinrich Murmester, der im genannten Jahre als Rector die Reform der Statuten leitete, sagt im Schlussparagraphen IV, 37 bloss:* in statuto de origine et progressu iuris scolastici Paduani multa addidimus, quorum mentionem facere veteres statutarii pretermiserant.

Originem igitur ac progressum huius nostri iuris scolastici breviter perstringamus.

Studium iuris in hac amplissima urbe regia Paduana adeo multos ante annos inceptum est, ut de eius initio ad nostri temporis cognitionem nichil pervenerit. Hoc tamen constat, anno a Christi nativitate MCCIx universitatem nostram in unum corpus redactum ius universitatis ab reliquis civibus separatum habere incepisse, primumque rectorem utriusque universitatis Gosaldum quemdam Hispanum fuisse, eumque statuta nonnulla ad utilitatem scolarium scripsisse, sed pauca admodum nimisque defectuosa, prout in cuiusque rei origine fieri consuevit. Post hunc anno sequenti duo rectores creati, alter transalpinus Henricus de sancta Petronella prepositus Frisensis, alter cisalpinus Franciscus de Novaria canonicus Paduanus, pleraque condiderunt et in volumen redigerunt. Anno vero MCCIxvij Joannes prepositus natione germanus vir magni splendidique animi nostram universitatem plurimis pulcherrimisque privilegiis decoravit de conducendis scilicet domibus de eligendisque doctoribus, quod fuit maximum privilegium scolastice libertatis. Post hunc Amon quidam Gebenensis pleraque statuit de electione doctorum, de litibus inter scolares et librarios nonnulla. Anno vero MCCIxxj Nicolaus Polonus archidiaconus Cracoviensis et Joannes de Montelongo archidiaconus Aquilegiensis statuerunt, quando studium esset inchoandum; item de festivitatibus et alia huiusmodi. Post hos per annos octo Philippus de Speciariis Veronensis omnes supradictorum constitutiones ordinatius in volumen redegit. Anno deinde MCCC Teonitarius de Thedaldis Parmensis diminuit correxitque pleraque, licet per alteram universitatem non fuerint approbata. Sequenti vero anno Joannes de Bononia prepositus dum multa vetera reprobare conaretur recepta non fuerunt. Anno deinde sequenti Rudolfus de Augusta et Bonus de Mora Mediolanen. rectores creati magna diligentia constitutionibus superiorum adhibitisque [ex] Bononiensi scolarium universitate statutis volumen effecerunt. Alios etiam nonnullos nostre universitatis rectores, quorum etiam nomina et opera ad cognitionem nostram non pervenerunt, successive boni aliquid addidisse de suo credendum est.

Ad hec autem usque tempora et ultra usque ad annum MCCCIxxxxix universitas Artistarum subiecta quodammodo ac tributaria nobis extitit, percipiebantque etiam rectores nostre universitatis et ipsa universitas nostra ex singulis Artistarum conventibus emolumenta quedam, prout a nostris nunc percipit. Eo autem anno xxvij. Julii Franciscus Amella Catalanus Ultramontanorum, et Joannes Infude de Regio Calabrie Citra-

5. nativitate *Ergänzung aus Druck.* — 23. *Hs.* Spiciianis, *Druck* Specianis. — 29. *Oben S. 231 ist nach* diligentia *das Komma zu streichen.* — 31. ex *aus dem Druck ergänzt.* — 39. *So enthält der Druck. Hs.* Fufude.

montanorum rectores, iuristarum universitatis totius nomine (ut magnifico domino Francisco de Carraria tunc huius regie urbis dominium obtinenti morem gereret, accepta prius ab eo donationis nomine ea domo, quam nostra universitas possidet) hac subiectione Artistarum universitatem liberaliter exemerunt. De qua re publicum instrumentum, quod adhuc extat in capsa universitatis repositum per Zilium Fantini de Calvis de Montagnana notarium scriptum, nos cum collegis nostris vidimus ac totum perlegimus.

Anno demum MCCCCXLV, cum propter tumultuosas scolarium quorundam contentiones illustrissimus Venetorum Senatus (sub cuius felici imperio Patavina civitas regitur) maximo privilegio scolares privasset, ne scilicet cassare ac reprobare doctores possent, Georgius Ehinger de Ulma Germanus solus iuristarum rector adiectis sibi, ut nos fecimus, ad emendandas veteres constitutiones collegis volumen id statutorum, quo ad hec usque tempora usi sumus, magna veterum facta mutatione edidit ac promulgavit, ac pristinam universitati nostre libertatem recuperavit. Panca deinde sed utilissima Franciscus Scledus Vicentinus rector anno MCCCCLX [statuta] immoderatos scolarium sumptus, qui in conventibus fiebant, castigantia ac pecunias, que episcopo ac collegio doctorum ac universitati nostre et universitati subiectis persolvebantur, eorum accedente consensu diminuentia, et collusiones disputantium detegentia et rectoris potestatem adversus calumniose supplicantes augentia promulgavit.

Nos postremo successimus anno MCCCCLXIIJ, novumque hunc codicem, in quo quidquid antiquarum constitutionum iustum, utile, honorificum videbantur congestum est, nostre scolastice reipublice condonavimus.

---

17. *Auf diese Bestimmungen wird auch in den Statuten sowohl im Drucke als vorzüglich in der Hs. Rücksicht genommen. Namentlich citiert Heinrich Murmester im J. 1463 IV, 37 immer diese und andere Verordnungen des Scledus. — 24. Der Druck vom J. 1551 statt dessen:* Deinde in anno MCCCCLXIIJ (*dort irrig* MCCCCLIIJ) statuta omnia ad hanc universitatem spectantia in unum codicem congesta fuere, in quo quidquid antiquarum constitutionum iustum, utile et honorificum videbatur, redactum fuit per Henricum Murmesther Amburgensem, natione Saxo, artium doctorem et tunc rectorem. Et post Andreas Planckner de Kunsperck artium doctor et rector in anno MCCCCLXXXV opus hoc statutorum in quatuor libros divisit, et multa detraxit, multaque in eo addidit. Nos postremo successimus anno 1549 et 50, qui toto conatu enixi fuimus, ut librum hunc statutorum, ut diximus, ordinatim contextum scolastica respublica aeneis tipis impressum haberet iuxta etiam decretum serenissimi domini nostri in ultima reformatione registratum sub die 23. Novembris 1544. *Dieser Nachtrag ist hinsichtlich des Jahres 1463 im Rechte. Der Rector hiess in der That* Henricus Murmester, Hamburgensis, *und in der Hs. zu Padua findet*

sich auf fol. 1 a — 2 b als Exordium *seine Widmung an die* Doctores et scolastici ultramontani ac citramontani *der Juristen in Padua, in der er,* 'qui ab extremis Saxonie finibus ab ipso oceani terrarum orbem cingentis margine' *der Wissenschaft wegen nach Padua gekommen, über die von ihm vorgenommene Reformation der Statuten spricht. Irrig ist aber die Nachricht des Druckes über* Andreas Planckner. *Diejenigen, welche den ersten Druck besorgten, haben fol. 1 a der Hs. zu Padua und fol. 82 nur flüchtig gelesen. Der Codex beginnt nämlich mit einem kurzen Schreiben des Andreas Planckner, in welchem er auseinandersetzt, dass er im J. 1485 das einzig vorhandene Statutenbuch abschreiben liess. Es ist wohl der uns erhaltene Codex, der später der* Bibliotheca conventus S. Mariae gratiarum Patavii Ord. Praed. *angehörte. Dass Planckner die Statuten in vier Bücher getheilt, wird nirgends gesagt, und ebenso wenig, dass im J. 1485 vom frühern Statutenbuch vieles weggenommen und vieles dazu gesetzt wurde. Die Herausgeber des Druckes vom J. 1551 bemerkten am Schlusse der Hs. fol. 82 die (37.) Rubrik:* Enumeratio omnium novarum additionum in hoc volumine contentarum, *in der die in den vier Büchern der Statuten vorgenommenen Veränderungen und Additiones aufgeführt werden, und sie glaubten irrig, letztere stammten von Andreas Planckner aus dem J. 1485, während sie doch dem Heinrich Murmester und den 8 Consiliarii aus dem J. 1463 angehören, wie am Schlusse der Rubrik zu allem Überflusse erwähnt wird. — Ich trage hier nach, dass die 8 Consiliarii folgende waren:* Gabriel Contarenus, artium doctor, patritius Venetus; Franciscus Barotius (*Barozzi*) canon. Tridentinus et Bergamen., patritius Venetus; Heinricus Funck de Gemundia, artium doctor; Andreas Assalenqui de Barsinonia dioc. Hebredin. (*Embrun*) artium doctor; Joannes Pirckheymer de Nuremberga; Walterus de Mynden de Holandia, dioc. Traiecten.; Philippus Farafalla de Panormo de Sicilia; Joannes de Portenariis de Placentia. *Sie werden in der Hs. in der Widmung des Heinrich Murmester (fol. 2 a), dann IV, 20 in der Rubrik 'De interpretatione statutorum' (hier auch im Drucke), und IV, 37 aufgeführt.*

Rom, 30. 12. 1886.

P. Heinrich Denifle O. P.

Berichtigung.

S. 281, 21 ist wohl besser also zu interpungieren: Terentius: primum in hac vita, dixit, utile, ne etc.

Mittheilungen.

Savigny und sein Vertheidiger G. Kaufmann. Durch meinen verehrten Herrn Collegen Ehrle wurde ich vor zwei Wochen auf das im Histor. Jahrbuch 1. Heft (1887) S. 152 gegebene Resumé der Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte Bd. VII. H. 2, S. 124—133 aufmerksam gemacht, aus dem ich ersah, dass der Oberlehrer Kaufmann in Strassburg auf meine Antikritik (Archiv II, 337 ff.) geantwortet hat. Aus der in der Vittorio Emanuele liegenden Zsch. entnahm ich, dass K. kluger Weise fast alle Punkte meiner Antikritik überspringt, und sie mit der bequemen Phrase abfertigt, ich hätte nichts bewiesen und nur Staub aufgewühlt. Ich glaube aber, dass man in der Kritik K.s, gegen die meine Bemerkungen gerichtet waren, umsonst nach Beweisen suchen wird, wer aber solche in meiner Antikritik finden will, braucht nicht lange zu suchen. Merkwürdig erachtet es der gute Herr doch noch der Mühe werth Savigny gegen meine Angriffe in Schutz zu nehmen. Indess spricht jetzt (spät genug!) auch der Vertheidiger offen aus, 'dass Savignys Arbeit nicht mehr genügt'. Zu dieser Überzeugung habe ich endlich den Herrn Oberlehrer gebracht. Ja man liest nun sogar zwischen den Zeilen meine Beobachtung heraus, dass man bei Savigny zwischen seiner juristischen Literargeschichte und zwischen der Arbeit über die Universitäten unterscheiden müsse. Maassens Wort in den Wiener Sitzungsber. 1858 S. 8, das vor einem Jahre K. gegen mich citiert aber missverstanden hat, gilt auch im Munde Maassens nur hinsichtlich der juristischen Literargeschichte des Mittelalters. Hierin ist Savigny Meister, wie ich in meiner Einleitung zum 1. Bd. der Universitäten des Mittelalters und oben S. 211 Anm. 1 ausgesprochen habe. Savignys ungeschickter Vertheidiger hätte gut daran gethan, sich vor seinem ersten polemischen Aufsatze besser zu informieren. Auf das, was er mir neuerdings bezüglich meiner Ausführungen über die Universität Paris entgegenhält, bin ich ausser Stand zu antworten, denn beim besten Willen ist es mir noch nicht gelungen herauszufinden, was eigentlich der Oberlehrer wolle, welches seine These ist. Vielleicht spricht K. in seiner Geschichte der deutschen Universitäten weniger mysteriös,

vielleicht beliebt es ihm dann statt Declamationen und Phantasien wirkliche Beweise und fixierte Punkte vorzuführen. Muss man ja nach K.s hochtrabenden Äusserungen erwarten, dass er, welcher erst vor 2 Jahren für die Bearbeitung der Geschichte der deutschen Universitäten 'gewonnen' wurde, die gelehrte Welt mit einer Menge ganz neuer ungeahnter Aufschlüsse über die Universität Paris beglücken werde. Jedoch die einzig dastehende Arbeitsmethode K.s, welche weiter unten ins helle Licht gesetzt werden soll, benimmt mir nicht mein gutes Bewusstsein, dass ich meine bisherigen Gesichtspunkte auch in Zukunft nicht zu verrücken brauche. Ohnehin erscheint hoffentlich bis Ende dieses Jahres das erste Heft meiner Monumenta universitatis Parisiensis (bis Alexander IV. incl.); ein jeder Forscher ist dann in der Lage an der Hand der kritisch edierten Actenstücke, die ich mühsam zusammenlesen musste, die aber dann andere bequem benutzen werden, an meinen Aufstellungen Kritik zu üben. Überhaupt werden K.s leere Einwürfe, die lediglich in Missgunst und gekränktem Hochmuth ihren Grund haben, am besten dadurch widerlegt, dass ich meiner bisherigen Methode treu ruhig fortarbeite. Ich übergehe auch, was K. über Savignys Kenntniss der spanischen Universitäten sagt, und staune nur, dass dieselbe K. noch berührt, ja gar 'von andern Quellen' Savignys über die spanischen Universitäten ausser den spätern Statuten von Salamanca (die frühern kennt K. so wenig wie S.) zu sprechen weiss. Ich fasse nur jenes Argument K.s ins Auge, das zu meinem obigen Aufsatz in innigster Beziehung steht.

K. versucht hoch zu Ross von Savigny gestützt eine Lanze für die gedruckten Bologneser Statuten (1561) d. i. für die des Jahres 1432 einzulegen. Wie sich die Leser erinnern werden behauptete Savigny, dass das meiste und wichtigste, was sich jetzt in den Statuten Bolognas, d. i. im Drucke vom J. 1561, findet, aus der Zeit der ersten bestimmteren Einrichtung der Universität herrühren möge. Was versteht Savigny unter der 'Zeit der ersten bestimmteren Einrichtung der Universität'? Keineswegs bloss überhaupt das 13. Jh., sondern die Zeit vor Mitte des 13. Jhs. Dies ist an sich klar, und ergibt sich aus dem Wortlaute des ersten Beweises bei Savigny: 'Folgende Gründe machen diese Annahme sehr wahrscheinlich: erstlich die bestimmte Nachricht, dass wenigstens im Jahr 1253 schon Statuten der Universität wirklich vorhanden waren' etc. Hätte Savigny bloss behauptet, dass die gedruckten Statuten das meiste und wichtigste so geben, wie es bereits im 14. Jh. zur Zeit des Johannes Andreae galt, oder hätte er sich mit der in seiner Gesch. des röm. Rechts III, 162 gebrachten Annahme hinsichtlich der schriftlichen Abfassung begnügt, so würde ich ihn diesbezüglich nie angegriffen haben, wie ich auch diesen Punkt nicht berührt habe.

In der achten und neunten kommt Olivi zu seinem eigentlichen Thema, dem Verzicht auch des gemeinsamen Besitzes und dem 'usus pauper'. — In der achten Quästion sowie in dem ihr angehängten Tractat finden wir die freilich auch in der Communität, zumal aber in der Reformpartei übliche Überschätzung der auch auf den gemeinsamen Besitz verzichtenden Armuth und die

1) S. unten S. 531. 2) S. oben S. 415.

Identifizierung der sie vorschreibenden Ordensregel mit der evangelischen, von Christus geübten und den Aposteln auferlegten Vollkommenheit. — Besonderes Interesse verleiht dieser Quästion auch die bisher unbekannte nahe Beziehung, in welcher sie zu dem 'spiritualistischen' Excurs der Sachsenhäuser Appellation (1324) Ludwigs des Bayern steht. Ich theile hierüber unten das Nöthige mit. In der neunten Quästion zeigt sich aufs deutlichste eine andere nicht minder bezeichnende Übertreibung der Nothwendigkeit des 'usus pauper'. Der Verfasser setzt sich offenbar mit seinen bei Erörterung dieses Themas erhobenen Forderungen in gefährlichen Gegensatz zu den eine mildere Auffassung sanctionierenden päpstlichen Erlassen; ein Gegensatz, den wir schon oben von Olivis gelehrigen Anhängern Ubertino von Casale und Angelus de Clarino deutlich genug ausgesprochen fanden. — Beachtung verdienen auch die Forderungen, welche er bei Beantwortung der vierten Nebenfrage in Betreff der Armuth an die Prälaten stellt, indem er eine allerdings wünschenswerthe Entsagung als strenge Rechtsnorm aufstellt. Auf mehrere hier aufgestellte Behauptungen gründen sich einige der Anklagen, welche die Communität in Avignon 1311 in ihrem Proteste gegen Olivi erhob.

Von mannigfachem Interesse sind die nach dieser Quästion eingeschalteten beiden Schriftstücke. Ich habe die nöthigen Vorbemerkungen unten als Einleitung ihnen unmittelbar vorgesetzt. Besonders mache ich auf die Stelle in Betreff des hl. Bonaventura aufmerksam.

Die zehnte Quästion ist gegen die von Wilhelm von St. Amour und seinen Anhängern ausgesprochene Verwerfung der von Almosen lebenden Armuth gerichtet. Auch hier zeigt sich wieder die Neigung des Verfassers zu Übertreibungen. Was der hl. Franz als Ausnahme zulässt, macht er zur Regel. Der hl. Ordensstifter will nur jene Brüder von der Handarbeit ausgenommen wissen, welchen Gott eine besondere Gabe der Beschauung verliehen hat; Olivi dagegen gestattet die Arbeit nur jenen, welche zur Beschauung nicht befähigt sind. Es schwebte ihm eben bei der Bear vortung dieser, wie auch mancher anderen Quästion nur das Leben der Eremitorien vor.

Nach der unbedeutenden elften Frage behandelt der Verfasser in der zwölften die päpstliche Unfehlbarkeit, deren ziemlich breit angelegte Erörterung allerdings nicht geringes Interesse böte, wenn nicht der Text aller mir bisher bekannten Hss. gerade an der Stelle abbräche, an welcher der innerste Punkt der Frage berührt wird. Übrigens zeigt der uns erhaltene Theil im Vereine mit einer Reihe von Stellen aus andern Schriften[1]) Olivis, dass er in diesem Punkte von der seinen Zeitgenossen gemeinsamen Lehrmeinung nicht abwich.

Beachtung verdient auch die dreizehnte Quästion in Betreff der Abdankung Cölestins V. (13. Dec. 1294), einer Begebenheit, welche für die Geschicke wenigstens der italienischen Spiritualen von grösster Tragweite war. Im Gegensatz zu Ubertino von Casale, Jacobone da Todi und andern italienischen Eiferern stellt sich Olivi entschieden auf die Seite Bonifaz' VIII. und vertheidigt mit Ägidius Colonna nachdrücklich die Rechtmässigkeit der Abdankung Cölestins. Dasselbe that er bald nach der Abfassung dieser Quästion von Neuem in dem vor mehreren Jahren veröffentlichten Briefe[2]) vom 14. Sept. 1295 an Conrad von Offida. In demselben verweist er auf die Quästion und spricht sich aufs Schärfste gegen Ubertino und seine Anhänger aus.

Bleibt Olivi in den eben erwähnten Fragen auf der richtigen Fährde, so führt ihn in den nun folgenden seine Überschätzung der minoritischen Armuth und seiner Ordensregel wieder weit von derselben ab. In der vierzehnten bestreitet er dem Papste die Gewalt von dem Gelübde der minoritischen Armuth oder, wie er sich auszudrücken pflegt, der evangelischen Vollkommenheit zu dispensieren. Dieser Irrthum hat nicht in einem ungenügenden Begriff der päpstlichen Machtvollkommenheit sondern in der eben erwähnten Übertreibung seinen Grund. Ganz richtig geht er von dem Grundsatz aus, dass der Papst nur in dem Falle dispensieren kann, in welchem durch die Dispensation ein höheres oder wenigstens ebenso hohes Gut erreicht wird als das ist, von welchem gelöst werden soll. Doch an dieses Prinzip fügt

1) Vgl. gleich die folgende Quästion, ferner diese Zsch. II, 407 s.

2) Historisches Jahrbuch III, 648 s.

er als Untersatz: nun aber ist die minoritische Armuth oder die evangelische Vollkommenheit die höchste Stufe der christlichen Vollkommenheit, also — so folgert er — kann sich in Bezug auf sie jene Bedingung nie verwirklichen.

Beachtenswerth ist, dass diese und ähnliche Übertreibungen in Betreff der minoritischen Armuth und seiner Ordensregel sich nicht nur bei Olivi und den Spiritualen finden, sondern überhaupt im Orden zumal bei Gelegenheit des unten[1]) zu erwähnenden Streites mit einigen Dominicanerlehrern zu Tage treten. Die Behauptung, welche Olivi als Untersatz in seine Beweisführung aufnimmt, hatte bereits früher der berühmte Erzb. von Canterbury John Peckham ausgesprochen[2]), freilich ohne sie mit der hier von Olivi erörterten Frage in Verbindung zu bringen. — Auch diesen Ausführungen entnahm die Communität 1310 eine ihrer Anklagen.

Die fünfzehnte und sechszehnte Quästion in Betreff der Erlaubtheit einer wesentlichen Milderung der minoritischen Armuth erinnern an die Streitigkeiten, welche die Ordensprovinz der Mark von Ancona um die Zeit des Lyoner Concils 1274 erregten, wie uns Angelus de Clarino in seiner 'historia tribulationum' berichtet. Freilich gehören diese Fragen, wie wenigstens in der fünfzehnten ausdrücklich bemerkt wird[3]), der Zeit nach 1279 an. Auch noch später zur Zeit Johanns XXII. wurde diese Frage discutiert, wie eine Stelle[4]) der Sachsenhäuser Appellation Ludwigs des Bayern (1324) zeigt.

Die siebzehnte Quästion behandelt die Ausdehnung der aus dem minoritischen Ordensgelübde entspringenden Verpflichtungen, ein Fragepunkt, der seit der ersten diesen Gegenstand

1) S. unten S. 514, Anm. 2.

2) In dessen Schrift 'de perfectione evangelica' cap. 10: 'Quod autem ad apicem perfectionis evangelice fratres intenderet (S. Franciscus) invitare, patet per hoc quod sequitur in regula: nullo modo licebit exire iuxta mandatum domini pape, quia nemo mittens manum ad aratrum etc. Hec enim ratio frivola esset, nisi ad perfectionis evangelice apicem invitare intendisset; alias enim exiri posset non retro aspiciendo sed ad perfectionem ampliorem anhelando.' Cod. Vatic. 1013, f. 68a; vgl. diese Zsch. II, 399, Anm. 2.

3) S. unten S. 531.

4) S. Baluze, Miscellanea ed. Mansi. III, 230. Weiteres über dieselbe s. unten S. 540.

betreffenden päpstlichen Constitution Gregors IX. von 1230 bis zu den Verhandlungen von Avignon 1310 immer und immer wieder gedeutet und besprochen wurde.

Noch erübrigt mir, die Hss. zu verzeichnen, in welchen ich bisher die Quästionen aufgefunden habe:

Cod. Vatic. 4986, welchen ich bereits oben (S. 473) näher beschrieben habe. Er zeichnet sich durch Vollständigkeit aus, steht aber an Correctheit hinter manchen andern zurück. — Auf ihn beziehen sich unten die Blattzahlen.

Cod. Burgh. 358, Bl. 27b bis 70a *quaest. 1 bis 7* incl. — Bl. 166a bis 201a *quaest. 8 u. 9*, — Bl. 201a bis 202a der auf a. 8. folgende *Tractat von 1279*, — Bl. 202a bis 208a *quaest. 10*, — Bl. 210b bis 214b *quaest. 17*, — Bl. 214b bis 220a *quaest. 14*, — Bl. 222a bis 227a *quaest. 11.*

Cod. Burgh. 357, Bl. 1a bis 118a *quaest. 1 bis 11* incl. und zwar ist auch hier der q. 8. *der Tractat von 1279* angefügt, — Bl. 118a bis 124a *quaest. 17*, — Bl. 124a bis 133b *quaest. 14*, — Bl. 133b bis 138a *quaest. 12.*

Cod. XXXI. sin. 3. der Abth. S. Croce in der Laurenziana (pergam. fol. 14. Jh. ff. 232, anonym), Bl. 131a bis 132b *quaest. 1 bis 5* incl. — Bl. 132a bis 135b *quaest. 11*, — Bl. 135b bis 139b *quaest. 14*, — Bl. 139b bis 141b *quaest. 12*, — Bl. 142a bis 169a *quaest. 8*, — Bl. 169b bis 178b *quaest. 9*, — Bl. 178b bis 181b *quaest. 6*, — Bl. 181b bis 182b einige der auf die siebzehnte folgenden Fragen, — Bl. 183a bis 187a der erste auf q. 9 folgende *Tractat 'de usu paupere'*, — Bl. 189a bis 191a *quaest. 16*, — Bl. 206b bis 212b *quaest. 1 u. 2.*

Cod. 842 der Abth. 'Dei conventi soppressi' in der Laurenziana (aus dem Servitenconvent der SS. Anunziata (pergam. 8°, ff. 143b, 14. Jh., anonym) Bl. 1a bis 52b *quaest. 8*, — Bl. 52b bis 82b *quaest. 8*, Bl. 82b bis 85b *quaest. 10*, — Bl. 85b bis 105b *quaest. 15*, — Bl. 105b bis 110a *quaest. 11*, — Bl. 110a bis 116a *quaest. 17*, — Bl. 116b bis 127b *quaest. 14*, — Bl. 127b bis 132a *quaest. 5*, — Bl. 132a bis 143b *quaest. 6.*

Cod. Burgh. 46, Bl. 30a bis 41a *quaest. 1 bis 5* incl. — Bl. 11a bis 18a *quaest. 6 u. 7.*

Cod. Burgh. 173, Bl. 25a bis 36b *quaest. 8 u. 9* beide unvollständig.

Codd. Assisienses 111 und 216 (nach der früheren Zählung) enthalten gleichfalls einige dieser Quästionen. Cod. 216 bietet u. A. auch den Tractat 'de usu paupere', welcher auf die q. 9 folgt.

Cod. S. Marci, Lat. III. 53. in Venedig (pergam. 12°, 14. Jh., ff. 155) Bl. 72 bis 92 *quaest. 10*, — Bl. 92 bis 155 *quaest. 8.*

Cod. S. Marci, Lat. III. 77 in Venedig (papier. 8°, 15. Jh., ff. 161) Bl. 198a bis 142b *quaest. 12*, — Bl. 142b bis 151b *quaest. 13*.

a. **Über die religiöse Vollkommenheit im Allgemeinen.**

'**De perfectione evangelica** aliqua quesituri, **primum** de contemplatione queramus. Et est questio prima: an actio, qua quis intendit mentem suam unire deo inmediate sit melior ex suo genere et magis meritoria quam omnis alia actio; et cum hoc est questio: an dedicare vitam suam totaliter talibus actionibus, que inmediate in deum tendunt et deo uniiunt, melius sit et magis meritorium quam dedicare totaliter aliis actionibus, vel contra dedicare partem vite sue istis partim aliis.' — Die Antwort lautet: 'perfectior est et magis meritoria illa vita, que est ex utraque (activa et contemplativa) permixta, si assint conditiones supradicte' d. h. wenn das betrachtende Leben eingeschränkt und unterbrochen wird wegen des Seelenheiles der Mitmenschen, der nöthigen körperlichen oder geistigen Abspannung oder in Folge eines Befehles der zuständigen Obern. 'Est igitur totius rationis summa; quod contemplatio est ex suo genere perfectior omni alia actione et quantum est ex se vita eidem totaliter dedicata; ubi autem magnus potest provenire profectus aliis . . . absque dispendio divini amoris et sue salutis cum displicentia distractionis et occupationis et actionis ipsius, perfectius est, aliquam partem temporis aliorum saluti dedicare, ita tamen, quod non minor pars detur contemplationi, nisi aliquando et ex causa et in speciali casu. Et quia predicta non possunt subsistere nisi mens salutem aliorum procurantis sit notabiliter sublimata, nulli nisi tali est maioris meriti, dedicare aliquam partem temporis aliorum saluti et regimini et non totaliter contemplationi et hiis, que contemplationem promovent et conservant.'

f. 7a '**Secundo** queritur: an contemplatio principalius sit intellectu et in actu eius quam in voluntate et eius actu vel e contrario'. — Antwort: Die 'Betrachtung' weist freilich zunächst auf einen Verstandesact hin; wenn wir aber dies Wort nehmen, 'secundum modum, quo sancti de ea locuti sunt, de vita contemplativa . . . , sic simpliciter dicendum, quod contemplatio principalius in voluntate et eius actu, materialiter vero et dispositive in actu intellectus omnium enim sanctorum contemplationi vacantium suprema et finalis intentio et quodammodo totalis est vacare divino amori gustuique divine bonitatis et suavitatis.'

f. 10b '**Tertio** queritur: an studere in sacra scriptura sive in aliis scientiis sit opus de genere suo perfectum et viris perfectis condecens, utile et licitum.' — Antwort: 'Studere

ergo in sacra scriptura est perfectum et viro perfecto competens informatum conditionibus circumstantis supradictis[1]), et etiam studere in aliis scientiis, quantum est necessarium et valet ad predicta.'

f. 12b '**Quarto** queritur: an aliquod opus [*vite*] active preter regimen et predicationem sit melius ex suo genere quam studium et an melius sit vacare alicui tali actioni active quam studio.' — Antwort: 'Ex hiis ergo iam patere potest, quod simpliciter et absolute, melius est vacare studio quam corporalibus operibus active; predictis in casibus tamen predictis melius est vacare quam studio. Et quidquid sit de illis prout ad proximum et ad sui humiliationem ordinantur, ad minus certissimum esse debet, quod melius est vacare studio quam predictis operibus, prout ordinantur ad sustentationem corporalem suiipsius, ubi hoc commode per alios fieri potest, qui in alio vel nescirent vel non possent exercitare se ipsos. Hec enim ad sui sustentationem ordinata, prout exercitant pietatem et ceteras virtutes, quandam occasionem videntur dare ad augendam cupiditatem et carnalitatem et pro tempore tali solum videntur valere ad moderandam otiositatem, que multo melius amovetur per studium et orationem ab hiis, qui in hiis sunt potentes. Ista enim exercitant mentem per actiones meliores illisque existentibus non licet menti vanis cogitationibus et affectionibus distrahi; illa vero exercitant solum directe corpus exterius, illisque existentibus potest mens vanis et immundis cogitationibus et affectionibus distrahi et locutionibus occupari, sicut in multis hoc . . . apparet. Ex quo patet, quod erronee locuti sunt, qui dixerunt, quod pauperes religiosi melius facerent, si vacarent labori manuum pro sui sustentatione quam quia studio vacant; que sententia non solum est falsa, sed heretica et perdinalex, condempnata et excommunicata.'

f. 13b '**Quinto** queritur: an sit melius et magis meritorium, utilius et expedientius aliquid facere ex voto, quam illud idem facere sine voto.' — Antwort: 'ex voto aliquid facere simpliciter melius est.'

b. Über das Gelübde der Keuschheit.

f. 16a '**Sexto** queritur: an virginitas vel castitas abstinens ab omni concubitu sit simpliciter melior matrimonio.' — Antwort: 'Concedendum est ergo, quod post lapsum simpliciter et ex se melior est virginitas vel castitas . . . matrimonio. Cum enim imperfectionis sit attendere utilitati aliorum in detrimentum sui et impedimen-

1) D. h. sofern es für die apostolische Thätigkeit und die nöthige Unterbrechung der Betrachtung nützlich ist.

tum divini amoris, matrimonium autem propter multiplicem corruptionem, que est in eius actu et propter multiplicem sollicitudinem temporalem' ... dies thut und höheres Gute verhindert, so ergibt sich der Vorzug der Jungfräulichkeit und der ehelichen Enthaltsamkeit. 'Licet autem in statu nature lapse sit simpliciter propter predicta melior virginitas, tamen ante tempus Christi matrimonium fuit partim aliquibus melius propter bonum obedientie superadditum et propter bonum divini cultus, qui tunc temporis secundum divinam ordinationem et eius beneplacitum erat conservandus et ampliandus per carnalem generationem et quia propter singularem mentis perfectionem eis a deo datam honus matrimonii portare poterant absque detrimento proprie perfectionis' ...

f. 21b 'Septimo queritur: an votum vitandi suspectum consortium vel colloquium implicetur in consilio evangelico.' — Die Antwort bejahend.

Über die evangelische und minoritische Armuth.

f. 23a 'Octavo queritur: an status altissime paupertatis sit simpliciter melior omni statu divitiarum.' — Antwort (f. 25a): 'Respondeo et dico, quod paupertas voluntaria melior est divitiis et omni statu, in quo quis licite potest divitias adquirere, et quod paupertas altissima melior est omni alia paupertate, seu omni alio modo sese habendi ad temporalia. Et hoc quidem sufficienter apparebit, si paupertatis huius altitudinem attendamus; eius autem altitudo potest considerari ex quinque, videlicet ex parte sui finis, (f. 33a) ex parte nostre nature et voluntatis, (f. 33b) ex ratione sue conditionis et proprietatis, (f. 34b) ex parte sue institutionis et sui institutoris, (f. 37a) ex parte sue renovationis et sui renovatoris.' Bis f. 39b.

Wie es aus den vorstehenden Angaben erhellt, wird der erste dieser fünf Punkte besonders weitläufig ausgeführt und zwar in fünfzehn Paragraphen, indem gezeigt wird: 'quod ipsa (d. h. altissima paupertas) valeat altissimo modo ad altissimam virtutum perfectionem; valet enim altissimo modo ad ista quindecim, que subiunguntur scilicet (1) ad altissimam humilitatem, (2) ad rigidissimam victus sobrietatem et austeritatem, (3) ad illibatissimam castitatem et puritatem, (4) ad legalem scientiam, fidelitatem, veritatem et simplicitatem, (5) ad perfectissimam liberalitatem et pietatem, (6) ad communem et pacificam societatem, (7) ad perfectam mansuetudinem et mititatem, (8) ad constantissimam fortitudinem et inpaviditatem seu magnanimitatem, (9) ad fidei fervidam et firmam credulitatem, (10) ad divine spei singularem confidentiam et securitatem, (11) ad ardentissimam caritatem, (12) ad contemplationis sublimitatem, (13) ad status regularis seu religionis purissimam et altissimam inchoationem,

dilatationem et conservationem, (14) ad animarum conversionem et spiritualem gubernationem, (15) ad plenam fugam et securitatem ab omni periculo temptationum et vitiorum.

Nachdem hierauf (ff. 39b bis 42b) die 29 Gründe[1]) zurückgewiesen sind, welche beweisen sollten, dass die Reichthümer vor der Armuth den Vorzug verdienen, macht sich der Verfasser an die Widerlegung der 37 Argumente[2]) zu Gunsten des 'status habentium in communi' (ff. 42b bis 47b), wobei er den in seinen Augen eigentlichsten Ehrenvorzug seines Ordens die 'altissima paupertas' nach Kräften über Alles zu erheben sucht. Ausführlich wird über die Armuth Christi und der Apostel gesprochen; auch fehlt es nicht an Bemerkungen gegen die laxeren Auffassungen.

So wendet er sich bei der Widerlegung des 14. Grundes gegen jene, welche die Entäusserung auf vom gemeinsamen Besitz zwar den Männern nicht aber den Frauen gestatten wollen: 'Inde valde mirabile est, quod heresis ista a quibusdam processit, qui glorianter se dicunt esse filios huius viri (d. h. des hl. Franz, der die hl. Clara zu solcher Armuth anleitete), et maxime cum quidam magnus eorum doctor[3]) in tractatu apud eos sollempni, quem de perfectione evangelica[4]) edidit expresse fateatur, hoc perfectum esse in mulleribus sicut et in viris; X° enim capitulo tractatus sui hoc nititur probare auctoritate Ieronimi et septimo capitulo recitat in laudem huius paupertatis vitam beate Clare quantum ad istud et laudem, quam recitat Ieronimus de vita sancte Paule.' —

Ein Tractat über die minoritische Armuth vom Sommer 1279[5]).

An diese achte Quästion lehnt sich folgender Tractat an: f. 47b 'Quod regula fratrum minorum excludit omnem proprietatem tam in speciali quam in communi ex XII sequentibus evidenter posse patere credo, videlicet (1) ex vite evangelice seu apostolice voto et perfectione, (2) paupertatis sue singulari commendatione, (3) omnis proprietatis seu appropriationis universali negatione, (4) mendicitatis et peregrinationis commendatione, (5) pecunie totali inhibitione, (6) victualium et aliorum necessariorum humili receptione, (7) omnium habendorum et conservandorum omnimoda inprovisione, (8) fratrum resipiendorum ad ordinem prius expropriatione, (9) circumstantiarum nobilium

1) Bei der Widerlegung des ersten wird auf die sechste Quästion zurückverwiesen.

2) In der Widerlegung des 36. wird auf die folgenden Quästionen hingewiesen (sicut in sequentibus questionibus magis patebit).

3) Peckham. 4) S. cod. Vatic. 1013, Bl. 48a s.

5) S. oben S. 415.

paupertatis singulari expressione, (10) aliorum consiliorum eiusdem regule et totius regule suprema perfectione, (11) totius sui status ad romanam sedem plena subiectione, (12) institutionis et instituentis indubia intentione.'

f. 48b 'Nono queritur[1]): an usus pauper includatur in consilio seu in voto paupertatis evangelice, ita quod sit de eius substantia et integritate.' — Bei der Discussion dieser Frage stellt der Autor noch folgende Nebenfragen[2]) (f. 189b) 'Juxta hoc specialiter queritur ad predicti usus pleniorem evidentiam de usu quorundam specialium rerum videlicet de usu pecunie, vestimentorum, calceamentorum, equorum seu equitationum. 2. Queritur enim de usu pecunie: an professoribus paupertatis evangelice sit totaliter interdictus, et an per votum eius usui abrenuntiare sit perfectioni evangelice expediens. — 3. Queritur etiam de usu vestimentorum: an scilicet teneantur vilissimis vestibus indui, et an sine calceamentis incedere et pedes, et an tales quando ex necessitate habent equis incedere, teneantur vilissimas equitaturas ducere, quantum salva necessitate et evidenti utilitate possunt. — 4 (f. 190a) Ulterius etiam ad maiorum evidentiam huius usus queritur: an episcopi seu prelati, qui ad perfectionem evangelicam et apostolicam ex voto et professione adstricti sunt, teneantur ad pauperem usum. — Ulterius ad maiorem evidentiam huius usus queritur de quibusdam specialibus modis, qui circa usum rerum haberi possunt: (5) an scilicet liceat professoribus evangelicis aliquid repetere per se vel per alium; et circa hoc (6) an liceat eis instituere aliquos operarios seu procuratores, qui ea, que sunt eis legata vel data possunt repetere vel propter repetitionem eorum alios in iudicio convenire, et etiam: an liceat eis huiusmodi procuratores instigare et rogare et instruere, quod debitores in iudicio conveniant. — 7. Juxta hoc etiam queritur adhuc: an liceat eis debita contrahere quacunque ex causa. — 8. Ulterius etiam iuxta hoc queritur: an annualia convivia seu pitantias liceat istis recipere seu procurare, solummodo quod nullam iurisdictionem habeant in eis.

Es folgt nun zunächst die Antwort auf die Hauptfrage (f. 190b) 'Respondeo et dico, quod usum pauperem discrete tamen et rationabiliter acceptum esse de integritate et substantia perfectionis evangelice est tam solide et certitudinaliter verum, quod omnia, que in precedenti questione sunt adducta ad probandum, altissimam paupertatem esse unum de principalibus consiliis evangelice perfectionis, principalissime valent ad concludendum propositum et efficacius magisque directe quam

1) Diese Quästion wurde, wie wir unten (S. 631) aus der fünfzehnten ersehen, vor 1279 verfasst. Cod. Vatic. 4986, f. 55: 'in questionibus, quas Rome feci'. 2) Ich benütze für diese Nebenfragen cod. Burghes. 358.

renunciationem communium seu omnis communis iurisdictionis. Quod prosequendo aliquantulum [*per*] quinque partes principales responsionis questionis iam dicte, faciliter et luculenter patere potest. Non enim invenies aliquam paupertatem altissimo modo valere ad altissimam virtutum perfectionem, nisi ei adiungatur pauper usus; quod patet discurrendo per illa XV, que in prima parte responsionis premisse diffuse satis traduntur.' Der Auctor weist dies nun in Betreff dieser 15 Punkte im Einzelnen nach. Ausgiebigen Gebrauch macht er hier von den beiden mehrfach erwähnten Schriften Peckhams und des hl. Bonaventura, welch letzteren er als 'summus nostri temporis et ordinis doctor' bezeichnet[1]).

Ich füge hier noch eine Stelle an, in welcher Olivi deutlicher als anderswo seine Ansicht über die Verpflichtung zum 'usus pauper' entwickelt. Diese Ausführung bietet uns gewissermassen den Commentar zu seiner auf dem Capitel von Montpellier abgegebenen Erklärung[2]). In ihr sind auch bereits deutlich die Einwendungen berücksichtigt, welche selbst noch um die Zeit der Avignoner Verhandlungen (1309 bis 1311) von Richard Conington[3]) gegen Olivi vorgebracht wurden.

(f. 193 b) 'Ad evidentiam autem tam obiectorum in contrarium quam totius huius materie tria sunt signanter consideranda. Quorum primum est, quomodo usus pauper se habeat ad omnis iuris abdicationem et e contrario; secundum vero, quomodo iste usus pauper sit accipiendus et intelligendus; tertium autem, quomodo sub voto cadat aut cadere possit.

Circa primum autem sciendum, quod sicut forma se habet ad materiam, sic usus pauper se habet ad abdicationem omnis iuris. Unde sicut materia sine forma est informis et confusa, instabilis, fluxibilis et vacua seu vana et infructuosa; sic abdicatio omnis iuris sine paupere usu se habet. Cuius rei manifestum signum est, quod omnis homo deridet et contempnit professores eius, ex quo ad opulentias ardenter et inhianter suspirant, tanquam certissime sentientes, professionem talem esse deformem et confusam. . . . Sicut autem forma ad sui existentiam preexigit materiam tanquam sue existentie fundamentum, sic professio pauperis usus preexigit abdicationem omnis iuris tanquam sue grandissime existentie et ambitus capacissimam materiam et altissimum fundamentum. . . .

Circa secundum autem sciendum, quod cum nullum consiliorum Christi sit aut esse debeat periculosum, sed potius absque periculo universaliter conferens ad virtutem et ubique et semper, saltem a tempore Christi et citra, sicut in superioribus questionibus tactum est: usus iste

---

1) Von Peckham sagt er nur f. 193a: 'unus de sollempnioribus magistris ordinis huius'.

2) S. diese Zsch. II, 400. 3) S. oben S. 23, Anm. 1.

pauper sic erit accipiendus et intelligendus, quod nullum periculum aut peccati defectum in se implicet. Hoc autem est solum, modo necessitatem et utilitatem evidentem nullo modo excludat, quin semper secure recipi possit. Et hoc bene sentiens spiritus Francisci semper in hiis, que ad usum spectant, adiungit: 'nisi manifesta necessitate vel utilitate co.'

Ex hoc autem patet via ad tertium, quod est difficilius predictis duobus: quomodo scilicet sub voto cadere possit. Ad quod sciendum, quod solum illo modo sub voto cadere potest, secundum quod ipsum votum nichil implicat in se periculi aut imperfectionis. Si autem precise et sub aliquo certo termino sub voto caderet, ita quod quandocunque terminum illum quis transgrederetur, mortaliter peccaret tanquam voti nefarius transgressor, implicaret in se periculum et imperfectionem et pluries etiam peccatum. Sicut ergo supra in VII. questione[1]) dictum est, quedam sub precepto cadunt tantummodo indeterminate, ita quod modica deviatio non inducit nisi veniale, mortale autem non, nisi sit tanta, quod ex ea magis debeat denominari quam ex opposito, ut verbi gratia patet in precepto temperantie seu humilitatis. Modicus enim defectus temperantie non est mortale, nisi quando est tantus, quod magis homo debet censeri intemperatus quam temperatus. — Quedam autem sic precise sub precepto cadunt, quod omnis deviatio est mortalis ut in precepto: non adulterabis. Sic etiam est invenire in votis. Nam votum non habendi proprium aut non concumbendi corporaliter sic precise fertur super materiam suam, quod omnis eius transgressio est mortalis. Si quis autem voveret sobrietatem in cibo vel in loquutione vel similibus nulla alia sobrietatis determinatione facta, non statim in omni defectu aut excessu loquutionis vel commestionis censendus esset peccare mortaliter. Causa autem huius est, tum quia votum tale non cadit super materiam suam sub certa prefixione termini et, ut infra dicam, non habet medium indivisibile; tum etiam quia status humane nature talis est, quod respectu aliquorum defectuum seu excessuum habet maximam pronitatem et quasi necessitatem et exteriores occasiones innumeras et ad plenum non bene previsibiles. Unde si per votum quodcunque adstringeretur homo quodammodo ad necessitatem mortalium peccatorum aut ad summa et crebra pericula mortaliter peccandi, tunc tale votum vergeret in detrimentum proprie salutis. Si autem in talibus votum determinaretur ad aliquem terminum laxum, sub quo multi defectus stare possent, ita quod super eos votum nullo modo caderet nec determinate nec indeterminate, tunc non esset tante perfectionis, quante est, quando indeterminate omnia comprehendit. In (194 a) talibus etiam materiis vix posset dari aliquis prefixus terminus, in quo adhuc multa pericula et occasiones pec-

1) S. oben S. 505.

candi non contingerent. Evangelica autem vota sic debuerunt tradi, quod in se nichil periculi, nichil imperfectionis comprehenderent et quod ad perfectionis apicem partim fortiter partim leviter adstringerent et sic diversimode adstringendo ad perfectionis apicem animarent et inde adducerent iuxta portionem virtutis et gratie unicuique date. Pauper igitur usus cadit sub voto indeterminate preterquam quoad aliqua, que infra dicuntur. Unde non omnis deviatio a paupere usu in professoribus suis mortale inducit, sed quando est talis et tanta, quod pensatis hinc inde circumstantiis potius debet censeri dives usus quam pauper. Quando autem hoc censeri debeat vel quando non, quantum deus dederit in responsione argumentorum tangam.'

Auch das Folgende verdient bei eingehenderem Studium dieses Cardinalpunktes besondere Beachtung.

Hierauf folgen die Antworten auf die Nebenfragen: (f. 195b) Ad questionem secundam de usu pecunie dicendum, quod usus pecunie professoribus paupertatis evangelice in quantum talibus est totaliter interdictus.'

f. 196b 'Ad questionem tertiam de usu vestimentorum et calciamentorum et equitationum respondendum, quod prius oportet videre, quid sit perfectionis et deinde, quid ibi sit tencionis. Quantum autem ad primum sciendum, quod nullus sane mentis dubitabit, quin usus istorum tanto sit perfectior, quanto magis sapiet humilitatem, simplicitatem, austeritatem et puritatem et conformitatem tam ad Christum et eius apostolos quam ad evangelice professionis statum et quanto magis subserviet istis; sed indui vilibus et pauperibus indumentis, ire pedes et discalceatum incomparabiliter plus sapiunt predicta . . .: ergo . . — (f. 197a) Secundo intuendum est, quid in hiis sit tensionis seu quomodo sub voto evangelico cadant; ad quod sciendum, quod quantum ad aliqua cadunt sub voto precise et determinate, quantum ad aliqua vero solum indeterminate. Ire enim calciatus aut eques aut multa paria vestimentorum seu mutatoriorum ad proprios usus habere sunt precise contra evangelicum votum, preterquam in casu manifeste necessitatis aut utilitatis. Sumo autem hic ire calciatum et eques habitualiter seu in habitu potius quam in actu, iuxta communem et vulgarem usum loquendi, quomodo quando queritur de aliquo, quam consuetudinem habet eundi, dicimus, quod vadit pedes aut eques, calciatus aut discalciatus. Unde una vice ire calciatum seu eques, non est simpliciter contra votum sed habere hoc in habitu seu consuetudine. Vilitas autem indumentorum aut equorum, quando equitare oportet, indeterminate cadunt sub voto, ita quod non statim quicunque excessus in huiusmodi est mortalis, sed solum quando est tantus et talis, quod pensatis omnibus circumstantiis plus sapit divitem usum quam pauperem.'

f. 197b. 'Ad quartam questionem, qua de usu episcoporum de statu evangelico assumptorum queritur, dicendum, quod indubitanter est tenendum[1]), eos ad usus pauperis observantiam teneri et aliquo modo amplius quam antea tenerentur. Ad quod probandum valent in superioribus questionibus de paupertate tacta. Cum enim, ut ex superioribus patet, paupertas et usus eius ineffabiliter et universaliter et ubique et semper ad virtutum perfectionem valeat et, sicut supra ostensum est, ad animarum perfectam conversionem et gubernationem, nulla unquam esse potest aut poterit ratio dispensationis in eis, sicut infra in questione de dispensatione votorum evangelicorum magis patebit, et posito, quod ibi posset aliquo modo cadere, saltem in proposito nullatenus potest, cum status episcopalis et eius sublimitas et eius principalia officia quantum est de se summe exigant perfectionem evangelicam in his, qui ad ipsum assumuntur et in tantum, quod nunquam status ille habetur in plena decentia et perfectione sua, nisi simul cum perfectionis evangelice observantia teneatur; — in cuius signum salvator perfectionem evangelicam et maxime paupertatis et potissime quoad eius pauperem usum apostolis imposuit, quando misit eos ad predicandum et postquam eos elegerat ad apostolatum et eam replicavit LXXII^bus discipulis, qui locum tenebant inferiorum prelatorum, postquam eos designavit, quando eos ad predicandum misit, ut habetur Luc. X^o.'

Der Beweisführung entnehme ich folgende characteristische Stelle: 'Preterea imaginemur, quod omnes episcopi sic hodie, quantum ad Christi consilia viverent, sicut vivebant apostoli, et maxime quantum ad paupertatem et quoad eius pauperem usum, ut scilicet omnes redditus ecclesie pauperibus erogarent et per fideles et providas personas bona temporalia facerent procurari et dispensari, sicut iura volunt, et ipsi toti orationi et predicationi et spirituali animarum regimini et exemplo vacarent; numquid incomparabiliter amplius et perfectius fideles in deum reducerent et etiam infideles! Nam tunc apparerent humillimi . . . et expeditissimi quoad officia sua, spiritualia scilicet officia temporalibus preponentes et spiritualiora minus spiritualibus. Nunc autem quia non solum seculares episcopi sed etiam religiosi de evangelica regula assumpti volunt ire in equis et curribus constipati multitudine sociorum et scutiferorum et famulorum bene ornatorum et habere mensas splendidas diversis vasis et ferculis confertas et per se dispensare temporalia sicut et ceteri; idcirco fere ita parum sicut et ceteri apparent divini et humiles aut mundi contemptores, quin immo fere tot scandala malorum exemplorum transmittunt ad subditos sicut et ceteri ecclesiarum prelati,

1) *Am Rande:* Nota errorem!

totumque hoc radicaliter provenire videtur ex opulento et fastuoso usu et ex amore ipsius'.

In ähnlicher Weise spricht er sich auch an einer anderen Stelle aus. Nachdem er gesagt, dass 'de congruo' freilich die Bischöfe zu grösserer Heiligkeit gehalten seien als die Mitglieder selbst der vollkommensten Ordensgenossenschaft, fährt er also fort: 'Si autem sequamur commune iudicium moderne ecclesie, quomodo talis sic vel sic vivens tamen communiter censetur esse in statu salutis, credo quod tenere oportebit, quod religio saltem altissima ad maiorem perfectionem ex precepto adstringat quam status episcopalis per se acceptus sine professione evangelice religionis. Quia unus frater minor vivens ita laute et otiose et pompose et in tot et tantis passionibus ire et concupiscentie et in tot solatiis et trufis seu ludis et fabulis sicut unus episcopus secularis, qui tamen hodie iudicabitur communiter esse in statu salutis, credo communi omnium iudicio iudicaretur esse in statu dampnationis, quod tamen non esset verum, si non eum communiter iudicarent ad maiorem perfectionem de necessitate adstringi. Quid tamen de hoc verum sit, dei iudicio derelinquo.'

Aus der Widerlegung der Einwendungen verdient die fünfte Erwähnung, da von ihr in den Verhandlungen von Avignon (1309—1312)[1]) mehrfach die Rede ist.

(f. 198b) '5° Quia nullatenus credendum est, ecclesiam catholicam errare, sed ecclesia catholica hoc hodie approbare videtur. — Dicendum, quod absit credere, quod ecclesia catholica erret, etsi aliqua ad tempus ignoret et in aliquibus nondum bene explicatis etiam dubitare possit, sicut teste Augustino libro contra Donatistas, dubitatum fuit tempore Cipriani, an venientes de heresi essent rebaptizandi, et in tantum, quod Ciprianus cum suo Africano consilio sollempniter partem falsam affirmavit et in hac affirmatione mortuus est; et tamen, ut dicit Augustinus, non est propter hoc censendus hereticus, quia tempore, quo super hoc fuit commune dubium in ecclesia, ante scilicet quam veritas hec esset per generale consilium sollempniter determinata, dubitare super hoc aut aliud, licet falsum credere cum voluntate tamen standi super hoc determinationi generalis consilii seu universalis ecclesie, non erat hereticum. Et sic potest dici in proposito, unde non hoc hodie approbat tanquam fidem et forte nec tanquam simpliciter melius. De hoc autem alibi magis loquor.'

f. 198b. 'Ad quintam questionem de repetitione dicendum, quod aliquid repetere potest fieri dupliciter: aut per viam simplicis et humilis insinuationis et deprecationis aut per viam cuiusdam iurisdictionis, ita

1) S. diese Zsch. II, 369, Z. 35.

scilicet quod tanquam suum vel sui collegii velit hoc sibi reddi ... Primus modus solus licitus est viris evangelicis et perfectis.'

Auf die sechste Frage in Betreff der Erlaubtheit der Procuratoren (f. 199b) 'dicendum, quod aliquid potest licere alicui secundum condescentiam et perfectionem sui status, aliquid vero per indulgentiam et imperfectionem infirmis ad tempus concessam, ne in peiora labantur. Item instituere aliquos operarios seu procuratores potest dupliciter intelligi: uno modo quod ipsi dent eis auctoritatem et iurisdictionem procuratoriam; alio modo, quod ipsi aliquos nominent, quibus sic nominatis ab alio, qui potest, detur auctoritas talis, quemadmodum fit, quando episcopus dat suam potestatem illis, quos guardianus nominabit. — Primo modo clarum est, quod instituere non possunt, cum ipsi nullam habeant iurisdictionem in rebus legatis vel datis. Secundo autem modo non bene ad presens intelligo, quod hoc possit fieri secundum perfectionem et condecentiam status nostri, et multo minus intelligo, quod per nos possint instigari et instrui ad alios in iudicio conveniendos, etsi forte possit hoc fieri secundum indulgentiam et imperfectionem infirmis concessam. Movent autem me precipue ad hoc tria: videlicet gentium scandalum, fraudulentia affectionum, ratio et intentio evangelicarum perfectionum' ...

Auf die siebente Frage in Betreff des Schuldenmachens lautet die Antwort[1]) (f. 200a): 'dicendum quod debitorum contractus potest fieri triplici modo: aut scilicet cum obligatione solvendi, aut cum obligatione etsi non solvendi, solutionem tamen procurandi, aut penitus sine omni obligatione. Primo modo non est eis licitum, quoniam talis obligatio implicat intra se potestatem habendi aliquod ius in re temporali ... adstringeret ad curas temporales ... Secundo autem modo, si sit talis obligandi modus, quod simpliciter solutionem procurare teneatur et ita quod posset pro hac re a creditore in iudicio conveniri ... [*et*] quod posset cogi ad hoc procurandum per laborem proprium, si alias non posset; sic adhuc non licet eis, nisi forte quis diceret, hoc eis licere le casu extremo necessitatis, cui per aliam viam non posset subveniri; alias enim huiusmodi obligatio esset contra libertatem spiritus et contra universalitatem obedientie regularis ... Si vero sit talis obligationis modus, quod non nisi salva condecentia status sui teneatur et secundum solam rationem bone et interne fidelitatis, tunc oportet adhuc distinguere de quantitate debitorum, quia scilicet aut est parva aut magna; de causa et ratione contractus eorum, quia aut contrahuntur pro usu et victu necessario aut pro usu et victu opulento et superfluo; et iterum hoc fit

1) Vgl. hiemit die Bestimmungen der Decretale '*Exiit qui seminat*' bei Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, 410a.

aut cum occultatione talis libertatis, qua non sunt astricti omnino ad solvendum nec ad procurandum au cum clara eius expressione, ita quod mutuatim plene notificetur. Si fiat cum occultatione . . . nullo modo est licitum etiam viro imperfecto . . . Si autem absque omni obligatione promissa et cum huius rei clara expressione, parva debita contrahat et pro necessario victu, sumpto *necessario* non solum pro necessitate extrema, sed etiam pro expediente ad sustentandum statum condecentem personis et professioni eorum, sic credo esse licitum . . . quoniam tale mutuum est elemosina mera.'

Auf die achte Frage lautet die Antwort: (f. 200a) 'Ad illud autem quod ultimo querebatur, an scilicet annualia convivia seu pictantias liceat eis recipere seu procurare, solum in eis nullam iurisdictionem habeant, dicendum, quod in procurando huiusmodi et recipiendo tollitur multiplex fructus et altitudo evangelice paupertatis, subintroducitur fraudulenta dissipatio sue puritatis et obfuscatur claritas et eminentia sue exemplaritatis.'

Ein Tractat über den 'usus pauper'.

An diese Hauptquästion schliessen sich im cod. Vatic. ohne weiteren Titel zwei Tractate an. Der erste behandelt von Neuem in erregtem Tone die berühmte Frage in Betreff des 'usus pauper'. Die Abfassung desselben erfolgte sicher nach 1279, da die in diesem Jahr erlassene Constitution 'Exiit, qui seminat' und ein vom 8. Oct. 1279 datierter Brief des Ordensgenerals fr. Bonagrazia erwähnt wird. Ganz besondere Beachtung verdient die Stelle in Betreff des hl. Bonaventura, deren Ton mit den Äusserungen anderer Spiritualen über diesen Heiligen in vollem Einklang steht.

f. 49a 'Quoniam contra paupertatem evangelicam per seraphicum Christi confessorem Franciscum in novissimis temporibus plenius et clarius renovatam et revelatam antiqui hostis serpentina astutia quibusdam tortuosis anfractibus varios suscitavit et suscitare non cessat; primo quidem contra eam mittens clericorum precipuos magistrali scientia et auctoritate fulcitos[1]), qui ausi sunt docere et dogmatizare, quod status mendicantium evangelicorum et eorum mendicitas est mortifera et dampnosa. — Secundo vero pseudoreligiosos et precipue quosdam scientia magistrali et predicationis officio circumcintos[2]), qui ausi

1) Hier ist ohne Zweifel Wilhelm von St. Amour und sein Anhang gemeint.

2) Diese Worte beziehen sich offenbar auf einige Lehrer des Dominicanerordens, welche der weit verbreiteten Überschätzung der mino-

sunt dicere, regulam Francisci ac paupertatem in ipsa contentam non esse evangelicam aut apostolicam nec summe perfectam sed potius periculosam, inobservabilem, calumpniabilem, stultam et imperfectam. — Novissime vero diebus istis, quod omnium est abhominabilius et intolerabilius mittere incipit quosdam novos pseudoapostolos eiusdem regule predicte professores, qui audent publice astruere et dogmatizare et in scolis suis sollempniter determinare, quod usus pauper seu usus moderatus nullo modo cadit sub professione et voto regule nostre, ita quod nec generaliter (49b) nec specialiter includitur in aliquo regule predicte precepto aut voto, nec est aliquo modo de substantia regule nostre, sed est solum sibi accidentalis; superaddentes, quod Christus suis apostolis et specialibus sectatoribus pauperem usum nullatenus imposuit sub precepto aut voto, — quod non est aliud quam professionem nostre paupertatis et regule ridiculosam et fere omnino inutilem reddere et cum hoc aperte Christi vitam et evangelium blasfemare et statum amplius a sua altitudine deprimere.

Propterea zelo dominico incitatus evigilans contra novum et inusitatum tam pestiferum dogma evaginato divini verbi gladio et patrum armaturis firmissimis premunitus, in ipsis primordiis sui exitus sic obstruere conabor eius aditus, ut omne os obstruatur et os loquentium iniqua penitus obmutescat; quamvis iam antea, quam perniciosus sit error predictus quantum ad omnes partes suas, habundantius et diffusius pro posse tractaverim in questionibus contra tales pestiferos de hoc primitus factis. Quia autem eorum sermo non more apostolice tube intonat nec instar evangelice aquile in altum volat, sed potius iuxta illud Apostoli

---

ritischen Armuth entgegentraten. Zu diesen Feinden der 'höchsten Armuth' zählte Olivi, wie aus dem folgenden Tractat ersichtlich, vor Allem den hl. Thomas von Aquino. Hieher gehörte ferner der Dominicaner-Cardinal und Erzbischof von Canterbury, Robert Kilwardby, gegen welchen John Peckham schrieb. Sein Tractat findet sich in der Laurenziana, S. Croce XXXVI dext. 12, ff. 25a bis 32b 'Incipit tractatus Pecham contra Culvardeby Robertum'. Beginnt: 'Super tribus et super quatuor sceleribus non facile convertit fraterne innocentie impugnator, maxime qui dolose in gladio persequitur fratrem suum. Ideo temeritati tue ex animo compatiens frater R. Kiw. doleo amplius, teste conscientia ego frater Johannes, quia oportet me tue iniuriose cedule respondendo asperam quibusdam dicere veritatem.' Dieselbe Schrift in der Wiener Hofbibliothek cod. 3417. Eine ähnliche Gegensätzlichkeit zeigt sich in einem der Vorschläge, welche der Dominicanergeneral Hugo de Romans für das Lyoner Concil (1274) machte, in Betreff des Ordens der hl. Clara s. Concilia ed. Mansi XXIV, 130, cap. 3 und vgl. oben S. 506 quaest. 8 und John Peckham, de perfectione evangelica cap. 7 u. 10 (s. die Hss. in dieser Zsch. II, 393, Anm. 2).

eorum sermo sicut cancer serpit ac per hoc simplicium animos quibusdam serpentinis suggestionibus et blandis delusionibus et dolosis verborum intorcionibus possent circumvenire, seducere et intoxicare nisi spiritu Christi de suis fluxuosis latebris tortuosus coluber obstetricante manu domini Jhesu celerius educatur; idcirco succincte aliquid disserendo prefatis simplicibus intendo habundantem fidem facere de predicto; *primo* per sollempnia dicta patrum et magistrorum nostrorum, *secundo* per solempnia dicta summorum pontificum, *tertio* per autentica dicta evangelii Christi et sanctorum exponentium ipsa, *quarto* per evidentia dicta et statuta regule nostre, *quinto* subiungendo aliquas de rationibus alibi a me tactis, *sexto* dissolvendo breviter sophisticas delusiones dogmatis pestiferi, *septimo* prelibando in summa permaxima pericula erroris predicti.'

Bei der Ausführung des ersten Punktes werden Stellen angeführt aus Johann Peckhams Schrift de perfectione evangelica, aus der Apologia und den beiden Rundschreiben[1]) an den Orden des hl. Bonaventura, aus einem ähnlichen Schreiben[2]) des Generalminister fr. Bonagrazia Tielci von S. Giovanni in Persiceto, aus den alten General-Statuten und den Statuten von Narbonne.

Von Interesse ist, wie ich schon oben bemerkte, im sechsten Theil in der Widerlegung der fünften Einwendung die Stelle über den hl. Bonaventura. Der Einwand lautet: (f. 55a) 'Quinto, quia Bonaventura et alii, qui de hoc scripserunt, secundum dicta istorum valde laxe vixerunt; ergo videtur, quod non intellexerunt usum strictum sue laxationi contrarium cadere sub voto.' Hierauf antwortet Olivi: (f. 56a) 'Ad V^{m} dicendum, quod actenus solebant omnes advertere viros sollempnes in exemplum perfectionis, sed heu domine deus hodie ab istis indicuntur in exemplum laxationis, uno ictu illos vituperando confodientes et ex deducto exemplo seipsos excecantes et aliis doctrinam venenatam infundentes. Dico igitur, quod de predicto patre sentio. Fuit enim interius optimi et piissimi affectus et in doctrine verbo semper predicans ea, que sunt perfecte puritatis, sicut ex supradictis ab eo satis liquere potest. Fragilis tamen fuit secundum corpus et forte in hoc aliquid humanum sapiens, quod et ipse humiliter, sicut ego ipsè ab eo sepius audivi, confitebatur; nec enim maior fuit Apostolo dicente: 'in multis

---

1) Mehrfach gedruckt, so in der Chronologia historico-legalis ord. fratrum min. I, 28 s.

2) Bl. 51a 'Item frater Bonagratia generalis noster in prima littera, quam misit toti ordini, que sic incipit: 'A domino J. Chō normam rectitudinis nostre perfectionis evangelice formam, vitam scil. et regulam' etc.; siehe dies Schreiben in der genannten Chronologia hist.-leg. I, 31 s.

offendimus omnes'. Nichilominus tamen in tantum dolebat de communibus laxationibus huius temporis, quod Parisius in pleno capitulo me astante dixit, quod ex quo fuit generalis, nunquam fuit, quin vellet esse pulverizatus, ut ordo ad puritatem beati Francisci et sociorum eius et ad illud, quod ipse de ordine suo intenderat, perveniret. Ex hiis igitur uti (?) sanctus excusari potuit a tanto et si non a tanto; non enim fuit de numero defendentium laxationes et impugnantium regule puritatem, aut de numero iacentium in predictis impuritatibus, qui eas sequi videntur quasi toto corde; sed si quid inde passus est, hoc ipsum cum merore et planctu. Tales autem non sunt censendi, ut credo, esse in mortali, nisi pensatis hinc inde omnibus circumstantiis excessus huiusmodi esset in eis enormis.'

Der Schluss lautet: f. 57b 'Suspice igitur pie pater[1]) in tua speciali cura et gratia scribentis zelum, affectum et stilum, qui etsi non perficiat, quin potius deficiat, tamen vere desiderat dulci Ihesu, quem amasti . . . ac piissime matri eius totus incorporari et in eum medullitus transformari, quod per alta tua merita et larga beneficia adimpleat ipse Ihesus filius dei verus et benedictus, qui cum patre et spiritu sancto regnum sanctorum potestative optinet in secula seculorum, amen.'

Gegen die Lehre des hl. Thomas von Aquino in Betreff der religiösen Armuth.

Die Ausführlichkeit und die Art, in welcher der englische Lehrer die zumal von den Spiritualen in nachdrücklicher und herausfordernder Weise behandelte Frage in dem zweiten der beiden unten zu erwähnenden Artikel erörtert, zeigt, dass dieselbe gegen Ende der sechziger Jahre bereits anhängig war und die Geister beschäftigte. Die von Thomas gegebene Erklärung zielt offenbar auf jene ab, welche die Besitzlosigkeit sowohl der Einzelnen als des Ordens oder der Convente als zum Wesen der religiösen Armuth gehörend hinstellten und jeglichen gemeinsamen Besitz als Abfall von der evangelischen Vollkommenheit brandmarkten, ein Irrthum, dem sich zumal die spiritualistischen Auctoren, ja auch einige Lehrer der Communität z. B. Peckham in manchen Ausdrücken näherten.

Wohl mit besonderer Rücksichtnahme auf diesen Artikel, zählt Wilhelm de Tocco, der älteste Biograph des Heiligen[2]),

1) Es ist der hl. Franz gemeint.

2) Acta SS. Martii tom. I, cap. 2, § 21.

unter den von ihm besiegten Irrlehrern auch die 'fraterculi de vita paupere' auf. Es liefert uns also die folgende Ausführung Olivis den historischen Hintergrund zu diesem Artikel der Summe.

Freilich hat es den Schein, als lasse das, was Thomas hier in den letzten Jahren seines Lebens aufstellte, sich nur schwer mit dem reimen, was er c. 1256 am Anfang seiner litterarischen Laufbahn über denselben Gegenstand[1]) in einem Tractate gegen Wilhelm von St. Amour geschrieben hatte. Zur Lösung dieses anscheinenden Widerspruchs ist vor Allem zu beachten, dass der Heilige 1256 an der Seite des hl. Bonaventura die beiden Orden gemeinsame Sache der religiösen Armuth gegen einen auswärtigen Feind vertheidigte und folglich die erst später zwischen den beiden Orden erstandene Frage mit ihren weiteren Gesichtspunkten nicht in Betracht zog. Von Einfluss mag auch gewesen sein, dass sich die Armuthsobservanz seines Ordens nur allmählich nach Massgabe des obersten Ordenszweckes milderte und so die in diesem Punkte zwischen den beiden Ordensgenossenschaften bestehenden Differenzen anfangs nicht so scharf hervortraten.

Was sodann die Sache selbst betrifft, so haben wir drei Fragen zu unterscheiden, welche sich auf Grund eines Vergleiches der beiden Ordensobservanzen stellen lassen. Wir können nämlich erstens fragen: welcher der beiden Orden ist der vollkommenere, zweitens wo ist die religiöse Vollkommenheit und drittens wo ist die religiöse Armuth als solche eine grössere? — Offenbar ist in Bezug auf die beiden ersten Fragen ein und dieselbe Antwort zu erwarten. Nun lehrt der Heilige in der Summe

---

1) Während es 1a 2ae, q. 188, a. 7, ad 1 heisst: 'Sic ergo non oportet, quod religio tanto sit perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, sed quanto eius paupertas est magis proportionata fini communi et speciali;' — finden wir in dem opusculum contra impugnantes Dei cultum et religionem pars 2, cap. 35 folgende Sätze: 'Ergo perfectius consilium paupertatis impletur ab illis, qui communes possessiones non habent.' — 'Ex quo patet, quod maioris perfectionis et securitatis est, possessionibus communibus carere quam eas habere.' — 'Ergo maioris perfectionis est paupertas illa sine possessionibus in communi quam illa, quae in communi possessiones habet.'

gegen die Spiritualen, dass aus dem Verzicht auf jeglichen gemeinsamen Besitz für den betreffenden Orden nicht der Vorzug seiner gesammten Ordensobservanz oder seiner religiösen Vollkommenheit gefolgert werden könne. In der Schrift gegen Wilhelm von St. Amour dagegen gibt er nur zu, dass der Verzicht auf Grundbesitz und festes Einkommen eine höhere Vollkommenheit der religiösen Armuth als solcher in sich schliesse. Er beantwortet also in der Summe die beiden ersten Fragen, in der genannten Streitschrift die dritte.

Diese Unterscheidung und Erklärung trage ich nicht willkürlich in die betreffende Quästion der Summe hinein, Thomas gibt sie uns vielmehr in ihr selbst an die Hand, indem er sagt: 'Et si daretur, quod excessus paupertatis faceret religionem perfectiorem secundum hoc, quod est pauperior, non tamen faceret eam perfectiorem simpliciter'[1]). Er hält es hier allerdings nicht für angezeigt seine frühere Aufstellung zu wiederholen, zeigt aber doch, dass zwischen ihr und seinem hier verfochtenen Satz kein Widerspruch bestehe.

Vermittelst der oben hervorgehobenen Gesichtspunkte werden sich, so glaube ich, meine Leser leicht in der höchst verwirrten Ausführung zurechtfinden, durch welche Olivi die Sätze des hl. Thomas umzustossen sucht.

f. 75a 'Advertendum autem hic diligenter, quod Thomas in sua summa, questione: *an lex nova sufficienter se habeat circa actus exteriores precipiendos vel prohibendos* dicit[2]), quod licet ista precepta non dederit dominus apostolis tanquam ceremoniales observancias, sed tanquam moralia instituta; possunt tamen intelligi dupliciter: *uno modo* secundum Augustinum ut non sint precepta sed concessiones. Concessit enim eis, ut possent pergere ad predicationis officium sine pera et baculo et aliis huiusmodi . . . *Alio modo* possunt intelligi secundum expositionem aliorum sanctorum, ut sint quedam statuta temporalia apostolis data pro illo tempore, quo ante Christi passionem mittebantur ad predicandum in Judea' . . .

'Advertendum etiam id, quod in altera summe sue dicit questione: *an habere aliquid in communi diminuat de perfectione religionis*[3]). Licet

1) 1a 2ae, q. 188, a. 7, ad 1. Vgl. Heinrich von Gent, quodl. 7, q. 29.
2) In der Summa theologica 1a 2ae, q. 108, a. 2, ad 3.
3) A. a. O. 2a 2ae, q. 188, a. 7, in corp.

enim ibi dicat, quod habere superhabundantes divitias in communi sive in rebus mobilibus est impedimentum perfectionis, licet totaliter non excludat eam, plura tamen subdit valde cavenda.' — Nachdem er die betreffenden Stellen ausgezogen, fasst er ihren Inhalt also zusammen: 'Ut autem pateat, que in hiis precipue sunt cavenda, reduco illa ad septem: primum est, quod verba Christi: Nolite possidere etc. non sunt precepta, sed concessiones; secundum est, quod qui portat sua in predicatione supererogat; tertium est, quod secundum alios sanctos ab Augustino predicta a Christo fuerunt quedam statuta temporalia secundum se non spectantia ad perfectionem seu ad necessitatem perfecte virtutis, et ideo evacuata sunt tempore passionis a Christo dicente: 'Et nunc qui habet saculum, tollat similiter et peram'; quartum est, quod religio ordinata ad militiam vel ad hospitalitatem vel ad quamcumque activam est imperfecta, nisi habeat in communi habundantia; quintum est, quod habere in communi mobilia et immobilia, quantum expedit necessario victui religionis tam pro se quam pro aliis pauperibus in nullo impedit perfectionem religionis ordinate ad contemplationem et ad predicandum vel docendum, et quod conservare res usui necessario congruo tempore congregatas minimam sollicitudinem temporalium ingerit et facit habere mentem ab exterioribus sollicitudinibus maxime expeditam, et quod non differt servare pecuniam aut servare res alias necessarias; et quod eadem est ratio, uti hiis, que pertinent ad necessaria vite aut quod communiter conserventur; sextum est, quod hec probantur exemplo Christi et apostolorum, quia ipsi ita fecerunt et quia aliter facere periculosum est secundum beatum Anthonium et Augustinum; septimum est, quod paupertas non est perfectio sed instrumentum perfectionis, minimum inter vota evangelica, et quod non quanto maior tanto perfectior, sed potius quanto magis proportionata communi et speciali fini religionis.'

In seiner Antwort sucht nun Olivi diese sieben Aufstellungen zu widerlegen. — Primum igitur est erroneum, primo quia est contra expressa verba scripture, (75b) secundo quia est contra expressima et quam plurima verba multorum sanctorum tam grecorum quam latinorum. — Secundum scil. quod qui in predicando portat sua supererogat, simpliciter loquendo est falsum et erroneum, quia tunc predicator habens proprium, de quo vivit, esset perfectior paupere evangelico, qui predicando vivit de elemosinis aut stipendiis illiorum, quibus predicat. — Tertium etiam erroneum est, falsoque hoc adscribit sanctis, quia non solum hoc non dicunt, ymo expressissime dicunt, eos ista semper observasse, et quod ista simpliciter sunt perfectionis et perfecte virtutis et perfectissime exemplaritatis. — (f. 76b) Quartum etiam est nova et inaudita doctrina. Quis enim usque huc audivit in nova lege sic divitias

commendari, ut dicatur aliqua religio imperfecta, non solum si non habet divitias, sed etiam nisi habeat abundantes . . . Sciendum etiam, quod aliquid dicitur esse specialis finis religionis, qui tamen non est semper finis principalis, sed annexus principali. Dilectio enim dei et spiritualis salus anime sue ac omnium aliorum est principalis finis; temporalis vero et corporalis impugnatio infidelium ac temporalis defensio ac redemptio vel nutritio fidelium, non est proprie finis religionis, nisi forte sit finis annexus. In proportionando autem statum suum ad talem finem non est virtutis perfectio nisi solum pro quanto illa proportionatio magis vel minus dirigitur ad caritatem et perfectionem spiritualem anime sue. Dato ergo, quod habundantia divitiarum absolute plus prodesset corporalibus commodis fidelium, si tamen ex hoc impedimentum maius prestetur spirituali salui sue vel aliorum, non erit hec perfectio religionis sed imperfectio.' Die Ritterorden kämpften so lange sie arm waren tapfer, reich geworden erfüllten sie die Welt mit Streit und Ärgerniss.

'Quintum autem quantum ad sui partem est aperte contrarium doctrine Christi, sicut diffuse et abunde alibi est probatum. Et certe secundum hoc habuit Christus dicere: 'Vade et vende omnia, que habes et da pauperibus vel adiunge ea collegio nostro.' Quero etiam: quare non fecit apportare ad collegium suum retia apostolorum? . . . Secundum istam doctrinam nescio aliud quid, nisi solum, quia parum valebant et ideo collegium Christi parvam ex eis pecuniam habuisset . . . Quantum vero ad secundam partem, in qua dicitur, quod servare res usui necessarias minimam sollicitudinem ingerit, imo et facit habere vitam expeditam a sollicitudinibus, si solum intelligit hoc de conservatione absque omni iure proprio vel communi et hoc pro solo tempore, in quo est evidens necessitas talia conservandi, verum dicit et utinam hoc fuerit intellectus. Si vero conservationem accipit pro dominio et necessitatem rerum accipit pro tota vita aut pro magno tempore, cuius nondum iminet necessitas, nisi forte apud hominem imperfectum, qui non plene se committit dispositioni ac consilio dei, est falsum et erroneum'; denn ein solches Besitzthum ist die Quelle unzähliger Sorgen und widerstreitet der Lehre Christi.

f. 77a 'Sextum autem sic est erroneum, quod est Christo et apostolis nimis contumeliosum et non est aliud, quam scripturam repugnantem violenter intorquere ad suum affectum ad operculum imperfectionum nostrarum. Expono autem caput meum, si ipse cum omnibus sectatoribus suis potest vel unicum exemplum dare, quod unquam Christus vel eius apostoli servaverunt pro se pecuniam, nisi in casu tante necessitatis, in quo liceret hoc cuicunque, quantumcunque vovisset abdicationem ipsius. Et tamen de illismet casibus non legitur multum expresse, nec inde potest extrahi nisi per satis simplicem coniecturam. Quando enim dicitur, quod discipuli iverant in civitatem, ut cibos emerent, certum est,

quod ibi non dicitur, quod ipsi pro hac re pecuniam portarent. Constat autem quod de facultatibus mulierum ministrantium sibi aut de rebus aliquorum credentium, qui ad Christi consilia non constricti potuerunt emi aut de eleemosynis tunc quesitis vel oblatis . . .

'Septimum autem, scilicet quod paupertas non est perfectio sed instrumentum perfectionis, si intendit dicere, quod non est illa finalis perfectio, que soli competit caritati, verum dicit, sed tunc ita possit hoc dicere de aliis virtutibus. Si vero intendit, quod nullo modo est virtualis perfectio, contradicit Christo, qui dicit: Si vis perfectus esse, vade et vende . . . (f. 77b) Quod autem subditur, scilicet quod paupertas est minimum inter tria vota, falsum est, sicut in questione de hoc specialiter facta alibi est ostensum[1]). Mira res! Christus verbo et facto paupertatem quasi super omnia extollit, iste vero quasi sub omnibus eam deicit. Scio quod hoc non fecisset beatus Dominicus, qui maledixit omnibus suis, quandocunque possessiones reciperent[2]). — Quod autem subditur, quod paupertas non quanto est maior tanto perfectior, sed quanto est fini suo proportionalior, est mira falsigrafia, quia de omni habente super se finem altiorem est universaliter verum, quod quanto est fini proportionalius, tanto est melius. Sed non ex hoc sequitur, quod paupertas quanto maior, non sit perfectior, nisi probetur, quod quanto est maior, non est suo fini proportionalior; sicut nec de castitate hoc sequitur, que utique quanto est maior, tanto est melior. Quod autem paupertas altissima sit proportionalior et utilior perfectioni caritatis et contemplationis omniumque sublimium virtutum, alibi est ita copiose ostensum, quod nisi cecus vel maliciosus negare non possunt. Et dato quod nullam rationem aliam habeamus nisi Christi consilium et exemplum, qui ait, se non habere ubi caput reclinet, sufficere debent omni fideli. Fateor tamen, quod ubi paupertas maior, non habetur in voto, sed solum in observantia simplici, sicut quidam abdicationem possessionum non habent in voto, licet de facto ita observent, in talibus fortasse verum est, quod castitas (!) habita cum voto sollempni maior est tali observantia paupertatis. Et si hoc dicere prefatus doctor voluit, habeat sibi.' — Zum Schlusse werden noch vier weitere Einwendungen in Betreff dieses siebenten Punktes zurückgewiesen.

ff. 69a bis 75a **Decimo** queritur: an pauperibus evangelicis sit perfectius et convenientius victum suum adquirere per mendicitatis questum aut per manuale opus seu laboritium. — Die Antwort: 'Iliis igitur visis ad questionem respondendum, quod quantum ad illos, qui nesciunt se occupare in spiritualioribus actibus et

1) S. unten S. 523.

2) Vgl. hierüber die ältesten Lebensbeschreibungen des Heiligen bei Quétif-Echard, SS. ord. praed. I, 20, 53.

officiis nec sciunt vitare otium et inhertiam aliter quam per corporalia opera nec sunt ydonei ad vitandum predicta mala, que multorum questibus frequenter se immiscent, est expediens et quasi necessarium operi manuli vacare; aliis autem orationibus bene impensatis perfectius est per mendicitatem victum instigare, ut spiritualioribus officiis vacent, preter quam in casu necessitatis, in quo non posset homo sine proprio laboritio victum suum sibi acquirere aut in quo hoc non posset sine magno scandalo et gravamine aliorum.'

Über verschiedene Lehrpunkte.

f. 79a ['Undecimo] queritur de voto obedientie evangelice: an scilicet vovere alteri homini obedientiam in omnibus, que non sunt contraria anime et evangelice regule seu perfectioni sit perfectionis evangelice.' — Eingefügt sind folgende zwei Nebenfragen: 'Iuxta hoc queritur: an appellare ab inferiori prelato vel iudice ad superiorem sit consonum obedientie evangelice, quod non preiudicet sibi in aliquo. ... Ulterius iuxta hoc queritur, quod trium predictorum votorum sit perfectius.' — Auf die Hauptfrage lautet die Antwort. 'Ad primam questionem dicendum, quod vovere predictam obedientiam est de substantia perfectionis evangelice tanquam unum de principalibus consiliis Christi; tenet enim principatum in abdicando omne, quod est subiectum potestati hominum, in connectendo et impellendo ad multiplex bonum, in preservando a malo et a periculo multorum nocivorum.' — Auf die erste Nebenfrage: (f. 81b) 'Si appellatio fiat in fraudem et preiudicium regularis discipline et correctionis, non solum est contra perfectionem evangelicam sed etiam contra iura. ... Si autem fiat principaliter et solum pro gravamine personali et temporali, sic est contra altitudinem illam supremam evangelice obedientie et perfectionis. Evangelicus enim status exigit summum contemptum temporalium ... summam subiectionem ad suos prelatos. ... Si autem appellatio fiat principaliter et solum pro puritate regule et perfectionis evangelice aut pro veritate fidei catholice aut pro spirituali bono et pace communitatis et status sui vel persone sue, contra quam prelatus vel iudex scienter vel ignoranter agit aut agere intendit aggravando manum suam preceptis vel penis quibuscunque super omnes, qui puritatem et veritatem defendunt, et hoc bono modo refelli non potest nisi per appellationis beneficium, tunc appellare est licitum et quodammodo debitum et necessarium.' — Auf die zweite Nebenfrage: 'doctores communiter in hoc consentiunt, quod votum obedientie sumptum in suo culmine est perfectius quam alia duo.'

f. 82b [Duodecimo] 'queritur, an romano pontifici in fide et moribus sit ab omnibus catholicis tanquam regule inerrabili obediendum'. — Eingeschaltet findet sich die Nebenfrage: 'Iuxta

hoc quero, an promittere sibi obedientiam in omnibus universaliter sit evangelice perfectionis'. — (f. 83a) 'Ad primam questionem dicendum, quod ad omnibus catholicis est romano pontifici in fide et moribus obediendum. Ad cuius intelligentiam quatuor sunt inspicienda: primo scilicet, que fuit in ecclesia necessitas unius generalis capitis seu pontificis; secundo, que fuit necessitas et auctoritas romane sedis; tertio quoad utrumque, quis sit modus sue inerrabilitatis; quarto, quanta sit obediendi mensura et necessitas ex parte plebis catholice.'

Offenbar bieten die beiden letzten Punkte am meisten Interesse. (f. 84a) 'Circa tercium est primo attendenda in generali inerrabilitas ecclesie; secundo specialiter inerrabilitas ipsius sedis romane et eius, qui in utraque presidet scilicet summi pontificis. — De ecclesia in generali tenemur secundum fidem certitudinaliter credere, quod Christi ecclesia nunquam erravit nec errabit ... (f. 84b) Post hoc autem secundo est attendenda in speciali inerrabilitas sedis romane et summi pontificis, ad quod attendendum triplex distinctio et premittenda, quarum prima est de errore. Est enim quidam error personalis et quoad se; quidam vero communis et quasi magistralis et quoad alios. Item est quidam error, qui cum sinceritate fidei non se compatitur, pro eo quod directe et evidenter ei contrariatur, sicut est error in fide pertinaciter edoctus aut defensus; alius est error contra aliqua scientialia vel humana, que ad veritatem fidei nichil multum pertinent. Item est error in fide pertinax et est etiam error in fide non pertinax sed levis et corrigi promptus.— Secunda distinctio est de ipsa sede et eius preside. Est enim sedes secundum nomen seu secundum solam apparentiam et est sedes romana; secundum rem et existentiam aut secundum utramque; et idem potest dici de papa. — Tertia distinctio est de ipsa inerrabilitate seu de impossibilitate errandi. Hec enim impossibilitas potest esse in aliquibus per se aut per alterum, et potest inesse simpliciter aut solum quoad quid, utpote si dicatur, quod sedes romana existens sedes vera non potest errare; aut quod papa existens verus papa et verum caput ecclesie non potest errare; et talis impossibilitas est secundum quid; et de hac clarum est, quod nec papa nec sedes romana potest in fide pertinaciter errare, saltem errore communi et magistrali. Cum enim ecclesia generalis errare non possit et sic per consequens nec capiti erroneo vel falso veraciter coniungi et inniti possit, papa autem sic errans errore communi habeat rationem capitis erronei et non solum persone singularis et quoad se errantis, impossibile est, quod papa sic errans sit verus papa et verum caput ecclesie. Et ideo secundum iura nullus hereticus publicus seu in quantum hereticus[1]), quod idem est in proposito,

1) Hier endet cod. S. Marci.

habet potestatem benedicendi et maledicendi in ecclesia, quia omnis fidelis est maior eo.' — [*Ista questio non fuit aliter completa ab auctore*][1]).

Über die Abdankung Cölestins V.

f. 85a **[Tertio decimo]** Quia propter renuntiationem Celestini nuper factam quidam dubitant, an papa possit renuntiare papatui, ita quod ipso vivente alter sibi substituatur, idcirco ad maiorem huius evidentiam quanto fortius poterimus primo pro parte contraria arguamus; facio igitur ad hoc XII^{cim} argumenta, ut tandem ex ipsorum dissolutione veritas conclusionis proposite clarius elucescat. — Nach diesen 12 Einwendungen, von welchen die meisten den pseudoisidorianischen Decreten entnommen sind, folgt (86a) die: 'Responsio, quod veritas huius questionis iam patet ex ecclesiastica diffinitione per papam cum cardinalium concilio et assensu sollempniter facta et opere exsecuta et ab universali ecclesia postmodumodum suscepta et per sollempnem obedientiam celebrata; unde non oportet nisi monstrare, quod huic diffinitioni et eius susceptioni nullum ius divinum aut canonicum obsistit aut contradicit, immo utroque iure fulcitur et recta ratione vallatur et illustratur. — Quod autem nullum ius sibi obsistat patet habunde, quia nec minimum verbum in textu vel glosula contra hoc reperitur; nec est, qui minimum verbum contra hoc posset nisi fallaciter allegare, sicut ex dissolutione obiectionum infra plenius apparebit.

Ad videndum autem, quomodo utroque iure divino scilicet et canonico fulciatur sunt quatuor diligentius attendenda. Primum est, quanta est secundum iura potestas pape in constituendis et diffiniendis et specialiter super substitutione sui successoris. Secunduum est, quam potestatem habeat super hoc ecclesia et precipue illa, ad quam spectat electio pape. Tertium est, quomodo iurisdictio episcopalis et etiam papalis est et esse debuit mobilis. Quartum est, quomodo ordini sacerdotali et episcopali non est essentialiter nec inseparabiliter coniuncta et tamen ex utraque simul sumpta integratur plenitudo potestatis papalis et episcopalis et sacerdotalis, ita quod non est plena absque utraque.'

In Betreff des *ersten* Punktes leitet er aus einer Menge canonistischer Citate folgendes Argument ab: 'Ex omnibus igitur predictis fit ad propositum unum irrefragabile argumentum. (87a) Constat enim ex omnibus predictis, quod papa potest novam legem condere de quocunque, quod non est contra Christi fidem et legem, et quod in omni tali et etiam in omni sententiali et autentica expositione dubiorum christiane legis et fidei est sibi credendum et obediendum, nisi aperte esset contraria fidei Christi et legi; sed papam posse renunciare papa-

1) Dieser Zusatz von derselben Hand in cod. 3. S. Croce, s. oben S. 502.

tui non est contra articulum fidei nec contra aliquod preceptum Christi: ergo papa potuit super hoc legem condere et dubium, si quod hic erat, exponere, et pape hoc condenti et exponenti tota ecclesia tenetur assentire et obedire.' — In Betreff der Vollmacht seinen Nachfolger zu bestimmen: 'Constat, quod ea ratione, qua oportuit successorem sibi substitui, oportuit in ecclesia Christi esse potestatem substituendi; hec autem potestas radicalius debuit esse in capite quam in membris et maxime in illo, qui secundum quod ait Innocentius III^us extra de auctoritate et usu pallii cap. *Ad honorem*[1]), solus assumptus est in plenitudinem ecclesiastice potestatis, que per pallium figuratur.'

Nachdem er die Constitution Nicolaus' II. vom J. 1059 in Betreff der Papstwahl und ein capitulum Johannis pape VIII. q. . *Si Petrus*[2]) in Betreff der Erwählung des hl. Clemens erörtert hat, schliesst er: 'ex hiis igitur arguo ad propositum: constat ex predictis, quod papa habet plenam potestatem ordinandi formam creandi sibi successorem, quia hec potestas fuit utilis et necessaria ecclesie Christi; ergo si ex causa necessaria vel ex valde utili ordinat, quod papa renunciante vel in heresim lapso eligatur sibi successor, vere et salubriter erit hoc ordinatum; et si hoc papa non potest, tunc non habet plenam potestatem ordinandi necessaria et salubria regimini ecclesie dei, hoc autem patenter est falsum, ergo et illud, ex quo sequitur.'

'Quantum autem ad secundum principale, quam scilicet potestatem habet super hoc ecclesia dei et specialiter illud collegium, quod eligit papam, sciendum quod ea ratione, qua oportuit papam mori et multipliciter infirmari et a regimine ecclesie necessario ex causis variis impediri, oportuit aliquod collegium discretorum et sollempnium virorum habere potestatem creandi papam et interim gerendi vicem pape defuncti saltem in casibus necessariis, alias totum regimen ecclesie posset sepe et sepius multiplex discrimen et dampnum incurrere . . . Ea igitur ratione, qua omnis causa in quantum causa preest suo causato (87b) in quantum causato, presunt electores pape futuri ipsi pape ut in papam creando. Unde et eidem ab eis electo possunt precipere, ut consentiat electioni, nisi suam nimis notabilem insufficientiam toti ecclesie „nimium periculosam possit evidentissime allegare . . . Ex hiis igitur ad propositum arguo, qua ratione collegium cardinalium quoad aliquid participat vim superioris in substituendo papam, eadem ratione debet eam consimiliter participare in acceptando renuntiationem pape, saltem quando evidenter est eque utilis et necessaria sicut est creatio succedentis post mortem pape.'

'Quantum ad tertium principale, quod scilicet iurisdictio papalis et episcopalis est et esse debet mobilis, sciendum quod sicut in

1) Lib. 1, tit. VIII, can. 4. 2) Can. 1.

tractatu seu questionibus de sacramentis ostendi, huiusmodi iurisdictiones expedivit et oportuit esse mobiles a personis, quibus dantur propter multiplex incommodum, quod ex eorum immobilitate sequeretur . . . . beatus Petrus sedem mutavit papalem de Antiochia in Romam causa evidentis utilitatis . . . . Ex hiis igitur ad propositum arguo, omne in ecclesia mobile et aliquando utile et necessarium mutari, recte et licite potest a papa mutari et ab ecclesia eius mutatio acceptari; sed iurisdictio episcopalis et papalis est quid mobile, sicut patet in papa in heresim publice et pertinaciter labente: ergo quandocunque necessarium est et utile eam mutare, potest hoc a papa ordinari et fieri et ab ecclesia acceptari.'

'Quantum autem ad quartum principale sciendum, quod potestas papalis integratur ex sacramentali potestate ordinis sacerdotalis et episcopalis, sine qua papa non posset missam celebrare nec ordines conferre, et ex potestate iurisdictionali, per quam est prelatus et iudex proprius et ordinarius omnium christianorum et ecclesiarum, cui omnes obedire tenentur. Hec autem secunda non est essentialiter aut inseparabiliter colligata prime nec prima isti; quia si aliquis nondum sacerdos sit in papam electus, eo ipso habet totam papalem iurisdictionem et tamen non habet ordinem sacerdotalem nec episcopalem. Si autem ante electionem erat sacerdos et episcopus, habebat quidem ordinem sacerdotalem et episcopalem, non tamen iurisdictionem papalem. Rursus collatio iurisdictionis papalis non imprimit sacramentalem caracterem, sicut facit collatio ordinis sacerdotalis et episcopalis. Unde collatio predicte iurisdictionis non habet talem rationem sacramentalem, qualem habet collatio predictorum ordinum. — Ex his autem dupliciter patet, quod plenitudo potestatis papalis non est immobiliter colligata persone ipsius pape; primo quidem, quia eius plenitudo constat ex duobus sibi non essentialibus nec inseparabilibus scilicet ex iurisdictione et ex ordine. Secundo quia ipsa iurisdictio non est fundata in aliquo immobili caractere, sicut est ordo sacerdotalis et episcopalis, unde isti ordines non possunt tolli per heresim aut per depositionem vel renuntiationem. Omnis autem iurisdictio ecclesiastica tollitur per heresim manifestam; quia si heresis prescindit hominem ab unitate corporis ecclesie et capitis Christi, multo magis tollit homini rationem capitis super corpus ecclesie. Sed principalissima ratio, quare a quibusdam dubitatum est, papam non posse renuntiare papali iurisdictioni, [*erat*], quia credebant, hanc iurisdictionem esse immobiliter persone pape impressive collatam. Ergo patet ex duobus premissis, quod eorum principalissima ratio est falsa et fallax.'

Schluss (f. 89b): 'Ad XII^m patet ex dictis, quod absque dubio non debet huiusmodi cessio fieri nisi ex maxima et evidentissima necessitate et sub tali circumstantiarum moderamine, quod nullum notabile scandalum immineat, aut saltem pro omnibus hinc inde pensatis hoc longe sit

utilius ecclesie electorum et sic quod preponderet passivo scandalo reproborum. Amen.'

Über die päpstliche Dispensationsgewalt in Betreff der religiosen Armuth.

f. 89b ['**Quarto decimo**] queritur, an papa possit in omni voto dispensare et specialiter an in votis evangelicis.' — Antwort (f. 90a): 'Ad questionem istam dicendum, quod papa a nullo voto licito potest simpliciter absolvere, in votis autem evangelicis nec absolvere nec dispensare potest nec multo minus contrarium precipere.' — In Betreff der 'vota in communi' gesteht er dem Papst die Vollmacht zu dispensieren zu. (f. 90b) 'Quando autem dispensare possit ex ipsa conditione votorum et ex cura et auctoritate pastoralis regiminis faciliter colligere possumus. Cum enim votum ad cultum et ad salutem voventium ordinetur, multa autem vota sint et esse possint, quorum observantia in multis casibus posset vergere in dispendium divini cultus et salutis animarum, quamvis alias ipsa vota de se fuerint licita et bona; auctoritatis vero et cure pastoralis sit impeditiva divini cultus et salutis subditorum pro viribus amovere et in melius ordinare et dubietates et perplexitates divinorum preceptorum et etiam totius fidei autentice explicare et determinare: patens est quod quandocunque in votis aliquod dispendium aut dubium continget, quod papa poterit dispendium illud in magis expediens commutare et dubium declarare (91a), quod quidem per se subditus ipse facere non posset, nisi esset dispendium quasi intolerabile, et cum hoc prelati copiam non haberet. — Potestas igitur dispensandi in votis non est aliud quam auctoritas commutandi et declarandi. Idcirco autem addo declarandi, quia sepe contingunt casus, in quibus melius est votum non commutari in aliquid aliud, sed potius simpliciter a voti observantia liberari, quamquam adhuc commutatio dici possit, quia tunc ipsum votum commutatur in magis expediens; quia hoc non potest fieri nisi quando omnibus circumstantiis pensatis, probabiliter iudicatur, quod non observare etiam absque hoc quod aliud loco ipsius voti faciat, melius et expedientius est quam observare.'

(f. 91a) 'Circa autem vota evangelica in speciali est aliquid considerandum ex parte status et professionis evangelice, aliquid ex parte potestatis papalis seu ecclesiastice. — Ex parte quidem ipsius status et professionis est attendenda ipsius status immobilitas et utilitas et eius sublimitas. Quantum *ad primum* dicendum, quod status evangelicus est et esse debuit omnino immobilis et indissolubilis. Quod ostendit ratio sue coniunctionis et associationis professorum suorum ad deum. Si enim coniunctio matrimonialis inter virum et uxorem est omnino ab homine indissolubilis, coniunctio autem hominis ad deum, quam religio facit, sit

incomparabiliter altior et spiritualior, videtur, quod debeat esse immobilior . . . (f. 92a) Quantum autem *ad secundum*, scilicet quantum ad status evangelici sublimitatem et utilitatem est attendendum, quod bonitatem et utilitatem habet inrecompensabilem tam respectu singularis persone quam respectu totius communitatis ecclesiastice et humane . . . .

(f. 92b) Attendendum est ergo iam aliquid ex parte potestatis ecclesiastice. Ad quod quatuor regule sunt attendende; quarum prima est, quod non potest in destructionem, sed in edificationem . . .; secunda est, quod hec potestas dependet a potestate Christi et est subiecta eius regulis et statutis; tertia est quod non potest seipsam diminuere, et loquor de potestate ecclesie spirituali et non temporali; quarta est, quod non extendit se directe ad illa, que deus sic voluit esse immobiliter in libertate uniuscuiusque, quod non posset ad illa cogi.'

Die Anwendung der beiden ersten und der vierten Regel auf unsern Gegenstand ist selbstverständlich. Bei der dritten bemerkt der Verfasser: 'professor evangelicus est magis et in pluribus subditus pape, quam ille, qui non est.' Würde der Papst ihn dispensieren, so verlöre er diese weitere Machtbefugniss über ihn; nun aber kann ersterer seine Machtbefugniss nicht beschränken, also kann er nicht dispensieren. (f. 93a) 'Ex hiis autem patet, quod papa in predictis non potest dispensare nec absolvere, quod multo minus potest contra ea aliquid precipere . . . . Ex predictis etiam omnibus patet, quod non potest cum aliquo dispensare, ut de statu simpliciter perfectiori descendat ad statum imperfectiorem; et quidquid sit de aliis, ex omnibus predictis evidentissime colligitur, quod de statu evangelico, qui proprie est et dicitur status Christi non potest per dispensationem aut per quamcunque aliam viam facere, ut professor eius ad quemcunque alium statum descendat nec ipsum statum potest in aliquo, quod ad eius integritatem et perfectionem spectet, etiam ad monachum minuere.' Der 'status evangelicus' ist eben der höchste, da keine vollständigere Hingabe an Gott möglich ist, als jene, welche er enthält.

(f. 93b) 'Et ideo hoc certitudinaliter sentiens spiritus Francisci simpliciter dicit, quod non licebit de ista religione exire, pro causa reddens, quia hoc esset retro aspicere et ad imperfectiora descendere. Et quantum ad hoc solum credo intentionis sue fuisse, mandare in fine suo, quod mandatum ipsius dicitur testamentum, quod fratres nullas litteras ab apostolica sede petant, et quod sic vel sic regula intelligi debeat, non dicatur. Timuit enim, ut credo et forte presensit in spiritu, quod aliqui stulti libenter peterent aut reciperent aliquas laxationes seu privilegia laxativa ab artitudine et perfectione regule et quod tunc temporis niterentur ostendere huiusmodi laxationes non esse contra intentionem regule dicendo et persuadendo, quod sic vel sic debeat intelligi

verba eius. Non enim ipse fuit ita insanis, quod nollet suam regulam sane et in suo perfecto sensu et in sua pura et spirituali intentione intelligi, qui tunc vellet nos esse asinos et etiam erroneos in puro et perfecto intellectu regule, quod nemo sane mentis dicet. Nec etiam credendum, quod ipse tunc aliquod novum mandatum et maxime tale, ad quod eius potestas non se extenderet, intenderet dare, sed potius mandatum, quod est in regula de obediendo ei et successoribus eius in pura observantia regule, ita quod nichil precipiatur aut etiam observetur, quod sit contra animam et regulam nostram, nec aliquis intellectus aut expositio verbis regule detur, per quod ipsa verba distorqueantur et violententur a sua pura intelligentia et observantia. Et ideo Gregorius IX. in expositione[1]) sua optime dicit, quod licet predictum Christi confessorem puram intentionem in predicto mandato habuisse credamus et cum hanc eum habere non potuit nisi modo predicto aut equivalenti. Quia tamen illud mandatum a multis credebatur aut credi poterat esse datum secundum illum intellectum, quem ipse habere non debuit et secundum quem nobis et maxime successori suo nichil mandare potuit; idcirco Gregorius ad mandatum illud dixit nos non teneri. Si quis autem profundius inspiceret, quomodo per vitam Christi et renovationem eius circa finem ecclesie consistat illustratio et exaltatatio universalis ecclesie et ineffabilis appertio scripturarum et destructio antichristi et omnium testamentorum et introductio Judeorum et consummatio omnium, sicut aliqualiter per modum cuiusdam prelibationis in prima questione de paupertate tetigi; — videret clarius, quomodo istius status et regule laxatio et obfuscatio in tantum est pestilens, quod ex ea sequatur denigratio totius fidei, introductio antichristi et omnium temptationum finalium et dissipatio omnis perfecti boni, et tunc indubitabiliter certissimum esset, quod a nullo vivente dispensationem recipere potest.'

(f. 95 b) [**Quinto decimo**] queritur: an vivere de prebendis vel quibuscunque redditibus vel vivere de possessionibus absque vendicatione cuiuscunque dominii vel iuris possit esse licitum pauperibus evangelicis saltem per dispensationem papalem et etiam absque dispensatione papali licet eis possessiones et prebendas et villas et quoscunque alios redditus ad usum proprii victus absque dominio habere preter solam pecuniam, cuius usus est eis interdictus expresse. Fundabant autem se in duobus, quorum primum et principale est, quia, ut dicunt, moderantia vel tenuitas usus non cadit sub voto professionis eorum. . . . (f. 96a) Quando etiam contra eos dicitur, quod sancti patres huius religionis summe zelati sunt contra oppulentum usum; di-

1) In der Decretale '*Quo elongati a saeculo*' vom J. 1230.

cunt, quod mos fuit et est eorum, summopere fugere non solum mortalia sed venialia nec solum peccata, sed etiam omnia ista, que sunt perfectionis et meriti impeditiva; et quia talis usus opulentus est exterminativus perfectionis, licet non sit inductivus peccati mortalis, ideo hoc faciebant. — Secunda autem principalis ratio est sumpta ex privilegiis papalibus datis et sepulturis professoribus evangelice paupertatis. Si enim ius sepulturarum et etiam funeralium non preiudicat voto et statui eorum, saltem quoad usum et dispensationem eorum; ergo a pari nec ius prebendarum vel possessionum preiudicabit eis, quin possint uti eis et dispensare ipsas saltem ex auctoritate et concessione papali.

Hierauf antwortet Olivi: 'Quam autem erroneum sit hoc dictum, ex questione: an papa possit dispensare in votis evangelicis et ex omnibus questionibus de paupertate premissis et potissime ex questione de usu paupere et specialiter ex illa in qua queritur fere hoc ipsum scilicet: an pitancias annuales procurare vel recipere satis potest haberi. . . .' (f. 96b) sufficiat michi ad presens ad confutationem predicti erroris adducere verba expressissima Nicholai pape[1]) in declaratione super regulam fratrum minorum edita, que idcirco in questione de usu paupere non posui, quia nondum erat facta.'

Ein Einwand lautete: (f. 98a) 'Si quis causa voto paupertatis apostolice voveret, quod nunquam comederet panem de frumento nec carnes et consimilia, huiusmodi votum esset perfectius.' — Hierauf antwortet Olivi: 'Qui hoc dicit quantum ad tria vim non avertisse videtur dicti sui.' Das Zweite ist: 'Quia cum vota et consilia evangelica habeant et habere debuerint universalem perfectionem simpliciter et ad omne tempus Christi vel gratie se extendentem, sicut in inferioribus est ostensum, non advertit iste, quod hec vota abstinentiarum non habent in se hanc perfectionem. Multi enim casus possent contingere et precipue in pauperibus evangelicis, in quibus abstinere sic esset periculosum et inexpediens et imperfectum. Unde omnia vota, que adiungi possunt votis evangelicis aut continent in se solum restrictionem ceremonialem aut si continent perfectionem moralem, non continent eam nisi particularem et temporalem. Abstinere enim a carnibus et consimilibus, si communiter extendatur ad omnes personas etiam perfectas aut ad unamquamque simpliciter et in omni tempore, non dicet perfectionem, sed potius vitium vel imperfectionem. Et tamen huiusmodi vota, prout habent in se aliquid morale in perfectione evangelica includitur, eo modo, quo includi potuerunt.'

(f. 98b) **[Sexto decimo]** 'queritur, an professio paupertatis evangelice et apostolice possit licite ad talem modum vivendi

1) Die Decretale Nicolaus' III. *'Exiit qui seminat'* vom 14. Aug. 1279; vgl. oben S. 498, 505.

reduci, quod amodo sufficienter vivat de possessionibus et redditibus a papa vel mundanis principibus certis procuratoribus commissis, qui vice et auctoritate pape vel principum eas teneant, ita quod nec dominium nec ius utendi nec usus ipsarum possessionum ad professores evangelicos spectet, quin solum simplex usus eius, quod inde de facto pro victu suo cotidiano recipiunt.' — Zunächst werden für die Erlaubtheit zwölf Gründe angeführt. Ich lasse den zwölften folgen, an welchen sich die Antwort anschliesst.

(f. 99a) 'Duodecima, quia secundum omnia iura constat, quod summo pontifici est licitum ymo et debitum ordinare cultum et status ecclesiasticos, prout secundum tempus videtur melius et commodius expedire; et ab huiusmodi ordinationibus ab ipso decretis non est ad inferioribus resiliendum aut earum contrarium diiudicandum, sed potius simpliciter obtemperandum, et precipue ubi hoc diffinit cum generali concilio aut cum debitis consultationibus actenus in ecclesia assuetis. Ergo si aliquis papa hoc pro tempore decerneret fiendum tanquam expedientius [*pro*]fessioni tali et toti ecclesie dei, et hoc preceptorie et ex consulto ex certa scientia statueret, videtur, quod tunc non solum esset licitum sed etiam debitum, predictum modum a prefatis professoribus observari. — Respondeo, quod modus prefatus est omni dolo et fallacia plenus et, nisi fallar, ipse est ille, de quo sanctus pater Franciscus suis sociis in revelatione prophetica est locutus. Et ad istum modum sub miranda astutia introducendum in orbem, inimicus homo longo iam tempore semina zizaniorum bono semini superseminavit dormitantibus in eo ipsis servis evangelici status. Iste modus (1) subunco dolo omnes radices et fructus evangelice paupertatis enervat; (2) et in summa fallacia divitiis abutitur, quia statum divitiarum exaltat; (3) et Christi consilia ad interitum ducit; (4) et in mira fraude mutat tempora et leges evangelici status; (5) et est, ut estimo precursor novissimus Antichristi existens et ipse mistice antichristus, propter quod numerus et nomen bestie merito competit sibi, ut scilicet vere nominetur: 'dolicrux'(?), falso vero et ypocritaliter: 'dicor lux'. Nun folgt eine mystische Erklärung der apocalyptischen Zahl '266'; auf dieselbe kommt er unter Berufung auf den hl. Bonaventura bei der Ausführung des fünften Punktes zurück. Nachdem er eine doppelte gegen die höchste Armuth Versuchung unterschieden: eine versteckte und eine offene, fährt er also fort: (f. 101a) 'Et attende quam congrue numerus bestie utrique temptationi aptatur. Sicut enim de ultima (d. h. der destructio aperta) frater Bonaventura me audiente optime exposuit, dicens, quod ibi sunt tres numeri a senario, qui est numerus circularis intitulati. Nam primus numerus est sexies quartum, secundus sexies X^{m}, tertic ussexies unum.'...

(f.. 105a) [Septimo decimo] 'queritur: an vovens evangelium vel aliquam regulam simpliciter et absque determinatione teneatur observare omnia, que in eis sunt contenta, ita quod semper peccet mortaliter contra quecunque illorum agendo.' — Antwort: 'Respondeo et dico, quod vovens simpliciter evangelium vel regulam aliquam non sic tenetur observare omnia, que in eis sunt posita, quod semper peccet mortaliter, contra quelibet illorum agendo. Huius autem rei evidens certitudo patet (1) ex iure divino, (2) patet ex regularum seu regularium statutorum intentione et modo, (3) patet ex iure ecclesiastico seu positivo, (4) patet ex predicti voti forma et modo.'

Es folgen noch einige kürzere Quästionen über das Gelübde der Keuschheit, von welchen sich einige auf die Verhältnisse der Terziarier beziehen. (ff. 107b bis 112b).

2. Expositio super regulam fratrum minorum.

In Urbin. 480 Bl. 109a bis 121b. Der Titel zu Anfang und zu Ende: 'Petrus Joannes super regulam fratrum minorum' ist in der Schrift des 16. Jhs.; in der Laurenziana S. Croce, Plut. 31 sin. cod. 3 finden sich Bl. 141b bis 142a die ersten beiden Capitel. Gedruckt im Firmamentum trium ordinum S. Francisci. Venetiis 1513, ff. 106a bis 124b unter dem Titel: 'Tractatus sive expositio super regulam S. Francisci secundum divinum doctorem fratrem Petrum Joannis.' Es werden in ihr die 'quaestio de mendicitate'[1]), ja überhaupt die eben verzeichneten 'questiones seu tractatus de perfectione evangelica'[2]) und der Commentar zum Matthäusevangelium[3]) citiert.

Beginnt: 'Quamvis ex hiis, que in questionibus seu tractatibus de perfectione evangelica pro modulo intelligentie michi date sunt tradita satis habunde clarescere queat sublimis perfectio . . . nichilominus ad huius brevem et facilem manuductionem simplicioribus simpliciter dandam litteralem prefate regule continentiam . . . breviter tractemus.'

Schluss: 'ut sic tandem cum universo orbe, tuo vicario, et tue apostolice sedi semper simus subiecti in pura veritate fidei et in plena observantia evangeli tui ad laudem et gloriam summe et individue et beatissime trinitatis in secula seculorum amen.'

---

1) Im Druck Bl. 115a und 116a.

2) Im Eingang sowie bei cap. 2, 4, 6, 11.

3) Im fünften Capitel.

Anhang.

1. Olivis Schreiben an die Söhne Karls II. von Neapel[1]) aus dem J. 1295.

Christi Jesu devotione precipua singulariter insignitis ac stirpe regia precellenterque catolica mirifice predotatis domino Ludovico, domino Roberto domino R[aymundo] Berenguarii illustris regis Sicilie filiis reverendis, pauperculus homuncio dictus frater P. Jo. Olivi, vita peccator, habitu frater minor crucis Christi magnalia iugiter speculari et in eius passionibus triumphaliter gloriari.

Universitatis consideranti ordinem occurrit multiformiter nimiumque admirabiliter lex Christi ierarchica ab ipso sollempniter promulgata videlicet: 'Nisi granum sementi cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multiplicem fructum affert'[2]). In hoc enim fundatus est universalis cursus et fluxus omnis naturalis mutationis et motus, secundum quem corruptio unius est generatio alterius[3]). et materialis capacitas per informe transit ad formam, et quod mirabilius est, sua informitas est formarum fontale simul et stabile fundamentum. Hac etiam lege imperialiter proficiscitur omnis actio dei. Nam creatio quasi pro fundamento preambulo exigit, ut de nichilo fabricet opus suum et quod opera iam creata sic obedientialiter subiaceant imperio summi dei, quod prout vult, ad suum nutum simplicem de quolibet in quodlibet convertantur. Et hinc est, quod radix omnis gratie ac celestis et subcelestis ecclesie in humilitatis centro et, ut sic loquar, in centrali nichilo suscipit fundamentum et etiam incrementum. Ex hoc etiam divinitus emanavit illud nostre redemptionis archanum et ineffabile sacramentum, quo unigenitus dei patris, sibi in omnibus coequalis, se exinanivit accipiens formam servi et ab impiis ac pro impiis sustinens mortem crucis. Hanc et nos legem in toto nostro convictu et exitu multifarie comprobamus, in tantum, ut semina seu fructus, ex quorum esu vivimus, non vivificentur nisi secundum Apostolum primitus moriantur; que et nisi a sua teca vel palea per triturras multimodas fuerint segregata et per cribrationes versatiles expurgata ac per molares seu torculares pressuras ac colaturas stamineas subtilius elicata, tandem per decoctionem et digestionem igneam transformata, nequeunt saporabiliter reficere corpus nostrum; quia nec postmodum deglutita in carnem nostram transeunt,

---

1) S. oben S. 439s. — Aus cod. Burghes. 54, f. 156va.

2) Joan. 12. 24.

3) Aristoteles, de generatione et corruptione l. 1, c. 3: *καὶ ἔστιν ἡ θατέρου γένεσις ἀεὶ ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἄλλου φθορὰ καὶ ἡ ἄλλου φθορὰ ἄλλου γένεσις.*

nisi a suis formis propriis fuerint spoliata. Numquid etiam noster originalis exitus in matris utero quandam carceralem preaccipit sepulturam, ut tandem prodeamus in lucem quasi de tumulo resurgentes et velut de carceris angusto et tetro ergastulo libertati donati. Numquid etiam institis et fasciolis membra infantilia colligantur, ne per torturas varias a debita rectitudine incurventur. Numquid etiam parvuli levitas ignara et rudis, prona semper ad malum eget necessario pedagogicis disciplinis; propter quod secundum Apostolum: (156vb) 'Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, quamvis sit dominus omnium patris sui[1]).'

Hac etiam lege mirifica Christi ecclesia fuit in utero synagoge concepta et cum parturitione amara erupit et exivit ab ipsa. De quo partu Christus in cena discipulis dixit: 'Mulier cum parit tristitiam habet, cum autem pepererit, iam pressure non meminit propter gaudium nate prolis[2]).' — Secundum hanc etiam legem et formam Israelis populus de ferrea fornace et dura servitute Egipti exivit et mare rubrum manu dei valida fregit et sicco vestigio pertransivit. — Sic etiam totus electorum exercitus ab huius mundi exilio et tirannica potestate dyaboli per corporee mortis iter, quasi per medium maris rubri ad regna celestia convolat et ascendit.

Ex premissis autem clarificatur ratio verbi Christi: 'quod oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam regni sui[4]).' Ex eisdem etiam claret ratio apostolici verbi: quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. — Audiamus ergo fratrem domini Iacobum nos dulciter alloquentem: 'Omne gaudium existimate fratres mei, cum in varias temptationes incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet[5]).' Et subdit: 'Exemplum, fratres accipite patientie prophetarum. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis et finem domini vidistis[6]).' Propter quod Apostolus ad Hebreos ad agonisticum et triumphale certamen nos provocans ait: 'Ideoque nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus scilicet terrestrium per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in Ihesum nostre fidei auctorem et consummatorem, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, propter quod et sedet in dextera sedis dei. Recogitate igitur eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Quos enim diligit deus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Tanquam filiis offer[t] se nobis deus. Quis enim filius, quem

1) Epist. ad Galat. 4. 1. 2) Joan. 16. 21. 3) *Hs.* Exegipti.
4) Luc. 24. 26. 5) Jac. 1. 4. 6) Jac. 5. 11.

non corripit pater[1]).' Et ideo infert ex hoc consequentiam diligentius adnotandam. 'Quodsi, inquit, extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, scilicet filii dei, ergo adulteri et non filii estis[2]).' Ex quo glossa concludit, quod qui exceptus est a passione flagellorum, est extra numerum filiorum. Licet autem secundum Apostolum ibidem: 'Omnis disciplina in presenti videatur non esse gaudii sed meroris, attamen postea exercitatis per eam, reddet paccatissimum iustitie fructum[3]).'

Ne autem predictus ordo cuiquam videri valeat a recta ratione longinquus, dictat ipsum trina lex et triplex magisterium practice artis. — Clamat enim eum lex iustitie. Justum etenim est, quod peccator in peccato conceptus non redeat ad plenam (157ra) gratiam absque aliqua ultione penarum. Propter quod zelator iustitie debet huius equitatis regulam velle in seipso impleri; ut saltem in hoc ipso fiat amicus iustitie, et ab ipsa iustificetur. — Clamat etiam hoc ipsum lex gratie, non solum quia fons gratie redemptricis est pro hominibus crucifixus, sed etiam quia actus grate amicitie summe probatur et clarificatur in tribulationibus et mortibus pro amico assumptis, iuxta illud Christi: 'Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis[4]).' Ergo ad probandum et exibendum egregium actum amoris debemus inhianter optare gaudenterque preferre omne genus doloris et mortis pro Christo dilecto, qui nos tantum amavit et sic care redemit. — Clamat hoc iterum lex gloriose victorie et corone. Teste enim lege apostolica non coronabitur nisi, qui legitime certaverit. Quis enim absque forti prelio triumphatur, vincitur. Ergo deus procurando nobis certamina fortium et difficilium preliorum, providet nobis de ampliori merito et corona, ut de nobis sicut de sanctis martiribus decantetur[5]): 'Hii sunt, quos retinens mundus inhorruit, ipsum nam sterili flore peraridum sprevere penitus, teque secuti sunt rex Christe bone celitus. Hii pro te furias atque ferocia[m] calcarunt hominum sevaque verbera.' Et iterum: 'Que vox, que poterit lingua retexere, que tu martiribus munera preparas, rubri nam fluido sanguine laureis bene fulgidis.' — Clamat etiam hoc ars medicine tam purgative quam preservative et conservative. Ut quid enim pulveres corrosivos et ignita cauteria et potiones amaras morbis variis adhibemus, nisi quia exigit ars purgationis. Ut quid etiam multiplici abstinentia dietantur infirmi et etiam sani, nisi ut preservemur a morbis et conservemur in debita sospitate. Quis autem sapiens dubitet, quod mentales egritudines et vulnera passionum et apostamata

1) Epist. ad Hebr. 12. 1—8.

2) Epist. ad Hebr. 12. 8. 3) Epist. ad Hebr. 12. 11.

4) Joan. 15. 13.

5) Aus dem Hymnus *Sanctorum meritis inclyta gaudia* im kirchlichen Breviergebet in 1. Vesper. des Commune plurimorum martyrum.

carnalium passionum non minori egent acrimonia medicaminum et spiritualium emplastorum. — Clamat etiam hoc ars militie ac constantie et peritie militaris, que sine diuturna experientia strenuorum congressuum ac periculorum terribilium et multiformis perpessionis percussionum et ictuum nequit ad plenum haberi iuxta illud Ecclesiastici[1]: 'Qui non est temptatus, qualia scit', quasi dicat: nichil. Nec mirum, quia etiam de Christo dicit Apostolus ad Hebreos[2], quod obedientiam didicit ex hiis, que est passus. Experimentalem enim notitiam difficultatis usque ad mortem didicit per experientiam passionum. Et certe propter hoc totus ordo militaris exercitus et congressus non modicam in se prefert sapientiam et decorem, in carnalibus quidem umbratilem et carnalem, in spiritualibus vero divinissimam et celestem. — Clamat etiam hoc ars fabrice et agriculture et generaliter omnis mechanice actionis. Ut quid enim sic funditur, tunditur et cuditur (157rb) argentum et aurum et cetera genera metallorum, nisi quia artificiosa forma vasorum nequit aliter fabricari. Sic etiam latomi lapides malleant hinc et inde usquequo speciosa exsculpatur et exprimatur ymago. Sic et agricole terras sulcant vomere, fodiunt sarculo vel ligone, spinas evellunt, vepres abscidunt et quoque superflua resecant et extirpant iuxta illud Christi: 'Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat[3].'

Eya ergo milites generosi, accingite vos ad pugnam; tempus enim putationis advenit voxque turturis suspirantis et gemitum pro cantu habentis audita est in terra nostra. Oportet enim, ut in plena apertione sexti sigilli sol et luna graviter obscuretur, stellisque de celo cadentibus fiat terremotus sic magnus, quod omnes montes et insule de suis sedibus moveantur. Nam sexto angelo tuba canente solvendi sunt IIII^{or} angeli[4] in magno flumine alligati, ut exeat equestris exercitus vigies milies dena milia equitum pariter et equorum contra aciem Christi dei. A sexto enim angelo effundenda est sexta phiala in flumen magnum Eufratem, ut eius aquis siccatis via regibus ab ortu solis venientibus preparetur, exeantque tres immundi spiritus et ad reges totius terre procedant, congregare illos in prelium in die magno iudicii summi dei. Sicut enim DC^{o} anno vite Nohe rupti sunt fontes abissi magne et cataracte celi aperte, ita ut nullus salvari potuerit nisi in archa dei imperio fabricata: sic oportet fornicariam Babilonem in maris profunda demergi, quando sub VI° capite bestie hanc meretricem portantis decem cornua tamquam reges una hora accipient potestatem, qui odient fornicariam ipsamque facient desolatam. Insuper et cum agno pugnabunt, sed agnus vincet

1) Eccli 34. 11. 2) Epist. ad Hebr. 5. 8.
3) Joan. 15. 2. 4) Apoc. 9. 14.

illos tanquam rex regum et dominus dominorum; sicut et arcba superato diluvio super montes altissimos requievit. Tuncque columba emissa ramum olive defert suo rostro id est pacem evangelicam universis predicabit, iuxta quod VI° angelo tuba canente ab angelo faciem solarem habente et librum primitus clausum apertum tenente ipsoque a Johanne accepto et devorato dicitur Johanni: Oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et tribubus multis. Ipse est et angelus sexti signaculi ab ortu solis ascendens, signumque dei vivi sibi impressum habens ad signandas tribus duodecim Israelis et ad convocandum et crucesignandum turbam magnam et innumerabilem ex omnibus gentibus et linguis et populis, ut cum stolis albis et triumphalibus palmis stent ante tronum dei in conspectu agni, servientes ei die ac nocte. Et agnus, qui medio troni est, reget illos et deducet ad vite fontes aquarum et absterget ab eis omnem (157va) gemitum et languorem.

Hec reverendi domini succincte et typice prelibavi, ut in pressuris huius seculi regius vester animus non gravetur, sed potius glorietur. Quod autem iuxta vestras nimium humiles litteras atque preces necdum ad vos veni nec etiam rescripsi litteram responsalem, non fuit pro certo ex defectu desiderii et amoris, sed alia triplex causa. Quarum prima extitit, quia confestim sonitu, non per me sed per alios exorto, forsan quibusdam displicuit, alium subrogare conantes, quia quandam speciem honoris et promotionis in posterum ipsis sapere videbatur, quod statim ubi percepi, omnino desistere et silere decrevi. Licet enim quantum decet et expedit, non desipiat michi mundus, nichilominus in me vivaciter comprobo, quod nullius societas michi sapit, nisi quem de presenti vel de futuro sencio ad mundi contemptum Christique amplexum cordaliter hanelare; multoque honorabilius et amabilius michi fore censerem, si vos existentes in humili visitarem et familiatorie deservirem, quam si in vestri regni gloria exaltatos prosequerer obsequiis quibuscunque. Hic enim nostri minoratus gloria tenebrescit et periclitatur et toti orbi ambicionis et cupiditatis dehedificatoria species et imago mostratur, nisi sequela huius virtuosissimis et preclaris circumstantiis adornetur; illic vero humilitas et pietas gratitudinisque fidelitas prima fronte relucent, quamvis in spe futuri ypocritalis fallacia esse possit. — Secunda causa extitit, quia in littera generalis ministri super hoc tunc temporis michi missa, sub certis condicionibus michi conceditur licencia vos visitatorie adheundi et inter alia consulitur, quod nisi michi per vos constaret expresse, quod absque impedimento vel prohibicione aliqua possem libere vos videre, non esset meum iter expediens aut consolatorium michi vel vobis. Ne autem ad hoc expetendum a vobis viderer me ingerere presumptiose simul et ambitiose, prefixi nichil tunc scribere vobis; semper tamen vestris et aliis dixi, quod paratus eram personaliter vos

adire, quandocunque michi hoc simpliciter mandaretis vel insinuaretis. — Tercia causa fuit, quia licet pro nullo vivente contra aliquem aliquid suaderem et precipue contra dominos et principes mundi huius, nichilominus veritus sum per scripturam quamcunque eciam communia indicare; sepe etenim sinistre interpretantur, que simplici animo digeruntur. Nam et michi a fide digno aliquo dictum fuit, quod eciam dominus pater vester timuerat vos inbeguiniri seu ut proprius loquar in divinis infatuari per eloquia oris mei. Quod si de modo illo credidit, de quo Apostolus ait: 'Nos stulti propter Christum'[1]), et: 'Qui voluerit esse sapiens in hoc seculo (157vb), stultus fiat, ut sit sapiens'[2]) et: 'Quod stultum est dei, sapiencius est hominibus', id est quam humana sapiencia mundi — non sum tante sapiencie et virtutis, ut hac sapientissima stulticia replere vos possem. Si vero de huic contraria fuit dictum, absit a me, quod meas vel non meas stulticias in vos vel alios per stultiloquia vel stulta consilia refundere velim. Si enim aliquid sincerum a deo meo accepi, hoc scio esse precipuum, ut veritati sue fidei et sanis consiliis proximi sim fidelis. Unde et sepissime eligo et elegi meam vitam miseram privatim et publice reprobare, ne vite Christi radiositas per mee vite tenebras obfuscetur. Sane si hiis non obstantibus complacuerit vobis, me ad vosusque venire, placeat vobis obstacula per terre dominum amovere, michique per nuntium aliquem demandare, et paratus sum accedere sine mora.

Dei autem filius Jhesus Christus corda vestra corroboret et confirmet per superfluentem redundantiam consolationum suarum, quas docet unctio spiritus et iubilus psalmodie, que est clavis David, archana reserans domus dei; in quam quidem per exercitium tribulationum et orationum intratur, sicut et ipse David per multiformes pressuras a Saule et a ceteris sibi inflictas in ipsam intravit, prout ex omnibus psalmis suis luculencius innotescit. Rememoramini autem, quam miro dei magisterio per adversitates et persequuciones multimodas profecit ad regnum, ut in ipsis artem regendi prius disceret quam doceret. Sicut et Josep per venditionem et carcerem est principativam prudentiam assequutus, per quam postmodum extitit rector et salvator Egipti fratrumque suorum ac totius domus et familie patris sui. Nec Jonas salutarem penitentiam predicat Ninivitis usquequo submersus in mari et devoratus a cete et in eius ventre incarceratus per ipsius vomitum est ex ipsa mirifice restitutus. Erit, erit, non dubito, suum tempus, cum in dei laude dicetis: 'Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit; ipse vulnerat et medetur'[3]), percutit et manus eius sanabunt, in

1) 1. ad Cor. 4. 10. 2) 1. ad Cor. 3. 18.
3) 1. Reg. 2. 6; Tob. 13. 2.

sex tribulationibus liberat et in VII^a^ omni malo amoto pax adveniet superplena[1]).

Fratrem Petrum[2]) socium vestrum atque lectorem per vestram gratiam suppliciter expostulo salutari. Si super meo adventu aliquid imperare et providere dignamini, placeat vobis michi cito mandare, quia si ad vos non venio, ad locum alterum forsitan festinare habebo.

Suavissimi Jhesu predulcis memoria, suique nominis odorifera fragrancia animas vestras inebriet sua ineffabili iocunditate et pace, que exsuperat omnem sensum.

Datum Narbone anno domini M°CC°XCV°, XV° kalendas iunii.

---

2. Olivi und der 'spiritualistische' Excurs der Sachsenhäuser Appellation Ludwigs des Bayern.

Bereits 1882 hat Preger in den Abhandlungen der Münchner Academie[3]) nachzuweisen versucht, dass der bekannte, den minoritischen Armuthstreit betreffende Excurs der Sachsenhäuser Appellation Ludwigs des Bayern (vom 22. April 1324) die den Spiritualen eigenthümlichen Lehrmeinungen und Auffassungen enthalte und daher aus ihren Kreisen stamme. Ja er glaubte mit Sicherheit in Franz von Lautern (Franciscus de Lutra) die Persönlichkeit bezeichnen zu können, welche den Stoff für den erwähnten Excurs an die Hand gegeben hatte.

Die von Preger zur Feststellung des ersten Punktes beigebrachten Beweise befriedigten mich nicht. Denn nach dem Bruche mit Johann XXII. machten sich die Michaelisten der Communität eine Reihe von Ausdrücken zu eigen, welche vorher einen mehr spezifisch spiritualistischen Klang gehabt hatten. Der Bruch aber war 1324 innerlich längst erfolgt, wenn er auch immer erst drei Jahre später offen zu Tage trat.

---

1) Hieran erinnert der Satz, mit welchem Angelus in seiner 'historia tribulat.' den ersten Theil der sechsten Verfolgungsperiode beschliesst: 'A sex tribulationibus liberati oremus, ut in septima liberet nos a malo'.

2) Vielleicht der bekannte Theologe fr. Petrus de Falgar oder fr. Petrus Scarerii s. Acta SS. Aug. 16, n. 61.

3) Histor. Classe, Bd. 16, Abth. 2. Über die Anfänge des kirchenpolitischen Kampfes unter Ludwig dem Bayer.

Es schien mir daher wünschenswerth, die Sache einer erneuten Prüfung zu unterziehen, wenigstens um die von Preger, wie es schien, bereits gewonnenen Resultate besser festzustellen. — Das Ergebniss der Untersuchung war folgendes.

Zunächst galt es weitere Quellen der Appellation aufzufinden. Schon K. Müller[1]) hatte für eine kleine Stelle den von Bonagrazia von Bergamo im Namen des Ordens am 14. Januar 1323 abgegebenen Protest nachgewiesen. Ich fand nun, dass eine viel grössere Partie der oben verzeichneten, achten Quästion Olivis entnommen ist. Hierauf wiesen mich schon die Randglossen des cod. 358 der Borghesiana hin. Diese Glossen können sehr wohl aus der in Frage stehenden Zeit herstammen.

Ich stelle hier zunächst die beiden Texte einander gegenüber und füge die erwähnten Randbemerkungen an. Die Stellen, welche beiden Schriftstücken nicht gemeinsam sind, mache ich durch Cursivdruck kenntlich.

Die Sachsenhäuser Appellation[3]).	Olivi in seiner quaest. 8[2]).
Praeterea apparet manifeste, quod quicunque dicit, hanc paupertatem altissimam, quae est lampas nostrae fidei et fundamentum, non praecellere vitam et professionem habentium in communi sive in proprio, necessario concludit, Christum non fuisse verum Christum nec Messiam illum, quem lex et prophetae promittunt. In estimatione enim divitiarum sive communium sive propriarum est principale fundamentum et ianua singularis Antichristi et totius erroris Iudaici et etiam sectae Saracenorum.	'Ut autem amplius appareat, paupertatem istam esse lampadem nostre fidei, sciat omnis homo, quod et totum mundum scire et audire volo, quod in extimatione nimia divitiarum communium sive propriarum est singulare fundamentum et singularis ianua secte antichristi et totius erroris iudaici et etiam sarracenici[4]). Negato enim, quod hec paupertas non sit melior et divinior omni modo habendi divitias sive communes sive proprias, necessario sequitur, Christum non fuisse vere Christum, quem lex et prophete

1) Der Kampf Ludwigs des Bayern mit der römischen Curie. I, 86, 360.

2) Im neunten Abschnitt der Antwort ('valet 9° ad fidei credulitatem') in cod. Burghes. 358, f. 172ra. 3) Nach codd. Vatic. 4008, 4010, 7316.

4) *Am Rande:* 'Hec verba sunt in scriptura ducis et pro parte ordinis sicut heretica improbantur.'

Die Sachsenhäuser Appellation.

Cum enim lex et prophetae in verborum superficie promittant tempore Christi sive Messiae et per ipsum dari eis regnum plenum divitiis et opulentia, inextimabile et universale dominium mundi, et hoc sub illis figuris metaphoricis magnificent miro modo, sicut quilibet videre potest in scripturis divinis et prophetis: si verum est, melius et divinius esset vivere in communibus divitiis sive propriis quam in altissima paupertate, prout constitutiones praedictae loquuntur: tunc necessario sequitur, quod Christus ad litteram debuit talia ferre secum, quia illud quod melius fuit pro se habere debuit et dare Iudaeis; tum etiam, quia tunc nulla ratio est, quare lex et prophetae in promissione divitiarum et maxime illarum, quas promittit pro tempore adventus Christi sive Messiae, ad litteram non intelligantur de divitiis temporalibus, sicut littera sonat. Certum est autem, Christum ad Iudaeos in abundantia divitiarum non venisse. — Ergo sequitur ex istis necessario, Christum non fuisse verum Christum nec verum Messiam. Et tunc apertissima est ianua ad concludendum, verum Christum et verum Messiam adhuc in plenitudine divitiarum ad Iudaeos venturum. *Et per hanc viam paratur ianua et fundamentum sectae Antichristi, qui se verum Christum dicat et Messiam. Paratur etiam*

Olivi in seiner quaest. 8.

promittunt. Concesso autem, quod ipsa est melior, omnino et funditus subvertitur error iudaycus et totaliter obstruitur ianua secte antichristi, quod licet prolixum tractatum desideret, hoc unum breviter tango.

Cum[1]) enim lex et prophete secundum verborum superficiem promittant tempore Christi et per eum regnum Iudeis plenum dare divitiis et opulentia inextimabili et continens in se universale dominium mundi et ista sub miris metaphoris et figuris miro modo magnificent, sicut ubique legenti in eis apparere potest; si verum est, melius esse in divitiis propriis et communibus quam in altissima paupertate, tunc necessario sequitur, quod Christus ad litteram debuit secum talia afferre, tum quia quod melius fuit debuit habere et dare, tum quia tunc nulla est ratio, quare lex et prophete in promissione divitiarum et maxime illarum, quas promisit pro tempore regni Christi ad litteram de temporalibus diviciis non intelligantur, iuxta quod et superficies littere sonat. Certum est autem, Christum in abundantia divitiarum ad Iudeos non venisse, *immo una de precipuis causis reprobationis eius ab eis fuit abiectio sue paupertatis; unde et dicebant: nonne est hic fabri filius, nonne mater eius dicitur Maria et fratres eius omnes apud nos sunt.* — Se-

1) *Am Rande:* 'Hec verba de verbo ad verbum sunt in scriptura ducis et pro parte ordinis sicut heretica reprobantur'.

Die Sachsenhäuser Appellation.

via ad errores Iudaeorum et Iudaizantium, qui dicunt, Christum non implesse prophetias eorum et promissiones eis factas per prophetas, scilicet quod veniret in abundantia divitiarum Messias ipsorum. Et sic disponuntur ad errorem recipientium Antechristum, quem dicunt esse verum Christum et Messiam eorum, qui implebit promissiones eorum per prophetas factas, vivendo in multitudine divitiarum et abundantia. Ex hoc etiam fundatur error legis Sarracenorum, qui felicitatem divitiarum et uxuriarum pro beatitudine aeterna ipsis promittunt, prout in lege eorum manifeste patet.

Et e contrario si dicamus, quod paupertas altissima sit verior et divinior, sicut in veritate est, totus Iudaeorum error et expectatio vana funditus enervatur. Sequitur enim, quod quidquid lex et prophetae promittunt eis de divitiis et opulentia regni Christi sive Messiae, intelligatur et intelligi debeat de spiritualibus divitiis et opulentiis et nullo modo de temporalibus. Et tunc habebunt necessario credere, Christum fuisse vere Christum et verum Messiam datorem felicitatis spiritualis et verum regem et deum summum; et breviter, quidquid spirituale de Christo credimus, credere cogentur omnino et totam scripturam veteris testamenti quoad omnia dicta de Christo et Messia spiritualiter im-

Olivi in seiner quaest. 8.

quitur[1]) ergo necessario ex hiis, Christum non fuisse vere Christum, et tunc apertissima est ianua ad concludendum, Christum adhuc ad ad Iudeos in plenitudine divitiarum venturum.

Et ista via nec dei prophetas nec dyabolum latuit. Daniel enim cum de Antiocho loqueretur, qui interpretatur 'silentium paupertatis' interminet multa de antichristo tanquam sciens, quod nomine et facto gerebat ymaginem eius. David etiam in psalmo illo, qui testimonio Augustini et aliorum est de tribulatione antichristi, dixit: Noveritis, quod sedet in insidiis cum divitiis in occultis et quod insideatur ut rapiat pauperem; modumque rapiendi exprimit (172rb) *dicens: Rapere pauperem, dum attrahit eum ad divitias, supple et per divitias. — Quod et diabolum non latuit; nam in Iudeis summe istum errorem impressit et in lege Sarracenorum felicitatem divitiarum et luxuriarum pro beatitudine eterna eis promisit, sicut ipse legi; et in maiori parte christianorum sub specie divitiarum communium fortissime paupertatem altissimam impugnat et impugnavit et per alios astutissimos modos, quos aperire non est huius temporis nec loci. Secundum enim Iohannem in Apocal. misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine temporalium scilicet divitiarum et opulentiarum.*

---

1) *Am Rande:* 'Hec verba ducis.'

Die Sachsenhäuser Appellation.

plenda et non sonare aliud nisi spirituales divitias et glorias. Et ex hoc etiam tolletur secta Sarracenorum legis et error, quae felicitates et divitias temporales et luxurias repromittit.

Sic patet, quod conclusio constitutionum praedictarum, quae concludunt contrarium et quod felicior status et divinior est habere in proprio et communi, sicut cetera collegia habent, quam altissima paupertas, quam profitentur huius sacrae regulae professores, est origo et fundamentum totale sectae Antichristi et erroris Iudaici et Sarracenici, ut superius est probatum.

Olivi in seiner quaest. 8.

E contrario[1]) vero concesso, quod paupertas sit melior, totus Iudeorum error funditus enervatur. Sequitur enim ex hoc, quod quidquid lex et prophete dicunt de divitiis et opulentia regni Messye seu Christi, intelligatur de spiritualibus divitiis et opulentiis et nullo modo de temporalibus; et tunc habent necessario credere, Christum esse regem et datorem felicitatis spiritualis ac per consequens esse deum summum; et breviter: quidquid nos spirituale de Christo credamus, credere cogerentur. Et sicut cuivis faciliter patere potest, concesso, paupertatem istam esse meliorem tota scriptura veteris testamenti et maxime quantum ad omnia ista dicta de Christo clarissime et profundissime apperitur. Quidquid enim sic credenti in eis sensibile occurrerit seu de magnificatione sensibilium, totum statim sentiet esse figurale et non sonare aliud nisi spirituales divitias et glorias.'

Ich lasse noch eine Reihe kleinerer Stellen der Quästion Olivis folgen, indem ich ihnen die sie betreffenden Randbemerkungen des cod. Burghes. 358 anfüge, durch welche sie als gleichfalls in die Appellation hinübergenommen bezeichnet werden.

Bl. 177 rb 'Quarto ostenditur, eius (d. h. paupertatis) altitudo ex parte sue institutionis et sui institutoris. Fuit enim hec paupertas in Christo et eius vita singulariter expressa et exemplata, a Christo singulariter docta et imposita, ab apostolis singulariter assumpta. Exemplata autem fuit in Christo tam in eius ortu, quam in eius progressu, quam in eius exitu'. Dazu am Rand: 'De verbo in appellatione ducis.'

Bl. 177 vb 'Unde et propter hoc Apostolus vult 1. ad Corint. 13, evacuandam esse scientiam divinorum, quam hic habemus. Nisi Christus

1) *Am Rande:* 'Hec verba de doctrina improbata sunt in scriptura ducis de verbo ad verbum.'

dequisset in supremo omnia temporalia esse contempnenda, non exhibuisset se, prout erat etiam homo vite passibilis tanquam speculum altissimum divine maiestatis et glorie.' — Dazu: 'Nota hoc in effectu in appellatione ducis.'

Bl. 178rb 'Bernardus unam rationem tangit, quare Christus altissimam paupertatem tenuit, quam superius scienter omisi, et est, quod Christus perfectum debuit esse exemplar eorum, que suis discipulis imperavit.' — Dazu: 'Nota hoc in appellatione ducis.'

Bl. 179va Bei: 'Quinto potest ostendi ex parte renovationis et sui renovatoris'; — am Rande: 'Nota hoc in appellatione ducis, quod beatus Franciscus fuit renovator paupertatis altissime.' Bald darauf: 'Hoc in appellatione ducis, scilicet de renovatione vite Christi facta per beatum Franciscum.' Vgl. auch Bl. 179rb.

Bl. 180rb 'Si quis autem huius temptationis principales articulos inspiceret, inveniret eos in mundo seminatos et quod unus de principalibus est vilipensio altissime paupertatis.' — Dazu: 'Nota hic, quod hoc in appellatione ducis.'

Bl. 181ra 'Perfecta autem vita Christi, cuius fundamentum et ianua est paupertas altissima, quidquid est perfectionis sublimis in predictis omnibus in se plenissime comprehendit.' — Dazu: 'Hec verba sunt in scriptura erronea ducis Bavarie.'

Bl. 187ra 'Sequitur etiam inde error Antichristi et Iudeorum, quod scilicet Christus deus noster non venit in altissimo statu, ac per consequens, quod non fuerit verus Christus, quoniam non venit in habundantia communium, cum tamen superficies littere prophetalis sub tali modo eum venturum promittat.' — 'Nota de appellatione ducis Bavarie.'

Bl. 188rb 'Scias enim, quod altissima omnium heresum hinc debuit sumere fundamentum; sicut et e contrario altissima introductio vite Christi hinc debebat originari.' — Dazu: 'Nota in appellatione Bavari.'

Als diese eben nachgewiesene Beziehung der achten Quästion Olivis zur Sachsenhäuser Appellation 1324 in Avignon entdeckt wurde, war das Aufsehen und die Erregung nicht gering. Hierüber berichtet uns Glassberger zum J. 1330. Ihm lagen ohne Zweifel ältere Aufzeichnungen[1]) vor. Doch verstand er dieselben nicht vollständig und mengt daher an der betreffenden Stelle eine Reihe von Vorkommnissen bunt durcheinander. So bezeichnet er als Folgen obiger Entdeckung vom J. 1324 — welche er dazu noch ins J. 1330 verlegt —: die Censur der

1) In seiner Hauptquelle der 'Chronica XXIV ministrorum generalium' (über sie s. oben S. 416, Anm. 2) findet sich allerdings Nichts.

päpstlichen Theologen über Olivis Commentar zur Apocalypse vom J. 1319[1]), die Verurtheilung dieses Commentars vom J. 1326[2]), den 1325 in Avignon anhängigen Prozess gegen Ubertino von Casale[3]) und das Gutachten desselben über die Armuth Christi vom J. 1322[4]). Er schreibt nämlich[5]):

Hoc tempore composita fuit quaedam scriptura, de qua habebantur suspecti fratres minores, quam attribuebant duci Bavariae Ludovico, quae incipiebat: 'In[6]) dominum Jesum Christum et eius sacratissimam matrem, quae eiusdem voti et status cum filio eius in observantia paupertatis vixit et sanctum apostolorum collegium insurgit et doctrinam evangelicam de paupertate altissima' *u. s. w. mit einigen Auslassungen dicse Stelle der Sachsenhäuser Appellation bis*: 'ut non praesumeret homo mortalis evertere bulla plumbea, quod immortalis deus passionis suae

---

1) S. oben S. 452.

2) S. oben S. 455 s.

3) Der Process war Mitte September 1325 bereits seinem Abschlusse nahe. Ich theile hier das Schreiben mit, auf welches sich schon Raynaldus (ad an. 1325, n. 20) berief. Regest. Vatic. Joannis XXII. secret. an. 11 et 12, tom. 6 (n. 113) f. 275a, epist. 1624. — Dilectis filiis . . generali et aliis universis et singulis ministris ac custodibus et guardianis fratrum ordinis minorum vel eorum vices gerentibus. — Cum Ubertinus de Casali olim de ordine vestro, dudum de curia romana, ubi causam suam prosequebatur, super crimine heresis, de quo vehementer delatus extiterat et deferebatur coram nobis, postquam in causa ipsa renunciatum extitit et conclusum, occulte et illicentiatus recesserit et nunc discurrat ut accepimus non absque multorum periculis vagabundus per mundum: nos cupientes huiusmodi periculis salubriter obviari capiendi seu capi faciendi etiam per potestates et dominos temporales prefatum Ubertinum ubicunque reperiri poterit captumque custodiendi seu faciendi donec per nos ordinatum aliud super hoc extiterit custodiri fideliter, invocato ad hoc, si necesse fuerit auxilio brachii secularis, vobis et vestrum singulis plenam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem, quod nos et sedem apostolicam certiores efficere de hiis, que super premissis egeritis quam totius studeatis. — Datum Avinione XVI. kal. octobris an. 10°. Derselbe Brief findet sich auch f. 268a, epist. 1388.

4) S. dasselbe in [illegible]ze, Miscellanea ed. Mansi. II, 279, wo in der Einleitung als Datum richtig der Passionssonntag (28. März) 1322 bezeichnet ist, während am Rande und am Ende fälschlich das J. 1330 steht.

5) Analecta Franciscana. II, 148.

6) So die Sachsenhäuser Appellation s. Baluze, Miscellanea ed. Mansi III, 228b. Dies entging nicht nur Riezler (Die literarischen Widersacher S. 307), sondern auch dem Herausgeber Glassbergers.

crucis signaculo stabilivit, non attendens, quod lex humana Christi consiliis sit subiecta' [1]) et cetera plura continebat dicta scriptura.

Super qua scriptura reddiderunt rationes pro parte communitatis, quod ea, quae continentur in eadem scriptura et haec eadem in effectu quoad omnia et per eadem verba, quoad magnam quantitatem tracta sunt de doctrina et libris fratris Petri Johannis, et quod in ipsis libris et doctrina dogmatizata sunt et maxime in opusculis, quae composuit de altissima paupertate, in quibus eadem verba cum praedictis quoad magnam partem et eadem sententia ponitur, et in expositione, quam fecit super regulam et in declarationibus, quas misit magistris Parisiensibus et in postilla, quam composuit super apocalypsim. Unde post publicationem constitutionis domini Johannis XXII., quae incipit: '*Cum inter nonnullos*', idem dominus Johannes de consilio dominorum cardinalium in condemnatione, quam fecit de postilla fratris Petri Johannis iuxta supplicationem sibi factam pro parte ordinis minorum, habuit consilium magistrorum in sacra pagina inter quos fuerunt frater N. de Lauduno, archiepiscopus Viennensis et frater Petrus de Palude et ceteri multi; qui magistri dixerunt et sententiaverunt articulum, qui in praedicta postilla Petri Johannis in haec verba ponitur, videlicet. *Es folgt nun der 22. Satz der Censur von 1319* [2]).

Et fuit dicta postilla ad fratrum instantiam reprobata. Et ad excusationem sui coeperunt quidam fratrum de communitate articulos extractos de libris Petri Johannis et in praedicta scriptura contentos, quorum articulorum quinque erant, imponere fratri Ubertino de Casali, qui dudum tempore domini Clementis V. ordinem Carthusiensem intraverat, adducentes ad hoc scripta ipsius Ubertini ex libris et tractatibus, quos ipse in concilio Viennensi contra communitatem ordinis ediderat, et asserentes, quod dictorum articulorum sectator, defensor et fautor fore diceretur. — Unde anno praedicto videlicet 1330 in quadragesima, dominica de passione requisitus ipse frater Ubertinus de mandato summi pontificis per reverendum patrem N. cardinalem, quod de paupertate breviter scriberet, quod sibi visum esset tenendum.' — Es folgen längere Stellen des von Baluze gedruckten Gutachtens [3]).

Dieser Bericht Glassbergers bezeugt uns trotz all seiner Anachronismen nicht minder als die Randglossen des cod. Burghes. 358 das peinliche Aufsehen, welches die hier in der Sachsenhäuser Appellation zum ersten Mal documentierte Verbindung des grossen kirchenpolitischen Streites mit dem 'Parfüsserkrieg'

1) Baluze l. c. III, 229a.
2) S. Baluze l. c. II, 261. 3) Baluze l. c. 279.

an der Curie hervorrief. Wie nicht anders zu erwarten war, lenkte die Communität die ganze Erregung auf Olivi, Ubertino und ihre Partei ab, was ihr nicht schwer fallen konnte, da sie auf die lange Reihe der vom Orden gegen die Spiritualen ergriffenen Massnahmen hinweisen konnten. Nach derselben Richtung wies ja übrigens auch deutlich genug die lange Olivi entnommene Stelle der Appellation. Es ist daher wohl möglich, dass, wie ja auch Glassberger deutlich ausspricht, der 1325 gegen Ubertino eingeleitete Process und die 1326 erfolgte Verurtheilung von Olivis Commentar zur Apocalypse wenigstens theilweise durch die Appellation veranlasst waren.

Die Art, in welcher Glassberger seinen Bericht beginnt, von einer den Minderbrüdern und doch auch Ludwig zugeschriebenen 'scriptura' spricht, 'quae incipiebat: In' . . . verstärkt eine Vermuthung, auf welche K. Müller[1]) durch die Prüfung der Bulle '*Quia quorundam*' vom 10. Nov. 1324 kam. 'Man könnte denken, schreibt er, der betreffende Abschnitt der Sachsenhäuser Erklärung sei ursprünglich eine eigene Schrift gewesen und sei dann nur als solche aufgenommen worden in die Erklärung Ludwigs.' Nach der Kenntnissnahme dieser Stelle Glassbergers dürfte wohl der genannte Autor diesen seinen Gedanken nicht mehr so schnell bei Seite legen, wie er es ehedem gethan. Freilich wird durch die Bekräftigung dieser Vermuthung zunächst nur das Dunkel vermehrt, welches noch immer über dem Ursprung dieser Staatsschrift Ludwigs lagert.

Eine weitere Thatsache, auf welche ich den Ausführungen Pregers gegenüber aufmerksam machen möchte, ist der von ihm nicht beachtete Zusammenhang, welcher zwischen jenem minoritischen Excurs der Berufung Ludwigs und den späteren Schriften Michaels von Cesena besteht.

Um zu beweisen, dass die theologische Partei in Ludwigs Sachsenhäuser Appellation die der Spiritualen war, macht Preger[2]) auf folgende Punkte aufmerksam: 1) Johann wird in der Appellation als 'oppressor pauperum', als Häretiker und Antichrist

1) Der Kampf Ludwigs des Bayern. I, 96.

2) In der eingangs erwähnten Abhandlung S. 138—140.

bezeichnet, so sprechen die Spiritualen. — 2) Es findet sich in ihr die spiritualistische Auffassung der Bekräftigung der Armuth und Regel durch die Stigmata. 3) Vor Allem aber hält Preger seine Ansicht erwiesen durch die Art, in welcher die Appellation von der Bulle 'Quorundam exigit' vom 13. April 1317 spricht. Auf diese Bulle bezieht er nämlich die Worte der Appellation, in welcher von dem den Ordensobern gemachten Vorschlag die Rede ist, eine neue, den gemeinsamen Besitz gestattende Regel anzunehmen.

Doch diese drei Punkte sind durchaus nicht geeignet, den spiritualistischen Ursprung des Excurses festzustellen. Warum? Weil sich diese drei angeblich specifisch spiritualistischen Auffassungen alle auch in den Streitschriften Michaels von Cesena finden. Denn 1) auch Michael bezeichnet Johann wiederholt als Zerstörer des Lebens und der Armuth Christi[1]). — 2) Auch bei ihm finden wir zweimal die Verwerthung der Stigmata zur Bekräftigung der Regel[2]). — 3) Endlich hält Michael in gleicher Weise Johann den Vorschlag eine neue, mildere Regel anzunehmen vor[3]). Freilich finde ich selbst in der entsprechenden Stelle der Appellation die von Preger so stark betonte Beziehung zur Bulle '*Quorundam exigit*' nicht. Denn diese gestattet zwar innerhalb gewisser Gränzen die Anlage von Vorrathskammern (cellaria et granaria), dagegen bezog sich der Vorschlag Johanns auf nichts weniger als die Zulassung von gemeinsamem Besitz. Eine

---

1) In der Appellation von 1328 bei Baluze, Miscellanea ed. Mansi III, 280b: 'vitam et paupertatem Christi et apostolorum, quam evangelia et sanctorum dicta asserunt fuisse altissima, quia nulla maior potuit reperiri, nullam reddit et imperfectam.' — L. c. p. 301b 'pauperes Christi enormiter despicit, persequitur et contemnit.'

2) L. c. q. 262b 'Quae bene possunt contra praedictum dominum Johannem adaptari, qui ad damnationis suae cumulum Christum et vitam eius in S. Francisco Christi stigmatibus mirabiliter insignito et fratribus eius persecutus est et persequitur.' Vgl. p. 259b. — Im Übrigen findet sich diese Auffassung bereits in einer der Streitschriften Ubertinos von Casale aus dem J. 1310, s. oben S. 87, Z. 8.

3) L. c. p. 270a 'me praefatum Michaelem nisus est quantum potuit inducere, ut consentirem mutationi regulae et status ordinis memorati. Vgl. p. 245b.

solche Milderung war jedoch selbst der Communität zu viel. Es kann daher die Perhorrescierung dieses Vorschlages durchaus nicht als etwas specifisch Spiritualistisches bezeichnet werden. — Ja, wie ich schon oben aussprach, kann überhaupt aus dem Inhalt des Excurses allein die von Preger gestellte Frage nicht beantwortet werden, weil die Michaelisten der Communität seit 1322 sich in nicht geringem Masse die Anschauungen und Redeweisen der Spiritualen aneigneten.

Nach dem Gesagten halte ich die Behauptung Pregers[1]: 'Die grosse Stelle über die Armuth Christi in der Appellation ist aus der Feder eines Spiritualen geflossen' als durch ihn nicht erwiesen. Dagegen ist nun die Frage nach dem stofflichen Ursprung des Excurses durch meinen obigen Nachweis zum grössten Theil beantwortet. Es erübrigt nur noch die Frage, wer hat die Materialien der Kanzlei Ludwigs vermittelt?

Nach Preger[2]) steht der Einfluss des Speierer Franciscaner Franz von Lautern[3]) ausser Zweifel und wirklich scheinen mir

1) In der eingangs erwähnten Abhandlung S. 154.

2) A. a. O.

3) S. über ihn Preger a. a. O. — Über die Gefangenschaft desselben in Avignon fand ich in den Rechnungsbüchern der apostolischen Kammer folgende Notizen: Im vaticanischen Archiv 'Introitus et exitus camere apost.' (1322—1323) tom. 54, f. 117 b: 'Die IIII mensis decembris (1322) pro expensis factis per fratrem Franciscum de Lutra de ordine fratrum minorum cum famulo suo, qui frater in curia, videlicet in ecclesia beate Marie Avinion. detinetur de mandato domini nostri pape, factis in quatuor mensibus terminandis prima die mensis ianuarii proxime venturi, solvimus Perroto Berengarii dispensatori prepositi Avinionensis XII lib. IIII sol. turon. parvorum in XV sol. III den. turon. grossorum cum o rotunda; computatis singulis diebus duobus solidis turon. parvorum.' — f. 121 a eine zweite Zahlung vom 13. Mai (1323) für die Zeit bis zum 1. Mai in derselben Fassung. — L. c. tom. 57, f. 100 b: 'Die XIX mensis novembris (1323) pro expensis factis per fratrem Franciscum de Lutra olim de ordine fratrum minorum, nunc de ordine sancti Benedicti, ad quem fuit dispensative translatus per dominum nostrum papam videlicet ad monasterium sancti Andree diocesis Avinionensis die XX. octobris proxime preteriti, quas expensas eidem ministraverat prepositus Avinionensis ex mandato domini a die prima maii proxime preteriti usque ad dictam XX. diem octobris inclusive, computatis II sol. turon. parvorum pro die quolibet, quod tempus continet CLXXIII dies, solvimus Petro Berengarii clerico administratori dicti prepositi Avinionensis — XVII lib. VI sol. turon. parvorum in

die hiefür beigebrachten Gründe diese Erklärung wahrscheinlicher[1]) zu machen als jede andere bisher aufgestellte. — Trotzdem möchte ich zunächst hervorheben, dass nun nach dem oben Gesagten aus Pregers Beweisführung Alles auszuscheiden ist, was das specifisch spiritualistische Gepräge des Excurses zur Voraussetzung hat. Derselbe könnte, wenn wir nur nach dem Inhalt desselben urtheilen, ebenso gut von den Michaelisten der Communität nach Bayern gesandt worden sein. — Ferner darf man nicht übersehen, dass Franz von Lautern allerdings zur Rechtfertigung seiner Auflehnung gegen seine rechtmässigen Obern unter Anderm auch spiritualistische Redeweisen verwerthete, im Übrigen aber in der Art des Bernard Délicieux eines jener heterogenen Elemente gewesen zu sein scheint, welche aus andern als rein spiritualistischen Gründen zum äusserlichen Anschluss an die Partei Olivis getrieben wurden, die sie schwer compromittierten.

Es bleibt daher nach Allem bisher Gesagten der Verdacht durchaus nicht ausgeschlossen, dass Franz von Lautern nicht einzig aus eigener Initiative die Vermittlung an die Kanzlei Ludwigs übernahm, sondern, dass dabei vielleicht bereits Michael von Cesena und Bonagrazia von Bergamo ihre Hände im Spiele hatten. Hierauf weist in etwa schon die dem Prooemium Bonagrazias entnommene Stelle des Excurses hin, noch viel deutlicher aber die freilich erst vier Jahre später erfolgte Flucht dieser

---

XXI sol. VII den. turon. grossorum cum o rotunda, X den. Vien. — singulis grossis pro XVI den. turon. parvorum computatis.'

1) Zur zweifellosen Sicherheit Pregers konnte ich nicht gelangen. Denn Johann warnt am 26. Mai 1324 die Kurfürsten vor mehreren 'iniquitatis filii sub veste humili religionis exterius gestantes' ... Sodann waren die Thatsachen, durch welche Preger zu seiner Sicherheit gelangt sein will, in Avignon doch wohl bekannt. Und doch wurde allem Anscheine nach seine interessante Entdeckung daselbst nicht gemacht. Denn wenn man an der Curie mit Preger über Vermuthungen hinaus zur Sicherheit der Schuld des flüchtigen Franz von Lautern gekommen wäre, woher dann das Schweigen und die unbestimmten Ausdrücke (vgl. R. Müller, Der Kampf Ludw. d. B. I, 96). Der Verdacht wird auf mehrere jener 'filii iniquitatis' gefallen sein und bereits damals an Ort und Stelle der Schuldige nicht mit Sicherheit zu ermitteln gewesen sein. Daher meine Unsicherheit.

Brüder zu Ludwig. Dieser verwegene Schritt setzt offenbar eine längere Bekanntschaft und Verbindung mit ihrem Schutzherrn voraus. Sollte nun diese Verbindung ohne Wissen und Zuthun Michaels und der Seinen durch Franz 1324 gerade in der Weise angeknüpft worden sein, in welcher erstere dieselbe in ihren Streitschriften später fortführten? Dies ist möglich. Doch gibt uns, wie mir scheint, dies merkwürdige Zusammentreffen immerhin das Recht, obige Vermuthung auszusprechen.

Noch nicht aufgefundene Schriften.

Es sind 1) die Postillen zum Exodus, zu den 'll. Regum' zu Isaias in cod. 266 der Bibliothek Gregors XI. und zur Apostelgeschichte in codd. 528, 656 Urbans V.[1]). — 2) Das 'opus super dictis Senece' in derselben Bibliothek oder wie es im Inventar von Peniscola heisst: cod. 849 'tabula super dictis Senece'. — 3) Der 'tractatus emptionum et venditionum et de usura' in cod. 152 von Peniscola[2]). — 4) Das in demselben Inventar verzeichnete 'opus, quod vocatur *Miles armatus* und ein zweites 'quod dicitur *Exercens*' wahrscheinlich ascetischen Inhalts. — 5) Von einigen seiner Schriften waren provençalische Übersetzungen[3]) unter den südfranzösischen Spiritualen und Beghinen in Umlauf, zumal von der Postille zur Apocalypse, den Tractaten oder Quästionen 'de paupertate et de mendicitate'; ausserdem ein 'tractatus de septem spiritibus malignis'[4]).

1) S. oben S. 460, 461.

2) Unverständlich ist mir der ebendaselbst (s. oben S. 463) verzeichnete Titel: 'item tabula super misteriis eiusdem in omnibus operibus suis.'

3) Bernardus Guidonis, Practica inquisitionis ed. Douais. pp. 265, 266, 273 und Liber sententiarum inquis. Tolos. pp. 318, 325, 329.

4) Practica l. c. p. 273.

Franz Ehrle, S. J.

Die Spiritualen, ihr Verhältniss zum Franciscanerorden und zu den Fraticellen.

Mit obiger Überschrift kehre ich zum Anfange meiner Studien über diesen Gegenstand zurück, um das dort mit wenigen Strichen nur in seinen allgemeinen Umrissen entworfene Bild auf Grund neuer Materialien zu vervollständigen. Bei Mittheilung dieser letzteren beschränkte ich mich absichtlich in den Einleitungen und Noten auf die zum Verständniss der Texte nöthige Orientierung und vermied es die zur Lösung der eingangs angedeuteten Fragen geeigneten Folgerungen zu ziehen; denn dies konnte, wie ich glaube, mit Ordnung und Vollständigkeit erst dann geschehen, wenn diese neuen Belege gedruckt vorlagen und nach Bedürfniss angezogen werden konnten.

Die Aufgabe, welche ich mir stellte und deren Lösung ich nun zum Abschluss bringen möchte, ist im Titel deutlich angegeben. Die ganze Untersuchung gilt in erster Linie den Spiritualen, ihrer Entstehung, ihrer Geschichte, den Berührungspunkten zwischen ihnen und verwandten Parteien, ihrem Auslaufen in die Observanz und die Fraticellen. Ich biete daher nur die Geschichte der ersten Periode des grossen Armuthsstreites, nur die Geschichte des Kampfes um die Ordensobservanz, an welchen sich im J. 1322 der theoretische Armuthsstreit anknüpfte. — Diese zweite mit der deutschen Reichsgeschichte verwickelte Controverse hat ihre Wurzeln in der Communität (communitas ordinis), deren Schicksale ich zwar bei der Darstellung der Genesis der Spiritualen berühren muss, jedoch nur als einen nebensächlichen Gegenstand. Ebenso verhält es sich mit den Fraticellen (der

Secte vom freien Geist) und der Observanz, deren Geschichte ich nicht schreibe, sondern nur als Berührungspunkte meines eigentlichen Gegenstandes nach Massgabe desselben berücksichtigen werde. Trotz dieser Einschränkung wird, wie ich hoffe, diese Arbeit den 'unentwirrbaren Knäuel' der an die Mendicantenorden sich anlehnenden Secten etwas entwirren helfen, was mir um so nothwendiger scheint, als selbst in den neuesten Darstellungen dieses Gegenstandes von Preger, Haupt, Riezler, K. Müller und M. Ritter noch immer nicht Alles hinlänglich geschieden und umgränzt ist.

Ich gruppiere meinen Stoff in folgende vier Abtheilungen:

1. Das Entstehen der Spiritualen durch die Spaltung des Ordens in die Communität und die Reformpartei. — 2. Die verschiedenen Gruppen der Spiritualen und ihre Schicksale. — 3. Die Spiritualen und die Fraticellen. — 4. Das Verhältniss der Spiritualen zu den Anfängen der Observanz.

1. Die Spaltung des Franciscanerordens in die Communität und die Spiritualen.

